

VETERUM
ANALECTORUM
TOMUS 1. [-4.]
COMPLECTENS
VARIA...

Jean Mabillon, Michel Germain,
Deodato : da#Roma, ...





B 11849

Digitized by Google

8.28.K.14

VETERUM ANALECTORUM

TOMVS IV.

COMPLECTENS ITER GERMANICUM
Domni JOHANNIS MABILLON
& Domni MICHAELIS GERMAIN
è Congregatione sancti Mauri , cum
monumentis in eo repertis.



LUTECIÆ PARISIORUM,

Apud Viduam EDMUNDI MARTIN , & JOHANNEM
BOUDOT , in vico Jacobeo ad Solem aureum.

M DC LXXXV.

Cum Privilegio Regis , & Superiorum permisso

Ex Librjs Ruii Padrii Doddi a Zouza

Ab Ponte S. Francisci ad Rupes 1723 ogle

4⁴₁₀

3 (47)



LECTORI.

BREVEM tantum admonitionem postulat hic locus, cùm Præfationis vice habenda sit nostri *ITINERIS Germanici Descriptio*, quam in hujusce tomī limine exhibemus, non sine aliquo sane pudore. Neque enim illi sumus, quorum facta vel itinera rei publicæ litterariæ scire intersit: & vi-tæ nostræ rationi magis latebræ & solitudo, quam peregrinationes & discursus conveniunt. Sed nimirum quod pudor quodam modo vetat, id omnino à nobis exigit officium; & minùs pudentes esse cogimur, ne integrati esse videamur. Immo verò non jam in vitium, sed in laudem vertit parum alioqui modesta oratio, cùm Magni Regis beneficia celebrantur:

L E C T O R I.

nec impune tacere licet , quod sub ejus auspiciis & commeatu , litterarum causâ suscepimus , confectumque est. Porro non penitus inutilis erit fortassis hujus Itineris descriptio ad ea monumenta illustranda , quæ ex illo itinere collecta partim huc referimus , partim in aliud volumen reservamus.

Hanc descriptionem subsequuntur **A C T A M A M M A R I I M A R T Y R I S**, de quo altum ubique silentium apud ecclesiasticos scriptores. Id fuit in causa , ut ejus Acta ederemus in lucem , tametsi ea ex omni parte sincere præstare non ausim. Non enim placet (ne quid dissimulem) Anulini Proconsulis mortis genus , tempusque ; non *Pagani* nomen ab ipsis etiam pagannis sensu nostro usurpatum ; non denique sententiæ in Martyres prolatæ summa. Cetera fere genuina videntur (si quasdam veteris codicis mendas excipias) non parum conducentia ad historiam Africanam. Haud scio an

L E C T O R I.

recta sit lectio , quæ habet *Alexandrum Comitem* sub Anulinō. Ante Constantini tempora hi dicebantur *Comites*, qui Proconsules Præfidesque in provincias persequerentur officii gratiâ, ut probat Alteserra in cap. 2 de Ducibus & Comitibus. Itaque Alexander (sic enim legendum puto) Comes erat sub Proconsule Anulino. Anulinus verò aliis est ab Anulingo illo, qui Prætorio præfectus erat eo tempore, id est anno CCC VII. quo tempore Zosimus Severum Cæsarem à Maximiano Herculio necatum tradidit. At si idem est Anulinus Proconsul in his actis, qui Miltiade Pontifice sub anno CCC XI causam Cæciliiani Episcopi Carthaginensis detulit ad Constantium Imperatorem, probari non potest id, quod de ejus interitu in his Mammarii actis legitur. Denique in passione sancti Maximiliani, quam in hujusce libri Appendicem regulimus, Anulinus nominatur Consul unà cum Tusco , nimirum ad annum Christi

L E C T O R I.

ccxv. qui si idem est (ut quidem
videtur) cum Anulino Proconsule ;
dicendum est unum eundemque A-
nulinum ab anno sequente (nam *quo*
qui que anno Consules fuissent , sequenti
Proconsules remanebant , ex Fenestella)
ad annum minimum ccc xi Procon-
sulem fuisse. Ceterum Mammarium
presbyterum Donatistam cum nostro
confundere non licet : cum noster
passus sit sub Anulino Proconsule
anno Christi ccc iv, eodem anno
quo Felix Episcopus Tubyzacensis :
ille verò ad annum minimum ccc
xiv pervenerit , ut docet epistola
tractatoria apud Baronium relata ad
ipsum annum , num. lxx.

Mammarium excipit *Passio benedicti*
martyris MARCULI. quem titulum
ex veteri codice retinuimus , tametsi
forsitan satius fuisse alium substituere,
nempe *de Marculo Donatista* , ne verus
Martyr primo conspectu censeatur.
Ejus historiam , adeoque Macrobii
Donatistæ epistolam de nece Maxi-

L E C T O R I.

miani & Isaaci ejusdem sectæ hominum, retulimus ad illustrandam illius temporis historiam Africanam, non ad affingendam ejusmodi actis omnimodam auctoritatem: quæ si quis attente perlegerit, næ ille in eis Christianam simplicitatem, pias brevesque, sed caritatis igniculo ferventes responsiones, aliaque id genus, quæ in sinceris catholicorum Martyrum gestis reludent, indicia desiderabit. Porro qui de Isaaco & Maximiano scripsit Macrobius Donatista, idem esse videtur Macrobius ille Episcopus, cuius meminit Optatus in lib. 2, & post eum Gennadius in lib. de Scriptoribus ecclesiasticis cap. 5, & ipse *Martyr* perperam dictus in fine epistolæ suæ.

Digniora sunt quæ legantur ACTA THEODORITI *martyris*, itidemque PHILIPPI Hadrianopoleos in Thracia Episcopi: et si hujus gesta præferrenda videntur, quæ tamen medica manu quibusdam in locis indigent,

L E C T O R I.

id est subsidio alterius codicis paullo
emendationis.

De reliquis quæ subsequuntur Opusculis pauca hīc observanda super-
sunt præter ea , quæ suis locis adno-
tavimus. Apud Baronium seriūs de-
prehendimus editam AVITI Presby-
teri epistolam ad Palconium , qui in ante
excusis Falconius appellatur ; & Confessionem ARMENII & HONORII
Monachorum fere integrum inveni-
mus sub Ambrosii nomine apud Vi-
gilium Tapensem in lib. 2 contra
Palladium cap. 6. Sed hæc leviora for-
tasse , quam ut observari hoc loco
debuissent.

Post Hieronymi Vitam ; quæ in
editis misere deformata , atque indi-
gnis fabulis respersa est , sequitur de
AREDI^I ABBATIS gestis libellus ,
quem Gregorio Turonensi Episcopo
tribuit veterissimus codex monasterii
sancti Galli. Quædam tamen locu-
tiones à Gregorio Magno & sancto
Benedicto acceptæ in eo reperiuntur:

LECTORIA.

quod ut ad elevandam veteris codicis inscriptionem non sufficit, sic omnino dissimulandum non erat.

His succedunt VETERES FORMULÆ ANDEGAVENSES, principatu Childeberti Regis in unum corpus digestæ. Id de Childeberto, non tertio, sed de primo vel secundo interpretandum esse ostendimus suo loco. Verum eas ad Childeberti primi tempus revocandas esse illud argumento est, quod nulla fuerit Childeberti secundi apud Andegavos auctoritas, sed apud Austrasios. Cùm ergo Formulæ illæ annis Childeberti Regis insigniantur, nec ad Childebertum secundum tertium referri possint; consequens est eas Childeberti primi temporis & principati esse assignandas. Itaque hæ Formulæ antiquitate præstant Marculfianis, quas non nisi subsequenti sæculo conditas fuisse compertum est. An vero nostræ in Marculfi notitiam venerint, incertum. Etsi enim plerosque titulos Marculfus consimiles habeat;

L E C T O R I.

quædam tamen formulæ singulares in nostra collectione occurunt, quales apud Marculfum desiderantur. Hujus generis sunt *forma judicij* ab ipso statim exordio descripta: formula *de sanguinolentis*: quo nomine significantur infantes recens ex utero fusi: qui cùm ad ecclesiam expositi fuissent, in matriculariorum potestatem ita redigebantur, ut eos venumdare ipsis licet. Ejusmodi autem formulæ desunt apud Marculfum, uti & illa, quæ est *de matrimonio dissolvendo* ex mutua conjugum voluntate, cùm non bene inter se se convenienter, quod Christianis nefas esse post canones Africanos merito asserit Pirminius Abbas in libello, quem in Appendicem hujuscem libri retulimus. Has formulas rei Francicæ studiosis non ingratas fore speramus, quantumvis inculto sermone scriptas: immo ex hoc fortasse jucundiores futuras, cùm & id ad priscum gentis nostræ genium pertineat; & condimenti quædam portio sit studio-

L E C T O R I.

sis hæc ipsa, quæ ad vulgi captum accommodata erat, semilatina barbaries.


Non hîc ex ordine referimus alterius generis scripta quæ sequuntur, Alcuini epistolas numero viginti sex, aliasque aliorum auctorum: in quibus epistolæ duæ insignes contra Berengarii perversam doctrinam; & post aliqua, BREVIS NARRATIO de sancti Benedicti corporis translatione in Galliam, ab æquali auctore Germano litteris consignata: cui Paulus Diaconus, & ipse monachus Casinensis; ac scriptor Italus, qui vitam sancti Adalberti Pragensis Episcopi ab annis fere septingentis scripsit, disertè ad stipulantur.

Sed in primis Romanæ historiæ studiosis placebit, ni fallor, vetus collectio INSCRIPTIONUM ROMANARUM: ex quibus non parum lucis accederet nonnullis rebus in Romana antiquitate etiam nunc obscuris. Hinc enim discimus nomina liberorum Marci Aurelii Imperatoris; hinc nomen Vestinii Myſtæ Alexandrini, ejusdemque urbis Musco præfecti, quem Ha-

L E C T O R I.

drianus Imperator, ille *curiositatum omnium* (ut cum Tertulliano loquar) *explorator*, aut certè Trajanus, Romam acciverat ad curandas Bibliothecas librorum, cùm Latinorum, tum Græcorum. Erant illæ Bibliothecæ Ulpianæ, à Trajanø Romæ, teste Dione, exstructæ: quas forsan libris græcis auxerit Hadrianus, & ipse græcis studiis impensiùs imbutus, inquit Spartianus, ingenio ejus sic ad ea declinante, ut à nonnullis *Græculus* diceretur.

Post alia opuscula, quibus percenfendis non immoramus, librum hunc claudent **VARIÆ OBSERVATIONES**, ex mss. codicibus Germanicis erutæ, ex quibus non parum lucis vetustis quibusdam auctoribus accessurum speramus. Quid vero de Liturgia seu Missa Gallicana initinere nostro invenerimus, propediem palam faciet Commentarius hoc de argumento singulis. Nobis porro præclarum laboris atque itineris nostri fructum retulisse videbimur, si hæc rei publicæ Christianæ tantisper utilia esse intellexerimus.



I N D I C U L U S
V E T E R U M A N A L E C T O R U M
T O M I Q U A R T I.

	<i>pag.</i>
I Ter Germanicum ,	1
Passio Mammarii Martyris in Africa ,	93
Passio Marculi Presbyteri Donatistæ ,	105
Fragmentum epistolæ Macrobiae Donatistæ de morte Maximiani & Isaac Donatistarum , ad plebem Carthaginensem ,	119
Passio Theodoriti Presbyteri Antiochiae ,	127
Passio S Philippi Episcopi Hadrianopoleos in Thra- cia ,	134
Initium passionis sanctorum Scillitanorum ,	153
Fragmentum epistolæ Candidi Arriani ad Marium Victorinum ,	155
Responsio Marii Victorini Rhetoris urbis Romæ ad Candidum Artianum ,	158
Diligentia beatorum monachorum Armenii & Ho- norii de libris canonice veteris atque novi Tes- tamenti , & confessio Fidei catholicæ quam bre- viter viro inlustri Theophylo direxerunt ,	177
Epistola Aviti Presbyteri ad Papam Pasconium ,	181
Vita S. Hieronymi Presbyteri auctore (ut videtur) Gennadio ,	183
Vita S Aridii Abbatis Aranensis , auctore Gregorio Episcopo Turonensi ,	194
Veteres formulæ Andegavenses ,	234
Alcuini epistolæ novæ X X VI	272
Caroli Magni epistola de gratia septiformis Spi- ritus ,	312
Odilberti Archiepiscopi Mediolanensis responsio ad Carolum M .	317
Sindberti Episcopi & Abbatis Murbacensis epistola encyclica ,	323

I N D I C U L U S.

- Ejusdem indiculum ad Episcopum , 324
 Prudentii Episcopi Trecensis epistola ad quemdam
 Episcopum fratrem suum , 324
 Rabani Archiepiscopi Moguntini prologus ad Ra-
 tleicum Abbatem de Martyrologio suo , 326
 Versus ejusdem ad Grimoldum Archicapellanum , 326
 Ermenrici monachi Augiensis libellus ad Grimol-
 dum Archicapellanum , 327
 Caroli Crassi Imperatoris commemoratio apud Au-
 gienses instituta à Cadoldo Novariensi Episcopo , 340
EPISTOLÆ TEGERNSENTES , numero XX.
 1 Ottonis III Imperatoris de conditu monasterii Seu-
 vensis in Bajoaria , ejusque Abbatis electione , 343
 2 Ottonis II ad Diemonem Comitem , 345
 3 Ejusdem ad Piligrinum Episcopum , 345
 Epitaphium Hartvici Abbatis Tegernensis , 346
 4 Epistola encyclica Adalberonis Episcopi Metten-
 sis , 346
 5 Gozberti Abbatis Tegernensis ad Utorem nepo-
 tem suum , 347
 6 Ejusdem ad Comitem Adalpertum , 347
 7 Ejusdem ad Dom. M. pro piscibus , 348
 8 Ejusdem ad Arnoldum nepotem suum , 348
 9 Godehardi Abbatis Tegernensis ad suos Tegern-
 enses , 349
 10 Ejusdem ad Theodulum Episcopum , 350
 11 Ejusdem ad A. Abbatem Lunælacensem , 351
 12 Ejusdem ad quamdam Abbatissam , 351
 13 Fromundi monachi Tegernensis ad Theodulum
 Episcopum , 352
 14 Eberhardi Abbatis Tegernensis ad quemdam Co-
 mitem , 354
 15 Godehardi ex Abate Episcopi Hildenesheimen-
 si , ad Henricum Regem , 355
 16 Eberhardi Abbatis Tegernensis ad eundem , 355
 17 Peringeri Abbatis Tegernensis ad eundem , 356
 18 Fromundi monachi Tegernensis ad Peringerum
 Abbatem , 357

I N D I C U L U S.

19 Ellingeri monachi, dein Abbatis Tegernensis ad Fromundum,	358
20 L. Episcopi ad A. Imperatricem , Epitaphium Ellingeri Abbatis Tegernensis ,	358
Gozechini Scholaستici Moguntini ad Valcherum Scholasticum Leodicensem, suum olim discipulum, ubi de Berengarii ejusque sequacium perversa doctrina,	360
Deoduini Episcopi Leodicensis epistola ad Henticum Francorum Regem de eodem Berengario ,	396
Confessio S. Brunonis Cartusianorum auctoris ,	400
Anselmi Episcopi Cantuariensis oratio dicenda ante perceptionem corporis & sanguinis Domini ,	401
Alia contra peruersos bonorum ecclesie ,	402
Anonymous monachi Ratisponensis libellus de ipsius tentationibus , varia fortuna , & scriptis ,	404
Brevis narratio de translatione corporis S. P. Benedicti in Galliam ,	451
Ordo Officii in domo seu ecclesia Frielingensi S. Benedicti ante Pascha ,	454
Antiquæ consuetudines monasteriorum Ordinis S. Benedicti ,	458
Scriptum Fratrum de monte Casino ad Fratres ejusdem Ordinis in Alemanniam & Franciam , &c. de ritibus Casinensis & Cluniacensis ,	462
Vvillelmi Abbatis Hirsaugiensis prologus in Consuetudines monasterii sui ,	465
Ludovici Pii diploma pro cœnobio Campidonensi ,	468
Aliud ejusdem pro eodem loco ,	470
Ottonis ii diploma pro eodem cœnobia ,	471
Ottonis ii diploma pro eadem Abbatia ,	473
Henrici iv diploma pro eadem ,	475
Breves Annales Ratisponenses ,	476
Annales Vveingartenses ,	477
Annales Einsidenses ad cyclos paschales ,	478
Alii Annales Einsidenses ,	479
Dies mensis intrantis & exstantis ,	480
Antiqua Collectio veterum Inscriptioνum Romana.	

I N D I C U L U S.

rum ,	481
Descriptio Regionum urbis Rōmæ ,	506
A N A L E C T A P O È T I C A .	
Beati Bedani Presbyteri epitaphium ,	521
Alcuini versus de Aquila Episcopo Salzburgensi ,	522
Alii versus de gallo ,	524
Incerti Poëtae versus de ordine comprovincialium	
Episcoporum , & primo Episcopi & Archiepiscopi	
Salzburgenses ,	525
Episcopi Ratisponenses ,	526
Episcopi Frisingenses ,	526
Episcopi Patavienses ,	527
Episcopi Sabionenses ,	527
Epitaphium Virgilii Episcopi Salzburgensis ,	527
Epitaphium Arnonis Episcopi Salzburgensis ,	528
Epitaphium Adalrammi Archiepiscopi Salzburgensis ,	528
Aliud ejusdem ,	529
Epitaphium Liuphrammi Archiepiscopi Salzburgensis ,	529
De Ariete Episcopo ,	530
HL. Regis carmen ad Baldonem Episcopum ,	531
Epitaphium Lantfridi primi Abbatis Benedictoburiani ,	533
Aliud ejusdem ,	533
De tribus primis ejusdem loci Abbatibus ,	533
Veteris Poëtae Carmen apologeticum , interlocutoribus Gaufrido & Aprile , aduersus obtrecentatores	
Curiæ Romanæ ,	535
A P P E N D I X .	
Passio sancti Maximiliani ,	566
Libellus Abbatis Piriminii paræneticus , in quo multa aduersus pravos sæculi octavi mores ,	569
Vulfadi Archiepiscopi Bituricensis epistola pastoralis ad parochos & parochianos suos ,	602
Auxili libellus de negotio Formosi Papæ ,	610
Variæ observationes ex missis Germanicis ,	626
V E T E R U M	

VETERUM
ANALECTORUM

TO M V S IV.



ITINERIS GERMANICI DESCRIPATIO.

ITER Germanicum, quod ego sociusque meus Michael Germanus nuper confecimus, ita publici juris haberi coepit, ut ejus descriptionem flagitantibus denegare pene improbum ac iniquum videatur. Nil juvat quod contra obtendimus, itinera nostra tanti non esse, quæ publicam lucem mereantur: ceterum in illo Germanico vix quidquam reperriri, quod tanta exspectatione dignum censi possit. Reponunt quippe illi, hoc qualcumque est, publica auctoritate publicosque in usus suscepimus, id postulare, ut ejus rationes reipublicæ litterariæ aliquando reddamus: ne plus apud nos valere credatur inurbanus pudor, quam ejus, qui nos ad hoc iter induxit, gratia & auctoritas. Regiam ipsi interponere non dubitant, quasi iis simus,

Vet. Analect. Tom. IV.

A ij

4 ITER GERMANICUM.
qui possimus tanti Principis vultum & oculos vel tantisper morari.

Quamquam ita dici, ita prædicari volebat istius itineris proxeneta ille munificus, qui nihil ad Ludovici Magni gloriam non agebat. Is sive ex libris, quos identidem ipsi offerebamus, sive ex amicorum, qui proprius ei adhaerebant, relatu, cum non nihil utilitatis in rem litterariam ex aliis itineribus nostris provenisse crederet; in animum induxit pro sua in litteras caritate, ut Germaniae bibliothecas perlustraremus, non alio sane consilio, quam ut inde aliqua monumenta in publicam utilitatem erueremus. Nemo non intelligit hunc esse illustrissimum Johannem Baptistam Colbertum, quem mors inopinata e vivis eripuit cum adhuc in Itinere Germanico versaremur. Hujus itineris seriendum jussi exponimus, nullus alia præter litteras ac libros querat in hac narratione: quæ si jejuna & ingrata videbitur, fortasse litterarum amore, aut certè grati in tantum vivum ac memoris animi professione approbata erit.

Anno 1683. PROFECTURIS in Germaniam seu Alamaniam, quia totam percurrere non licebat, eas partes adire visum est, in quibus superessent bibliothecæ insigniores. In primis excitavit nos ad videndum Sancti-Gallensis,

ITER GERMANICUM. 5

Augiensis, Augustanæ duæ, nempe biblioteca sancti Udalrici, & publica; Ratisponensis sancti Emmeramini, & Tergernensis in Bajoaria, de quibus quamdam antea notitiam habueramus. Itaque ad Helvétos, Suevos & Bajoarios iter instituimus tum maximè, cùm intempestiva omnia videbantur: multus undique bellicus fragor & apparatus, Germanorum iræ de Argentorato expugnato, & super his Turcici exercitus in Pannioniam debacchatio: ne quid dicam de obsidione Viennensi, quæ accidit nobis jam in itinere constitutis. Hæc cùm ita se haberent, intimus quidam amicus è nostris, Prior sancti Georgii Villingæ ad Silvam-nigram, itineris nostri accepto consilio, litteras ad me dedit die nona Junii scriptas, in quibus hæc inter alia. *De itinere tuo quid? Olim ubique exspectatissimus advenisse: nunc aliter, non propter te, sed propter tempora. Si tempestas aliquando deferbeat, ingredere in gaudium, in brachia sodalium tuorum. Omnibus solatium erit vel conspexisse tantum virum.* Sic ille sentiebat, plus amicitiae tribuens, quām me deceret vel referre. Insuper remoram adjiciebant non satis integra utriusque nostrum valetudo, linguæ Germanicæ ignoratio, & aliæ res, quas commemorare singillatim parum interest.

Nihilo minus iter ingressi sumus die ultima

A iii

6 ITER GERMANICUM.

Junii, Vesontionem thedā publicā vēcti intra novem dies, consortio interim iūsi Dīvionem usque humanissimi virti domini Girardi, cui Ludovicus Granatensis hoc debet, quod Gallis non minūs placeat quām Hispanis. Vesontione per biduum moram egimus, in sancti Vincentii monasterium hospitio humanissimè accepti à R. P. Hieronymo Coquelino Priore ex Benedictina Congregatione sancti Vitoni. Altera quām accēsimus die omnibus honoris ac benevolentiae officiis nos prævenit ejusdem loci Abbas Johannes Baptista Boisotus, ex illustri istius urbis familia, qui non solum museum ac bibliothecam suam nobis referavit, sed etiam quæque in ea civitate visu digna erant, nobis commonstrari curavit.

Est hæc Sequanorum metropolis ad Dubim * fluvium sita, unidique prope obsita montium jugis: quorum in uno, cui Cælio nomen est, arx urbi imminet, loci positu atque arte munitissima, præaltæ rupis abrupta latera pro muris, fluvii alveum pro vallo habens. Ibi nobiles adolescentes, quos regios pueros vocant, instituuntur ad virtutem & bellicas artes: quarum egregium specimen sub Regis oculis dederant ante paucos quām illuc accederemus dies. In hujus montis declivi constructa erat sancti Stephani ecclesia major, ab Hispanis subrui cœpta ad præ-

* le Deux.

ITER GERMANICUM. 7

fidium loci, nunc penitus excisa : cuius vicem præstat, quæ secunda Canonicorum fides erat, sancti Johannis Evangelistæ ecclesia, ubi modò sacrum linteum, quo Christi mortui involutum corpus traditur, religiosè asservatur. Urbs ipsa in Regis Christianissimi potestatem venit anno M DC LXXIV, sancè perquam elegans, antiquis Romanorum monumentis insignis, quæ in Vesontione Chiffletii observari possunt. In eo tamen libro desiderantur duplicis marmoris nuper effossi inscriptiones, quarum una præcipua sic habet :

DEO. MERCURIO. CISSO
NIO. DUBTERATIA. CASTULA
NATIONE. SYRIA. TEMPLUM
CONLABSUM. DENUO. DE. SUO
RESTITUIT.

Hoc marmor, quod prope amphitheatum Vesontionense erutum est, nunc in Museo Boisotij jam laudati Abbatis visitur cum alio item marmore, variisque cimeliis & numismatibus, quæ hîc recensere non vacat. Inter ejusdem libros multi sunt ex bibliotheca Granvellana, quidam etiam codices elegantiissime scripti, ex Budensi bibliotheca Matthiæ Corvini Hungariæ Regis in Granvellanam transportati. In editis libris inscriptio-
nes non dorso librorum, ut fit apud nos, sed

A iiiij

8. ITER GERMANICUM.

compressis, qua parte explicantur, foliis appositæ sunt: quem morem in plerisque Germaniæ bibliothecis deprehendimus. Ex Budensibus insignes sunt membranei codices. *Laetantii de Religione*, *Titi Livii secundum volumen ex tribus*, quorum alia duo ex Florentino exemplari descripta sunt anno Mcccc xxv. Omitto libros variis linguis scriptos, in quibus *Christina Pisana de Politia Gallici libri tres*, olim impressi. Vivebat apud Gallos regnante Carolo V Christina, cuius Marotus in quodam epigrammate ad Joannam Gaillardam Lugdunensem meminit. Praeclara admodum fuit ista Granvillanæ bibliothecæ libraria supellex: quam sanè præferrem magnifico ejus nominis palatio, in cuius hortis Jovis effigies insignis visitur, ex Vinea Medicorum eo translata. Vidimus etiam apud quemdam bibliopolam plurimos, sed levioris momenti, libros olim cathedralis ecclesiæ, missales (ut vocant) & chorales, qui ad librorum compactores damnati sunt. Eamdem fortunam Pontificalis ejusdem ecclesiæ liber, jussu Caroli à Novo-castro Archiepiscopi ante annos ducentos eleganter scriptus, jam subiisset, nisi medicus, quem penes est, has membranas carius vendere vellet: quas ne quidem duorum aureorum pretio (nam quatuor postulabat) ex ejus manibus eripere potuimus. Hæc fortuna fuisset

ITER GERMANICUM. 9

veterum librorum omnium, nisi Deus aliam
mentem in quorumdam Studiosorum men-
tes hoc a^evo inspirasset.

Die 12 Julii humanissimis hospitibus nos-
tris actis ex animo gratiis, Basileam versus
iter instituimus, paullulum a recta via declin-
antes, ut Luxoviense monasterium, fama &
religione celeberrimum, adiremus. Eo dedu-
xit nos R. P. Fulgentius; qui res Congrega-
tionis sancti Vitoni tunc procurabat in Sena-
tu Vesontionensi. Hujus suasu tantisper de-
fleximus ad Faverniacense * monasterium,
olim feminarum, quarum Abbatissæ litteras
Bernardus Abbas Clarevallensis scripsit, pos-
tea virorum ab annis quingentis: quo tem-
pore monachis Casæ-Dei ab Anserico Ponti-
fice is locus traditus est, modò sub Congre-
gatione sancti Vitoni. In eo monasterio nihil
fere singulare, præter unam ex duabus hos-
tiis sacris, quæ, cum anno 1608 in festis Pen-
tecostes altare ex cereorum accensorum flam-
ma totum arsisset, in sublime divinitus elatae
perhibentur, eoque pæsto ab igne penitus in-
taetæ: quarum una Faverniaci reservata, al-
tera Dolam translata est. Hoc de miraculo
quidam hoc distichon cecinit.

*Impie, quid dubitas hominemque Deumque
fateri?*

*Se probat esse hominem sanguine, & igne
Deum.*

* Faver-
nay.

10 ITER GERMANICUM.

Hoc in disticho mentio injicitur de alio miraculo Divione patrato, cùm Judæo quodam sacram hostiam nefariè lancingante, hostia sanguinem reddidit. In eunte saeculo octavo, ut perhibent, Godolia Faverniaci Abbatissa erat, cuius tempore Bertharius & Attila martyrio affecti sunt in proximo vico Menulfi *. Johannes de Burgundia domicellus, frater Ottonis Burgundiæ Comitis, sepultus est in ecclesia monachorum anno 1373. Faverniacum alluit Lantena * fluviolus, qui in Ararim unâ leucâ inferius devolvitur.

* Menoul.

* le Lan-
terne.

* Luxeu.

* la Brusse.

Julii die 14 Luxovium * pervenimus, Columbani ejusque discipulorum sanctitate insigne. Ibi omnem humanitatem experti sumus à R. P. Priore domino Hieronymo Pichone, jam pridem nobis noto & amico. Monasterii ecclesia & claustrum aliquam antiquitatem præferunt: cetera ædificia recentiora. Situm est ad Bruscionem * amnem, in loco satis amoeno, aëre salubri, ubi thermæ haec tenus habentur, ab antiquis etiam celebratae. In ecclesia principe exstat absque inscriptione tumulus, super quatuor lapides erectus ad navis dextram partem, in quo Angelomus monachus jacere traditur, commentario in libros Regum notus. Cernitur prope majorem ecclesiæ portam pharus, quam Laternam vocant, cuius omnino consimilem vidi aliquando in Bonavallensi mo-

ITER GERMANICUM. 11

nasterio apud Carnutas. Ea usui fuisse videatur in gratiam eorum , qui noctu ecclesiam frequentabant. Sanctus Vvaldebertus Abbas loci tertius sepultus fuit in oratorio sancti Martini , quod quondam unum ex monasticis oratoriis , nunc Luxovii opido continetur. In sacrario asservatur egregius codex Evangelia complectens , tempore Gerardi Abbatis , cuius nudum in indicibus nomen sine temporis nota occurrit, eleganter exaratus , uti fidem faciunt hi versus ad Evangelium sancti Marci.

*Auxilio cuius pius auctor codicis hujus
Abba GERART vivat, anima & de morte
resurgat.*

Tum in fine adduntur alii , quibus hunc librum sancto Petro Luxovii Patrono vovet.

*Luxovii pastor GERARDUS, lucis amator,
Dando Petro librum, lumen mihi posco su-
pernum.*

In Capitulari Evangeliorum , quod eidem codici de more subjicitur , nulla mentio de Annunciatione, Nativitate beatæ Mariæ , & festo omnium sanctorum. Feria vero secunda post Dominicam secundam Quadragesimæ in *Vestina* , rectius quam in Kalendario Fron-tonis, inter *Vestina*, ad exprimendum ecclesiæ titulum , ubi ipsa die statio erat. Dominica quarta Quadragesimæ in *Susurio* , quæ aliis in sancto Laurentio. Inter paucos bibliothecæ

ITER GERMANICUM.

reliquos codices insignis est præ ceteris unus, litteris Franco-gallicis ante annos mille conscriptus : in quo Epistolæ & Evangelia per annum , secundum priscum Ordinem Gallicanum , integra referuntur. De hoc codice alibi dicendum uberius , uti & de alio qui Clemangii opera complectitur:

* Lure.

Luxovio discedentes , adjuncto nobis reverendo Patre loci Priore , primo exceptit Lutrense * monasterium (quod ante paucos dies Rex hospitio suo dignatus fuerat) nobile quondam , nunc Murbacensis Appendix , ubi quinque monachi Germanici versantur ex coetu Murbacensi. Loeus aquis circumductis , validis muris , & propugnaculis munitus ; ecclesia vetustatem præferens , in qua duo ingentis molis tumuli visuntur , unus sancti Deicoli Abbatis primi , alter Columbini ejus discipuli ; ambo nuper illuc cum utriusque sancti reliquiis allati ex proxima sancti Deicoli ecclesia destructa.

* Poren-
truy.

Lutrâ relicta ingressi sumus superioris Alsatiæ pagum Suntgoviensem : tuncque primum mores ac linguam Germanicam in subditis Gallicis offendimus. Occurrit nobis in itinere opidum *Befort* , tum *Altkirk* , quod veterem ecclesiam sonat : ubi residet Vicarius Generalis Episcopi Basileensis , qui ipse Bruntruti * versari solet , cuius loci dominium ad ipsum spectat , ecclesiastica ditio ad

Archiepiscopum Vesontionensem. Post opidum *Befort* occurrit etiam ecclesia beatæ Mariæ de Vallibus, olim Ordinis nostri Prioratus, qui Patribus Societatis Jesu ex Alsatiæ opido Einfemio modò attributus est.

Julii 17 Huningam * pervenimus, & relictis in meritorio hospitio sarcinulis, clarissimum arcis gubernatorem salutaturi convenimus. Ille verò nos familiari sua comitate exceptos, triduo apud se remanere jussit. Parvimus non inviti, ut spatium videndæ Basileæ haberemus. Quid verò humanitatis atque honoris per illud tempus ab illustri Marchione experti simus, nemo credat, nisi cor datum optimi ac generosi animi pectus noverit. Huninga, priùs exiguis vicis, nunc opidum munitissimum, Rheno in æquabili planicie impositum, Basilea vix mille passibus distans, Ludovico Magno auctore gloriatur, qui, non sine vicinorum invidia, illud ad Alsatiæ præsidium constructum voluit. Primum loco Rectorem præfecit Marchionem Puteolensem, ex Sileriaco Brulartiorum genere perillustri: quoniam eum esse noverat, qui Basileensium suspicione curata, ab omnibus amaretur, & pro sua virtute ac fide locum ab hostibus tutum præstaret.

Postridie quām istuc accessimus, commodatis equis (nam conducticos remiseramus) Marchio nobis auctor fuit, ut monasterium

*Hunin.
gue.

14 ITER GERMANICUM.

beatæ Mariæ de Petra , quod ante paucos annos à nostris excultum,nobis prorsus ignotum erat, religionis causâ adiremus, ejus loci Abbatem de instituendo itinere consulturi. Id situm est inter excelsas alpes, duabus leucis à Basilea civitate, uno lapide ab arce Lanscronia*. Illuc summo mane contendimus , Dominica die sacra facturi in frequenti peregrinantium asylo : ubi Gallicana prorsus humanitate excepti sumus à reverendissimo domino Augustino , Beinvillensis prope Sollorum * monasterii Abbatे , qui hunc locum à multis expertum ad monasticos usus composuit, ornavit , & xenodochio præclaro instruxit. Postquam Missas privatas peregimus , sacram sollemne musicâ perpetuâ celebratum est, instrumentis musicis cum vocibus & minori (quod vocant) organo simul concinentibus. Prandio facto, bibliothecam lustravimus , sed nullos scriptos codices invenimus, præter unum aut alterum , in quo multi sermones in Concilio Basileensi habitu referuntur, omnes fere inediti, sed planè luce non digni. Unus inter alios est Prioris sancti Benigni apud Divonem , alii privatarum personarum. Colloquio de itineris nostri ratione habito cum humanissimo Abbatе, litterisque ad Helvetica monasteria commendaticiis ab eodem acceptis , cum multa gratiarum actione Huningam revertimur.

* Lanscron.

* Soleure.

Postera die Basileam ingressi , primo bibliothecam publicam adivimus sub auspiciis illustris Marchionis , qui à Basileensibus non secus colitur , quām proprius eorum Praefectus . Omnia nobis humanissimè propalavit eruditus Buxtorfius , Johannis filius , ipsius bibliothecæ curator. In ea servantur plurimi codices scripti , cùm Græci , tum Latini : in his *quatuor Evangelia græcè ab annis circiter mille exarata ; Gregorii Nazianzeni opera græcè cum commentariis Eliæ Cretensis & egregiis picturis , quæ priscos habitus episcopalem , sacerdotalem , & sœcularem exhibent . Chrysostomi varia item opera , ac Petri Blefensis epistolæ non semel habet hæc bibliotheca , in cuius exedra amplissima habitus est primus conventus Concilii Basileensis . Ibi etiam legimus holographum Erasmi testamentum , cuius Erasmi sepulcrum cum epitaphio cernitur in navi majoris ecclesiæ ad ambonis sinistram partem ; secus eum locum , ubi Calvinistæ sacra sua faciunt , nempe ad vestibulum , quo ex navi aditus erat in chorum . Integra sunt in choro & sanctuario omnia , quod in Ultrajectina ecclesia maximè probavit magnus Peireskius , teste Gaslendo . Oecolampadius tumulum habet in peristylio seu clauстро (quod vocant) majoris item ecclesiæ , intolerandæ impudentiæ titulo donatus , cùm primus in eadem urbe evangelica doctrinæ auc-*

tor, & templi istius verus Episcopus appellatur. Ex cathedrali ecclesia in ædes divertimus elegantissimas domini Fæschii Senatoris Republicæ Basileenii, qui nos multa humilitate exceptit, comitante semper erudito Buxtorio. In inferiori ædium parte visitur bibliotheca optimis referta libris, cùm editis, tum scriptis: quos inter alii sunt Isidori, alii Bedæ, plerique veterissimi. In superiori parte cimeliarehium omni rerum curiosarum genere locuples. In urbe id singulare, quod horologiorum horæ singulæ singulas nostras unâ prævertant, ita ut Basileensium prima sit nostra duodecima, & sic de aliis consequentibus, nulla certa ejus diversitatis ratione. Paulus Hentznerus in Itinerario suo anni 1597 meminit hujus rei singularis. Matres-familias in publico raræ, numquam in conviviis, tantum-non ancillantur. In minori Basilea, quæ majori jungitur ponte Rheni subilio, ante motus Helveticos insignis Cartusia exstabat, ex qua multi codices in publicam illam, quam superiùs descripsimus, bibliothecam transpositi sunt. Duos tantum notare juvat, unum qui Guigonis statuta continet, alterum qui vitam sancti Brunonis, incipientem ab his verbis: *Quod Sapiens exhortationis gratia dicit, &c.* In fine hæc leguntur: *Frater Ludovicus Moser, monachus professus hujus vallis beata Margaretæ Basileæ*

Basileæ Ordinis, hunc transsumpsit ex chalcogra-
pho patris Henrici de Alveldia, ejusdem domus
quondam Prioris anno 1486, 18 die Aprilis,
anno prefati patris Henrici in Ordine Cartusi-
cum 50. Hæc idcirco notare visum est, quod
in eo libello agatur de funere famoso illius
Doctoris Parisiensis. Duabus supra Basileam
leucis ad Rhenum olim stabant Augusta *
Rauracorum, antiqua Episcopi sedes.

* Augst,

Julii 21 illustrissimi Marchionis & reve-
rendissimi Abbatis Augustini litteris muniti,
comparatis equis, Huningâ discessimus, &
Basileam transgressi, Germanicum solum
terere cœpimus, in posterum ad tres fere
menses moribus nostris & linguae nativæ
valedicturi, Germanicis Helveticisque assue-
faciendi, quorum hæc summa est. Ubi in
aliquid diversorum venitur, hospes & ho-
spita, data salutantis dextera, hospites sibi
gratiosos advenisse testantur. Tum sub-
eundum triclinium, in quo tanta passim in
estate muscarum propter hypocaustum, ubi
per hiemem latitant, copia & importunitas,
ut flabello sint abigendæ. Nec minus mole-
stus tabaci graveolentis fœtor. Hic saepius
quod nolint, quam quod velint refecturis
ingeritur. Panis ingratè cervisia & feniculo
conditus: obsonia pro more gentis pipere
aliisque ejusmodi salsa mentis infarta. Om-
nia accuratè in tabella describuntur. Lecto-

Vet. Analect. Tom. IV.

B

18 ITER GERMANICUM.

rum forma Gallis insolens , corpore quidem brevior , multis cervicalibus congestis , ut sedenti quam jacenti similior videare . Nec commodior lectorum apparatus : cum etiam aestate pro levi stragulo gravis culcitra plumis foeta sustinenda sit . De cetero omnia satis nitida & munda , & in quovis Catholicorum triclinio semper eminet extans Crucifixi effigies . Ad singulas domorum & cubiculorum januas affigitur titulus , quo mentem sanam & puram , honorem Deo , & patriæ liberationem precantur , sanctam Agatham appellando , quam contra incendia patronam agnoscunt . Exituris hospes qui adventantibus ministrare solet , expensarum tabulam offert cretâ descriptam : tum singula in rationes immurmurando redigens , sumimam conficit , à qua ne scrupulo quidem dissidere impune licet . Tanta est gentis religio & aequitas . Discessuris *in amorem sancti Iohannis* propinari mos est .

Hæc præmittenda fuere ad novum iter , quod nobis prima die non planè jucundum fuit . Nam cum Basileæ ponte (quod nobis male vertit) transmisso , Rheni oram sursum legentes , ad Rhinfeldæ * urbis Cæsari addictæ portam venissimus ; rogata transmeandi facultate , itum saepius & redditum ad Gubernatorem , à quo nullo pacto , nullis precibus hanc facultatem extorquere licuit

* Rhinfeld.

nobis, interim fervente sole per duas horas ad primas urbis excubias subsistentibus. Sic nos pœnas dedimus assultus urbi illi nuper à nostris facti , Gubernatoris memores iras coacti ad solem devorare. Alio itaque tentandus Rheni transitus, (nam Badam Helveticorum cogitabamus) & Sekingas * usque procedendum, opidum extremo bello valde afflitum , cuius pons igne Gallicano flagravit. Ibi collegium est nobilium domicellarum seu Canonicarum octo cum Abbatis, Principis titulo insigni , & quatuor Canonicis , in ecclesia sancti Fridolini Abbatis, qui ibi præcipua religione colitur. Inde Rheni transitu à trucibus nautis vix imperato, post arduum montem superatum , hospitium nobis præbuit Calvinistarum opidum *Brouc* dictum, sub pagó seu cantone Bernensi, ad Arolam * fluvium.

Sequenti die trajecto Rusia* fluvio, accessimus Badenam * seu Badam, Diætâ cantonum calidisque thermis celebre opidum ad Limagum , ubi Helvetiorum comitia tunc habebantur. Mox audientiæ gratiâ ab excellentissimo Regis Legato domino Gravellio impetratâ , litteras ipsi à Marchione Puteolensi porrexiimus , & ex ejus favorabili responso intelleximus , nos etiam aliunde ipsi fuisse commendatos. Id verò probavit maxima ejus in nos humanitas , quos non solùm

* Sechin-
gen.

* Par.

* la Russie.

* Baden.

20 ITER GERMANICUM.

in mensā privatā secum admittere dignatus est, sed etiam in publico hospitio liberaliter excipi jussit. Istius opidi ædificia elegantia sunt, præsertim ædes cantonis Bernensis, omnes albicante gypso passim cum picturis, ut in aliis Germaniæ opidis, decoratae. Ecclesia præcipua beatissimæ Virgini assumtæ sacra est. In eam convenimus die festo sanctæ Magdalenaæ ad concionem, tametsi linguae prorsus ignorantes, ut ritus patriæ observaremus. In primis concionator Capucinus integrum festi Evangelium idiomate vulgari ex libro perlegit, omnibus auditoribus in pedes stantibus cum magna reverentia, non promiscuo sexu, sed discreto. Deinde sedentibus post lectum evangelium omnibus, concionem sollemni more instituit, nisi quod angelica salutatio à sedentibus recitata est. Aliud item in illa ecclesia observavimus, nempe Baptisterium in superiori navis parte ad aquilonem positum sub effigie columbae suspensa, exemplo ducto à Christi Domini baptismo, in quo Spiritus-sanctus sub forma columbae spectabilem se præbuit.

Eodem die ad vesperam à nobis iustratum est Ordinis Cisterciensis cœnobium, Maristella primitus appellatum, alias Vvettingense à proximo vico, vix mille passibus à Bada, anno 1227 erectum ad Limagum flumen. Salutato reverendissimo Abbe, inter

istius asceterii viros religiosos unum vidimus Josephum Meglingerum, virum doctum & modestum, qui nobis duos libellos à se scriptos editosque amicè concessit, ipse auctor & typographus. *Annus Cisterciensis* est, in quo gesta præcipua sanctorum ac piorum Cisterciensium monachorum elegantissimè referruntur. Ejusdem est *Iter Cisterciense*, quod compositum occasione Capituli generalis Cisterciensis anni 1667, ad quod ipse profectus est. In exteriori ecclesiæ sinistro latere visitatur sepulcrum Alberti i Romanorum Imperatoris, cuius corpus postea Spiram jussu Henrici VII delatum est.

In ecclesia eximum nitorem & decorum omnia spirant, longè certè majorem quam basilicæ nostrates. Hoc discrimen in suo Itere advertit Josephus mox laudatus, scribens se Divione grandia quidem templaque vidisse, sed parum expolita. Summum altare, inquit, fere omnem totius templi decorum continet: reliquarum partium obscuritas, aranearum telæ, & neglectus ubique cultus has sacras ædes longe infra Germanæ pietatis sedulitatem ponunt, quorum templaque ad quamdam cœlestium mansionum invidiā Numinis honori parantur. Quippe Germani maximè in hac elegantia & in multiplici vocum & instrumentorum variorum concentu pietatem locant, quæ nos pietatis

B iiij



22 ITER GERMANICUM.

impedimenta Galli reputamus. De musica musicisque instrumentis loquor, nam optandum esset, ut ille ecclesiarum nitor ita apud nos vigeret, ut apud Helvetos & Germanos musices amor.

Badam ipsa die reversi, cuncta inde discessimus, instructi litteris excellentissimi Oratoris ad varias Germaniae personas illustres, & ex ejus mandato deducente nos domino *le Baron* Dixit Secretario, in Murensis Ordinis nostri monasterium pervenimus, quod à Vvernhero Argentinensi Episcopo constructum est anno 1072. Dicitur hic locus à Bada sex horarum itinere, in quo Mulinga, & Brimaguardia opida ad Rusam occurserunt. Ab hoc amne uno horario milliari distatum est monasterium, *Moury* vulgo dictum, in diœcesi Constantiensis, loco pro regione satis ameno & jucundo, ubi degunt monachi quinquaginta sub Congregationis Helveticae accurata disciplina. Eximia fuit in nos optimi Abbatis Hieronymi benevolentia & humanitas, cui omnium religiosorum follicita & sedula caritas accessit. Ex ejus cœnobii monumentis anno 1618 vulgata sunt *Origines Murensis monasterii* cum genealogia Principum fundatorum: & anno 1651 prodiit vera *Origo & genealogia Comitum Habsburgensium*, auctore Dominico eruditissimus loci Abate, contra recentium aucto-

rum fabulas. Priorem libellum tanti fecit eximius Peireskius , ut magna contentione repetitisque ad Vicum Regis in has partes Legatum litteris obtainuerit authenticā formā actorum exemplum, quod posset inferri in chartophylacium regium. adeo verebatur, inquit Gassendus, ne autographo sinistri quidpiam contingeret. Quin etiam , re jam in tuto collocata , procuravit sollicitè iteratam editionem tum actorum omnium , tum maximè ejus genealogiæ , quam ne unâ quidem syllabâ additâ vel demtrâ , rededit in perspicuum schema. Plura vide sis apud eumdem Gassendum de istorum actorum utilitate ad refellendum Verner, Guillimanni, & Piespordii commentum de stemmate domus Austriae ; probandumque Principes Austriacos serie dumtaxat feminea , non virili , ut illi fingunt , ad Habsburgicam familiam , mascula verò ad Tiersteinicam pertinere. Integra hæc acta vidimus in Murensi bibliotheca , & quosdam alios codices mss. quos inter unus est pervetus , continens post Bedæ librum de tempore Chronicon Reginonis , cum continuatione Hermanni Contracti & Berchtoldi ejus discipuli. Reginonis Chronicón definit ut in editis , annosque Christi adscriptos habet , contra quām nonnulli de hoc Chronicō opinantur , existimantes annorum calculum adjecticium

24 ITER GERMANICUM.

esse. Idem olim, quod in Murensi, advertimus in optimæ notæ codice Gemblacensi. Alius Murensis codex ante annos fere sexcentos exaratus, continet Martyrologium, & Regulam sancti Benedicti feminis accommodatam. Pingitur initio sanctus Benedictus sedens, cum pedo in manu, atram habens brevem cucullam, togam seu tunicam albam, & calceos subnigros. In Necrologio, quod in sanctorum Kalendario permistum est, multarum illustrium personarum obitus recententur. In alio necrologio Murensi notantur etiam Habsburgensis familie insigniores personæ. Inter codices recentiores habetur *liber de antiquitatibus monasterii Fabariensis*, Ordinis nostri in Rhucantia, finibus Helvetiae siti, auctore Augustino Stoklino Murensi primum, dein Fabariensi Decano, postmodum Abate, qui opus illud composuit anno 1628, ubi multa scitu digna refert. Plura alia scripsit eleganter & accurate Abbas ille dignissimus.

Muræ illud primum observavimus, quod in omnibus ferme Germaniæ locis observatur, ut unus famulorum propter incendi periculum noctu excubias agat, & singulis ab ignitegio horis, id est ab hora octava in hieme, nona in æstate, quadam verba variis in locis proclamat, ut se vigilem probet. *Audite quid dicturus sim*, inquit ille in æstate

hora nona, *insonat hora nona, extinguite lumen & ignem, ut nos Deus cum Maria tutetur.* In aliis horis significat talem insonuisse horam. Id sit, inquam, propter incendii periculum, quod in Germaniae partibus maximum est, quoniam abietinis lignis fere omnia constant, ut etiam in plerisque locis pro regulis sint afferes abiegni. Quod in memoriam revocat Taciti locum ex libro de moribus Germaniae. *Vicos colunt, ait, non in nostrum morem connexis & coherentibus adificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inficitia adficandi.* Ne cementorum quidem apud illos aut tegularum usus. Materiam utuntur ad omnia uniformi, & citra speciem aut delectationem. Hanc materiam esse puto abiegnam, ex qua etiam hodierni Germani stratas publicas sternunt, pontes tegunt, & quid non faciunt? quod in eorum silvis hoc unum ligni genus abundet. Sed eorum ædificiis probè convenit quod Tacitus subdit: *Quadam loca diligentius illinunt terra, ita pura ac splendente, ut picturam ac lineamenta imitetur.* Illud maximè apud Helvetos itinerantibus molestissimum, quod non solum singuli singula sua prædia sæptis circumdant, quæ nemini violare impune licet; sed etiam publicas vias frequentibus repagulis impediunt. Hoc autem vice versa jucundum simul & commo-

26 ITER GERMANICUM.

dum, quod frequentes occurunt fontes, per abietinos tubos & canales diducti , seu in subjectos aquarios truncos , seu in prata irrigua.

Conducto in reliquum iter interprete ,
 Julii 26 Murâ discessimus Einsidlam versus ,
 quæ novem inde horarum itinere distat, du-
 cem habentes R. P. Carolum , juvenum
 institutorem. Inter eundum vidimus parthe-
 nona Cisterciensem, vocabulo *Fravvental* ,
 id est Vallis-Virginis, ad Lorsam ; qui amnis
 defluit ex lacu Tugensi. Adjacet isti lacui ,
 valde piscoso & ampio , urbs Tugium * ,
 caput Helvetici cantonis cognominis , locus
 sane amoenissimus. Ibi sacra celebravimus
 in æde sancti Osvvaldi Anglorum Regis :
 alia ecclesia sancto Michaëli nuncupata. In-
 de recreati Abbatis Murensis liberalitate ,
 subiimus arduum montem , ex quo descen-
 sus est in subjectam vallem , ubi lacus Aquæ-
 regiae * dictus. In ea valle aliisque circum-
 positis plurima hinc inde cernuntur tugu-
 riola , in quæ rustici fœna sua comportant ,
 cum ad unum locum propter difficultatem
 viarum convehere non possint. Singuli rus-
 tici plures habent ejusmodi casas , atque in
 eis stationes vicissim hieme faciunt, cum pe-
 coribus suis promiscuè degentes. Cibus per
 id tempus cascus , lac concretum , & alia id
 genus: rarus panis, quòd in ea valle segetes

* zug.

* Aigré.

haud nascantur , nec per hiemem facilis sit ex illis latibus egressus. Hanc vallem præcelsi hinc inde montes cingunt , inter quos Mons *Gubel* , in quo Catholici circiter trecenti hæreticorum millia circiter sex fuderunt. Nec longe à Tugio in pago Tigurino insignis fuit pugna ad Capellense Cisterciensium monasterium , qua in pugna Zuinglius imperfectus , ac postea ejus cadaver flammis crematum est.

Tandem multis montium jugis & scopulis superatis , ipsa die accessimus ad Einsidlene * monasterium , quod latino nomine Beatæ Mariæ Eremus appellatur. Locus est Fidelium concursu percelebris ac religione monachorum , qui ibi numero centum degunt. His præest reverendissimus & illustrissimus Abbas Augustinus Redingus , Congregationis Helveticæ Visitator primus , modestia & religione non minùs , quam libris editis clarus , ex quibus volumina duo ad refellenda Ministri Tigurini in Baronium objecta , tria de rebus Theologicis in lucem emisit Einsidensibus typis. Is non modò omnimodam nobis humanitatem & caritatem exhiberi jussit , sed etiam communicari omnia vetera monumenta , quæ in rem nostram facere poterant. Et hoc certè cum multa sedulitate exsecutus est R. P. Placidus , ipsius germanus frater , idemque Thelogiæ

* *Einsiedlen.*

28 ITER GERMANICUM.

prælector, qui in ætate non admodum pro-
væta egregios in omni fere scientiarum ge-
nere progressus fecit. Majori templo inclu-
sum est primarium beatæ Mariæ facellum,
sanctum Meginradum auctorem habens,
quod voti causâ undique frequentatur. Al-
tare majus ecclesiæ ex marmore magnificen-
tissimè nunc primum absolutum. Insignis est
locus ad sacra asservanda supra capellam
beatæ Magdalénæ elegantissimam, in qua
pænitentes sese confessionis remedio expia-
re solent. In sacra supellectile omne pretium
superat Ostensorium, in quo Christi Domini
corpus exponitur, totum ex auro, gemmis
& lapillis pretiosissimis ornatum. Crux est
etiam valde antiqua & procera, in qua Chris-
ti effigies quatuor clavis pro more veterum
affixa est, adhibitis utrimque in crucis ramis
variis reliquiis, cum variis etiam inscriptio-
nibus, quarum hæc una est : *Adalbero &*
Vto pro Domino de se simul hoc instituerunt. In
bibliotheca multi sunt exquisiti codices, ex
quibus non pauca excerptimus in conse-
quentibus referenda. quales sunt inscriptio-
nes Romanæ insignes, acta Martyrum au-
thentica, Frovvini in Monte Angelorum
Abbatis egregium opus de gratia & libero
arbitrio, qui auctor vivebat ante annos fere
sexcentos.

Einsidlâ egressi die 30 Julii ad lacum

ITER GERMANICUM. 29

Tigurinum * tendimus, consenso prius ar-
 duo monte , ubi sancti Meginradi eremitæ
 primaria sedes & ædicula visitur. Ex eo loco
 prospectus est in subiectum lacum Tiguri-
 num & adjacentem regionem , adeoque in
 Ufnaugiam laci parvam insulam , in qua bea-
 tus Adalricus, simulque Regulinda Comitis-
 sa mater ipsius habitavit. Trajecto lacu per
 pontem sublicium uno lapide porrectum ,
 cuius mobiles asseres nullis clavis affixi sunt,
 Raperschvvilam opidum ex adversa laci par-
 te situm pertransivimus ; & facto per duas
 horas montis excelsissimi ascensu & descen-
 su , sub vesperam devenimus ad Fischingen-
 se Ordinis nostri monasterium , comitante
 nos domno Placido mox laudato : ubi piis-
 sum Abbatem & religiosos monachos, sed
 nulla fere monumenta invenimus. Locus iste
 primitus *Piscina* , vulgo *Fischingen* , itemque
Augia sancti Petri appellatus , sanctam Ittam
 septimo sæculo monasterii conditricem ag-
 noscit. Situs est ad radicem montis Hoërlini ,
 in Comitatu Toggenburgensi, non procul ab
 antiqua arce cognomine. Anno M C XXXVIII
 venerabilis Presbyter *Vualtrammus Petrishu-*
sensis monachus in Patrem & Abbatem electus
 est , atque consecratus ab UDALRICO reverendo
Constantiensi Episcopo secundo ad locum *Augiae*
sanctæ Mariae , *Fiskine* dictum. *Ipsum ergo*
novum atque tenuem locum , *sed habilem* , *uti-*

lem, & spiritualibus hominibus satis congruum adiens, Deifretus adminiculo, basilicam sancte Mariae à fundamentis cœpit adificare, & sex annis piè consummans fecit dedicare. Domicia tria, Fratribus, sororibus, ac hospitalem edificavit. Libros vero Missalem, Evangeliarium, Lectionarium, Officiale, Benedictionale, Antiphonarium, Psalterium, Regulam patravit, &c. Ista omnia infra octo annos regiminiis sui patravit & acquisivit. Multi pia ejus admonitione ad conversionem venerunt, ex quorum dationibus multiplicitate pene viginti manib; locum locupletavit. Hæc carptim ex veteri instrumento.

In sequenti die Turgoiam ingressi, reliquimus ad sinistram opidum Villam, ubi Praespositura est monasterii sancti Galli, ad quod ipsa die accessimus. Ex omnibus Helveticis coenobiis hoc priorem locum tenet, cuius Abbas Princeps est, uti & Einsidensis, sed ætate & dignitate superior, totiusque Congregationis Helveto-Benedictinæ veluti caput. Aberat tunc à loco reverendissimus senex, versatus in monasterio sancti Johannis sibi subiecto: sed comperto adventu nostro proximo, mandatum dederat, sua ut bibliotheca & omnia nobis commonstrarentur: quod magna cum humanitate & sedulitate præstiterunt R. P. Subprior, & Pater Hermannus bibliothecarius vir doctus, & lin-

guarum sciens. Ante aditum monasterii opidum est pervium, modò liberum, satis elegans, totum Calvinistarum, in valle satis amœna, sed angusta, unius muri intervallo sc̄ junctum à monasterio. Urbem claudit ex parte meridiana monasterium, monte ex ea parte constrictum. Porta major duplex: aliam opidani extrinsecus contra religiosos, aliam religiosi intrinsecus contra opidianos occidunt. Sequitur area in longum satis ampla, cui adjacent ædes Abbatis & hospitum, ecclesiæ & dormitorio contiguæ. Ecclesia elegans & nitida, cuius chorus fornicem habet, navis laquear, ut pleræque illarum partium basilicæ. Sub altari majori est crypta Notkeri pietate celebrata. In occidentali basilicæ parte, ubi porta nulla est (quod in multis monasteriis observavimus) sed à latere, visitur alia crypta, in qua sanctus Otmarus primùm sepulturâ donatus est. Ibi exstructum super elegans oratorium, cum sacrī corporibus Roma recens advehētis: quorum ossa, ut sit in illis partibus, continuè disposita, & vitris pretiosis religata, medio vitro spectantium oculis objecto, totam osseam compagm conspicuam reddunt. Ad meridiem locatæ sunt regulares officinæ, adeoque bibliotheca optimis libris referta, cum typographica officina. Omnia modestiam, elegantiam & nitorem spirant, maximè ecclesia,

32 ITER GERMANICUM.

in qua quæcumque ad sacra pertinent, accuratissimè & religiosissimè præstantur. In omnibus porro Germanicis monasteriis unum habetur Museum, quod vocant, id est amplum ædificium, duplicum habens fornacem, distinctasque solis afferibus cellulas pro religiosorum numero, ubi per totum ferme diem extra officia divina hieme versantur. In refectoriis etiam, quæ humilia & laqueari ornata sunt affabre elaborato & splendido, habentur fornaces ad calorem excitandum. In hoc denique monasterio degunt religiosi centum, præter juvenes religiosæ vitæ candidatos, qui in omnibus Helveticis monasteriis rectè instituuntur sub habitu fere monastico, præter cucullam. Fratres laïci barbam promittunt, ut olim, idcirco dicti quondam *Frates Barbatii*. Primus post Abbatem vocatur Decanus, quod nomen in solis monasteriis obtinet, ubi Abbas princeps est, ut Fuldae, Campidonæ, ad sanctum Gallum, Einsidlæ, & Corbeiæ novæ: alibi vocantur Piores; tertius ubique Subprior. Apud S. Gallum studia litterarum vigent pro religiosis, quorum multi præter Latinam linguas Græcam & Hebraicam callent. Unus ex eis doctissimus Pater Cælestinus ex familia Sfondratensi, in Liguribus clarissima, opus quoddam philosophicum condit, in rebus etiam theologicis & jure canonico versatissimus.

versatissimus. Dominus Hermannus bibliothecarius historiam monasteriorum Helveticorum meditatur. Altera quām istuc accessimus die , Dominica prima Augusti , facta est supplicatio , ad quam magna Fidelium multitudo ex vicinis pagis confluxit. Litaniæ aliæque preces vulgari idiomate à promiscuo sexu cantatæ , sed vocibus ac modulis optimè compositis distinctisque. Sic in Missa cum sacra communio porrigitur , *Domine non sum dignus à Sacerdote germanicè dicitur* , uti & pleræque publicæ in ecclesia extra divinum Officium preces.

Redeo ad bibliothecam , in qua , præter editos , magna est veterum optimæ notæ librorum copia , ex quibus multa in nostros usus collegimus , adjutante Hermanno . Quodam aliquos insigniores noto in gratiam studiorum . *Orosii historia eleganter scripta cum hac clausula in fine : Plura in hoc libro fatuitate cuiusdam , ut sibi videbatur [scioli] male scripta dominus Notkerus iussit in locis ascribi . Assumptis ergo duobus exemplaribus , qua Deo dante valuimus , tanti viri judicio fecimus . Alius est codex , Alcimi Aviti poëmata continens ab editione Colonensi planè diversa . Ibidem Ferrandi Diaconi liber ad Reginum Comitem : Profperi opera fere omnia : Ruricij Lemovicensis epistola . Rabani epistola ad Heribaldum episcopum Alcedronensem , id est Autifidorensem ,*

Vet. Analect. Tom. IV.

C

& alia ejusdem. Item *Quintiliani institutio-*
nes in codice perantiquo, quem Poggius
 exscribendum accepit ex ipsa sancti Galli
 bibliotheca, non *apud falsamentarium* repe-
 rit, ut Paulus Jovius affirmavit, & ex eo alii.
 In fine quorumdam Alcuini operum hæc le-
 guntur. *Anno DCCC VI ab Incarnatione Do-*
mini Indictione XIV, anno XXVIII regnante
Karolo Imperatore, VIII Idus Februarii, die
Veneris, divisum est regnum illius inter filios
suis, quantum unusquisque post illum habet:
 & ego alio die hoc opus [perfeci.] Et in fine
 prognostici auctore Juliano: *Utere feliciter*
SPASSANDE Papa jugiter per facula longa. Ad
 hæc Trithemii historia Hirsaugiensis triplo
 auctior quam in editis: ne quid dicam de
 revelationibus sanctæ Gertrudis, quæ item
 à vulgatis multum differunt. Denique in
 alio codice hæc de Hildegarda Ludovici
 Germaniæ Regis primi filia adjecta sunt. x
 Kal. Ianuarii *HILDEGARDA virgo Christi, &*
domni Hludovvici Regis filia, de hoc faculo
migravit ad Christum, & humata est in eccl-
esi sancta Regula & Felicis martyrum Christi
 * zurich. *in castello Turego*.*

Hoc jacet in tumulo Christi dignissima virgo
 HILDEGARDA, *nitens moribus egregiis.*
Hac fuit eximii HLUDOVVICI filia Regis:
Mentem sponte suam voverat illa Deo.
Bis denos octo vita compleverat annos,

ITER GERMANICUM. 35

Migrans ad sponsum virgo beata suum.

In brevi Chronico Vveingartenſi de ea ſic legitur : *Anno DCCC LVII Serenifſimi Hluado-vici Regis filia HILTIGART obiit.* Aſſervatur in eadem bibliotheca vetus monaſterii ſancti Galli delineatio, ante annos octingentos depieta, omnes loci officinas adjunctis verſibus accuratè exhibens : cujuſ exemplum Hermanni beneficio accepimus. Idem etiam nobis oſtendit omnes monaſterii ſui chartas, omnia diplomata & instrumenta in unum corpus nuper typis domesticis redacta : cujuſ collectionis unum exemplum in archivō ecclie Romanæ ; alia quædam in celebrioribus aliquot Helvetiæ monaſteriis reponitā ſunt : cetera privatim in ipſo monaſterio ſancti Galli reſervantur ad documentum posterorum. Idem præſtiterunt Einsidlenses noſtri : ut ſi quo incendii vel belli caſu ipſa primaria instrumenta perire contingat, jacturam utcumque farciat hæc collectio.

Lustrato ſancti Galli monaſterio, adjuncti etiam opidi bibliothecam adivimus, quæ unà cum collegio publico exſtat eo in loco, ubi tempore ejuratæ religionis Dominicanæ ſanctimoniales degebant, quæ eximium catholicæ Fidei ſpecimen dederunt. Oſtensi ſunt in ea bibliotheca inediti quidam libri Vadiani, multæque ejusdem & variorum ad ipsum epistolæ idiographæ : cetera non ſunt

C ij

magni momenti. In omnibus antiquis codicibus Germanicis, etiam germanico idiomatico scriptis, eadem est litterarum forma atque in Gallicanis.

Ipsò tempore nuntium de Viennensi per Turcos obsidione accepimus, quod nos de prosequendo itinere aliquantum suspensos reddidit, animo reputantes, an tuta futura esset via in Bajoariam usque, quo armorum Turcicorum terror indubie penetraverat. Accedebant etiam aliæ rationes, quæ nos fortasse suspectos redderent in tam difficiili temporis articulo; aut certe à bibliothecis Iustrandis, qui unus erat nostræ profectionis scopus, excluderent. Sed tandem animum obfirmavimus, accepto consilio adeundi saltem Campidonam, ex quo certiora de rerum statu nuntia habere possemus. Sic itaque ex sancti Galli monasterio discessimus, quod postremum vidimus ex Congregatione Helveto-Benedictina.

Hæc anno 1602 instituta est: quo tempore reverendissimi Abbates Bernardus sancti Galli, Augustinus Einsidensis, Johannes Jodocus Murensis, Benedictus Fischingen-sis, se in unum aliquod communis Congregationis corpus coadunare decreverunt. Id verò litteris suis approbavit Clemens VIII, ceterosque Abbates ad æmulationem provocavit. His animati Abbates duo, Michaël

ITER GERMANICUM. 37

Fabariensis, & Geroldus Rhenoviensis, ejusdem se Congregationis corpori adjunxerunt, aliis aliquique deinceps ad duodecim monasteriorum numerum succedentibus. Gregorius xv & Urbanus viii privilegiis & immunitatibus auxerunt hanc Congregationem, quae excepto carnium ad certos dies usu, nihil minus habet ab aliis Congregationibus strictioris disciplinæ. Hæc didicimus ex reverendo Patre Placido Zurlaubeno, religioso Murensi, Congregationis ejusdem tunc Secretario, quem reverendissimo Abbatи Augustino recens mortuo successisse inaudio. Ad itineris lineas regredior.

Post quinque dierum ad sanctum Gallum moram, inde profecti die 5 Augusti cum P. Hermanno bibliothecario, Roschati * ad lacum Potamicum pransi sumus, excepti à religiosis ex cœtu sancti Galli. Conditum est eo in loco monasterium satis amplum tempore motuum illorum, qui occasione religionis exorti sunt, monachis è sancti Galli opido & monasterio exturbatis, & occupato ab hereticis monasterio. Cum enim spes ferre nulla monachis affulgeret recuperandæ pristinæ stationis, Abbas alteri ibidem construendæ adjecit animum. Quin etiam novis hujus loci ædificiis per hereticos furentes eversis, nihilo minus in parietinis denuo erigendis perseveravit: sed tandem prima sede

* Roschat.

C iij

38 ITER GERMANICUM.

monachis restituta, pauci apud Roschatum relicti sunt. Ibi tunc versabatur Cælestinus Sfondratus supra laudatus, qui nos pridie ad sanctum Gallum convenerat. Sub medietatem, cum reflante vento lacum navigio, uti consilium erat, trajicere non possemus, longo circuitu laci ambitus, qui tribus leucis in latum, quatuordecim in longum porrigitur, partim nobis circumeundus fuit, ut ea ipsa die, Rheno transmisso, Brigantium * accederemus, sancti Galli quondam secessu illustratum: cui adjacet Augia * major, quod monasterium nobis propter breve tempus invisere non licuit.

* Bregenz.

* Mehtz-
ravv.

* Lindavv.

* Tetnang.

Postera die, quæ Christi Domini Transfigurationi sacra erat, Lindaviam * Calvinistarum opidum prætergressi, apud Tetnangum * opidum Montisfortis Comitis Missas celebravimus: inde per Ravensburgum urbem imperialem Vveingartense Sueviæ monasterium, ubi ante paucos annos Pater Bucelinus scriptis notus obierat, admissi, absente reverendissimo domino Abbe eleæto, humanissime biduo recreati sumus. Hinc novæ se nobis rerum facies aperuit, viæ planiores, mores diversi, paullo minus quam Helvetici libertatem præ se ferentes, dialectus (uti ex aliis audiebamus) politior, rusticæ domus non ita integræ & elegantes: denique in Benedictinis monasteriis alia Congregatio,

Suevica nimirum , quæ à tempore Concilii Constantiensis, id est ab anno 1416 , originem dicit. Ea quondam amplissima , & in tres propagata provincias , nunc ad solam Suevicam redacta est. Illius Congregationis synopsm historicam scripsit ante paucos annos amicus noster Georgius Geisserus, Prior Villingensis religiosissimus. Habitus nostorum ubique in illis partibus uniformis , nisi quod Helvetici cùm in ecclesiam cucullati procedunt , circumductum brachio sinistro rosarium gestant præter morem aliorum. Vveingartense monasterium, liberum & imperiale , tunc copias submittebat in Viennæ subsidium , nempe quinquagenos pedites armatos , quibus stipendia villæ & pagi monasterio subjecti suppeditant , ceteroqui exempti ab annuis tributis. Vveingarti exstat veterum Vvelfonum conditorum , qui monasterii fundatores habentur. Forum historia legitur in vetusto codice bibliothecæ amplissimæ , in qua etiam multi libri scripti servantur. In veteri Kalendario quod libro Evangeliorum præmittitur , fit mentio de Judita istic sepulta. III Nonas Augusti Iudita Dux. In alio additur , *Regina Anglia hic sepulta. Dedit pretiosissimum thesaurum ecclesia, sanguinem Domini cum reliquiis sanctorum, pallis & plenariis* , id est Missalibus integris. Idem sanguis Domini istic cum summa

40 ITER GERMANICUM.

veneratione colitur. Initio cujusdam codicis, in quo Gregorii Magni expositio in Ezechielem continetur, hæc legimus antiquissimo charactere: *Oportet monacho ubicumque exierit, Eucharistiam semper secum vehat.* Et in fine codicis:

*Praeful EBERHARDUS Christi famulamine
tactus,*

*Hunc tribuit librum Christi genitricis ad
usum.*

Scriptus est liber iste ante conditum Vveingartense monasterium, cuius ecclesia sanctum Martinum Patronum habet. Quidam optimus codex perantiquus continet *vitam sancti Anscharii* primi Archiepiscopi Bremensis: alias egregius *Iustini Trogi epitomen*. Habes in consequentibus veterimas formulas Andegavenses ex eadem bibliotheca exceptas, atque Vvillelmi Hirsaugiensis Prologum in consuetudines monasterii sui, quæ duobus libris ibidem continentur. Omnes fere libri etiam editi corio cervino, ut passim in Germanicis bibliothecis, operi sunt, ob cervorum venationem frequentem, quorum capita cum ramis seu cornibus, aut certe eorum extantes effigies in suis habitaculis affigere solent.

Augusti nona Vveingarto per Algoïensem pagum, comitante domno Maximiliano, venimus Campidonam, quæ celebris est

ITER GERMANICUM. 41

nobilium Suevorum Abbatia sesqui-milliaro horario à montibus Tirolensibus ad Hilaram fluviolum , à quo inditum pago seu tractui nomen Hilergovæ. Prope urbis Campidonæ muros (quæ urbs tota hæreticis modò paret) situm est monasterium , ædificiis novis & ornatissima ecclesia magnificè exstructum. Id dupli quadro amplissimo constat , præter atria & habitacula ministrorum. Unum quadrum Abbatis ædibus , aliud Religiosorum cellis assignatum , cum gemina utrumque contignatione. Inferiori ex æquo respondet solum ecclesiæ , quæ ad occidentalem cœnobii plagam in aggere posita est. Loco nunc præest magno cum splendore illustrissimus Abbas & Princeps D. Rupertus , Cardinalis Badensis successor , is quem olim apud nos in monasterio sancti Dionysii prope Parisios morantem noveramus. Quanta verò humanitate & facilitate nos exceperit optimus Abbas , verbis explicari non potest. Ibi exstat conventus quatuor & viginti nobilium cum sex nobilibus pueris vitæ religiosæ candidatis , qui rubeas togas gerunt. In Germania quatuor erant præcipua ejusmodi monasteria , in quæ soli probatae nobilitatis juvenes admittebantur , nempe Abbatia Fuldensis , Campidonensis , sancti Galli , & Einsidlensis. In duabus prioribus , non in posterioribus hactenus perseverat iste ritus ,

uti etiam in Murbacensi Alsatiæ monasterio : quem ritum non ab ipsis Abbatiarum primordiis , sed tempore procedente receptum fuisse constat. Campidonæ habetur typographica officina omnibus numeris absoluta. Haud procul à monasterio , id est non unius horæ intervallo , visitur locus, in quo versabantur ante viginti annos Religiosi , quos Capitulares vocant , dum novi monasterii ædificia construerentur. Loco vocabulum est *Suavesberg* , ubi sub Romano Abate monasterii instauratore viguit severissima per aliquot annos monasticæ vitæ disciplina , abstinentia perpetua , juge silentium, nudipedium , labor manuum durissimus : sed intercedente nobilium vicinorum & postmodum Nuntii Apostolici auctoritate , remissa est pro ritu aliorum ejusdem regionis monasteriorum , quibus hæc severitas hoc cælo & solo , illis corporibus intolerabilis visa est. Hunc locum adivimus in comitatu illusterrimi Abbatis , ibique vidimus dominum Bonifacium , nobis aliunde jam probè notum , qui ibidem ab omni hominum confortio remotus , in summa vitæ austeritate per annos tres perstiterat , primo illo vitæ perfectioris proposito numquam remisso. Campidonense monasterium sub veneratione beatæ Mariæ , & sanctorum Gordiani & Epimachi primitus conditum est ab Hildegarde

Caroli Magni uxore , quæ ibidem sepulta creditur à Campidonensibus , (tametsi Mettis ad sanctum Arnulfum alii sepultam perhibent) & pro sancta habetur. Pleraque vidimus Abbatiae diplomata , etiam authentica , quorum aliqua in consequentibus referemus. Inde suppetiæ centum militum Viennam submissæ sunt eo tempore , quo ibi moram egimus.

Post biduum discessuros non priùs sivit abire illustrissimus Abbas , quām promissione facta , ut ex Bajoaria iterum ad se revertremus. Fide accepta , novos equos , atque insignem nobis comitatum præberi jussit , dato nobis duce usque Augustam Vindelicorum domno Corbiniano , sancti Udalrici conventuali , tunc verò apud Campidonam Philosophiæ professore. Et primo quidem ipsa die Augusti 12 venimus in monasterium Uttemburanum * , quò litteris Campidonæ acceptis jam invitati fueramus. Illustris est hæc Abbatia , sex horarum itinere à Campidona , ad Gunzium * amnem. Ecclesia dedicata est sanctis Alexandro & Theodoro Martyribus , quorum reliquiae in ea servantur. Eorumdem thecaæ *Mariæ Comitisse sigillum* ex agathe appositum est. Bibliotheca ibidem multis libris referta etiam miss. ex quibus nonnulla in nostros usus excerptimus , in his duas homilias sancti Faustini ex

* Osten-
bour.

* Gnutz.

44 ITER GERMANICUM.

Homiliario perantiquo. In veteri Necrologio de Totone seu Tottone primo loci Abbatte hæc legimus. **xiii Kal. Decemb.** *Toto noster Abbas, qui corpus sancti Alexandri hic attulit, & cuius parentes locum istum fundaverunt.* Tottonis parentes Silachus & Ermifvinda sub annum 764 monasterium condiderunt. De Totone iterum in brevibus annalibus ad cyclos Paschales : *Anno M C LXIII Toto sepelitur*, id est novo tumulo reconditur. Anniversarium quotannis pro eo celebratur. Ab hinc uno lapide distat egregium beatæ Mariæ oratorium, Elderense appellatum, quod magno Fidelium concursu honoratur. Nulla humanitatis in nos Officia prætermisit reverendissimus Abbas Benedictus, cooperante etiam R. P. Alberto Priore, qui studiis nostris favet. Ibidem superiori sæculo floruit Nicolaus Ellembogius, vir bonarum litterarum amantissimus. qui postquam patris exemplo Medicos apud Montem - pessulanum audisset, reversus in patriam, Ottemburanorum monachorum numero adscriptus est anno 1505. ubi relustante Abbe suo, Latinis litteris Græcas & Hebraicas conjunxit, ac tandem Gymnasio trilingui Ottemburæ instituto ludum aperuit anno 1543, favente in primis Vvolfgango Abbe & Principe Campidonensi. Commercium litterarum habuit cum Erasmo, Reudelino,

Eckio , & aliis ejusdem temporis hominibus litteratis. Ex novem libris ejus epistolarum restant libri dumtaxat septem , in bibliothecam Colbertinam advecti curâ eruditissimi Stephani Baluzii , à quo hæc didicimus. Ellembogni institutum etiam nunc viget apud Ottemburanos, ubi quidam monachorum pueros litteras docent.

In pervigilio assumtæ Virginis Ursinium * accessimus , quo in loco subsequens festum à nobis celebratum. Monasterium est Ordinis nostri sex leucis ab Uttemburga dissitum , ubi etiam codices mss. habentur non pauci , sed omnes recentioris ætatis. Deinde adito beatæ Mariæ oratorio celeberrimo, quod in campo Lycio situm est , postero dñe Augustam * Vindelicorum tendimus per eumdem campum Lycium , à Lyco * fluvio ita dictum , qua nulla jucundior aut amœnior planities videri potest , æquabili solo , saluberrimo cælo , ad decem horarum intervallum porrecta.

Ad portam Augustanam datis publicæ fidei litteris , quas in posterum per totam Bajoariam passim exhibere necesse fuit , in sancti Udalrici * Abbatiam accessimus , ad ejus januam , quoad religiosorum prandium finiretur (nam tempore prandii monasterii aditus non patet) subsistere coacti. Deinde illuc admissi cum magna comitate reveren-

* Ursin.

* Ans-
bourg.

* le Loc.

* s. Ulric;

dissimi Abbatis Romani, tridui moram egimus in illo monasterio, quo nullum ad religiosam disciplinam accommodatius aut elegantius in illis partibus videre memini; sicut nullam urbem in iisdem Augustanâ præclariorum, si civium frequentiam excipias. Horum plusquam media pars Lutheranis constat. Multæ in urbe sunt Catholicorum ecclesiæ, multique conventus. Cathedralis beatæ Mariæ sacra est: sancti Udalrici basilica eximia, thesaurus insignis, peristylium, Capitulum basilicæ dignitati respondens, bibliotheca Capitulo proxima, itidem ornataissima, & libris cum novis, tum antiquis, si qua alia, maximè referta; Dormitorium commodum, ædes Abbatis & hospitum amplissimæ, omnia præter basilicam nova, & à Gregorio Abate **LI**, qui anno 1664 vivere desiit, elegantissimè constructa. In ecclesia tunc appendebat imago beatæ Mariæ assumptæ, in serico panno depicta. Causam sciscitanti responsum est, hunc esse morem in totos triginta à festo dies, quibus per totam provinciam citra dispensationem nuptias celebrare non licet. Quantum ex bibliotheca profecerimus, testabuntur ea quæ in consequentibus referemus: in quibus est Candidi Arriani epistola non integra ad Victorinum Rhetorem, ejusdemque Victorini ad eundem responso. In peristylio ad

Capituli januam, tumulus cernitur Caroli Stengelii, scriptis editis clari, qui ex monacho ejus loci Abbas Anhusanus, illic obiit anno 1663, ætatis LXXXII, post annos regiminis XXXIII.

Publicam urbis Augustanæ bibliothecam etiam invisimus, quam vir summus Marcus Velserus, Augustanus Duumvir, egregiè amplificavit. Latini codices in ea non tam magni momenti sunt quàm Græci, in quibus eximii sunt novi Testamenti venerandæ antiquitatis, Johannis Chrysostomi, Photii, Procopii, Gazæi Sophistæ, cuius commentarios in Octateuchum Conradus Clauserus Tigurinus ex eodem codice latinè vertit, ediditque Tiguri anno 1505. Indidem etiam Peireskius quædam Cyrilli, & Libanii orationes nonnullas à Velsero accepit. Ibidem exstat exemplar octavi Concilii generalis. Ex codicibus Latinis historia miscella Paulo Diacono tribui solita, absque auctoris nomine in pervetustis membranis scripta est.

Augusti die 19 trajesto Lyco fluvio, Bajoariam ingressi sumus, deducente nos R. P. Amando sancti Udalrici Subpriore. Jucunda fuit nobis in illa provincia peregrinatio per unum fere mensem; in qua prata, nemora, fluvii insignes, aliaque omnia ad vitæ usum & voluptatem accommoda abunde reperiuntur, præter vites, quæ in interioribus

ejus partibus desunt. Exacta disciplina per totum hunc principatum viget, ubi nullus hæreticis locus permittitur. Hinc etiam res novas scribendi libido arcetur, quando hæc licentia Germanos falsis subinde rumoribus per diversa trahit. Ita quippe ambagibus perplexa sunt omnia, dum ex partium studiis nova cuduntur, ut vix ullum nuntium, cui fidem dare possis, ventiletur. De viatoribus etiam & advenis Bajoarii severè inquirunt. In patibulis sanè frequentibus signum exhibetur manus cultro præcisæ, quæ pœna est hominis, locum unde profectus sit alium à vero fingentis, cum tempore pestis id ab eo exigitur. Cetera humani Bajoarii, & ad pietatem compositi, quod innumera templa & oratoria, præsertim in honorem beatissimæ Virginis, testantur, quæ ad triginta millia apud eos erecta videntur, omnia cum accurato decore & cultu. Primum ex illis lustravimus Kebacense * monasterium, in quo sanctimoniales Ordinis nostri versantur. Ad Veronicam hujus parthenonis Abbatissam scripsit Nicolaus Ellembogius monachus Ottemburanus, superiùs laudatus: cuius soror, Barbara nomine, ibidem Abbatissæ officium gessit. Deinde ad Scheyrense virorum pervenimus ipsa die, quo Augustâ discessimus. Locus sic dictus à Cruce, in diœcesi Frisingensi. Ibi degit venerabilis senex

* Kebach.

senex P. Ægidius *Cranbeck*, qui *Calendarium Benedictinum* quatuor tomis, aliosque libros composuit vulgavitque. Gregorius loci nunc Abbas, in theologicis & mathematicis apprime versatus, novis ædibus cœnobium exornavit; idemque monasterii sui *Chronicon* editum nobis liberaliter concessit. Conradus monachus *Chronicon* illud ab anno M XCVI inchoavit, atque ad suum tempus, id est ad sæculum XIIII, deduxit: Stephanus Abbas ad nostrum sæculum produxit, & in lucem emitti curavit anno 1623. Hic Conradus manu sua varios exaravit membranos codices, ab Aventino laudatos: quorum unus magistri Petri, cognomento *Comestoris*, scholaisticam historiam continens, in quinque primis foliis artium liberalium imagines repræsentat, præmissa beatae Mariæ effigie cum his aliisque scriptoris verbis: CHONRADUS PECCATOR AUCTOR ET SCRIPTOR HUJUS OPERIS. Deinde in secundo folio picta Musica; & in tertio *Astronomia* exhibetur, adiunctam habens à dextris Ptolemæi effigiem, sidera contemplantis ope instrumenti longioris, quod instar tubi optici quatuor ductus habentis concinnatum est in hunc modum.

Ptolomæus



ITER GERMANICUM. 51

CONRADUM hujus codicis scriptorem ante annum M CC XL Vixisse affirmat Stephanus Abbas in limine prædicti Chronicæ, ubi quæ de illo tubo vidimus & scribimus observat, conjicitque Conradum hoc instrumenti genere usum fuisse.

Sequenti dic Geisenfeldam accessimus, deducente nos R. P. Priore Scheyrensi, hospitio accepti à sanctimonialibus nostris, quæ ibi perquam laudabiliter vivunt. In ecclesia ad latus aquilonare deprehendimus tumulum primæ loci Abbatissæ Gerburgis, cuius effigies ad parietem hos versus perantiquos, quantum expiscari potuimus, præfert, Hun-dio ignotos.

*Hic jacet in tomba GERBIRCIS filia Regis
Graci Stertoris, Eberhardique fuit*

Neptis, hujus loci prima fertur Prelata fuisse.
Inde, reliquo ad lævam Monasterio * olim è nostris, venimus Ratisbonam, quæ civitas Geisenfeldâ distat decem horarum intervallo ; hospitati in monasterio sancti Emmerammi, ubi magna est veterum librorum supellex. In sacrario ecclesiæ ostensa nobis est casula sancti Wolfgangi illius urbis Episcopi, cuius primatius tumulus in navi ad latus epistolæ : sed corpus in cryptam occidentalem translatum est. Sancti Emmerammi sepulcrum cernitur ad latus meridionale majoris altaris in sancti Georgii facello : quod primum loci

* Munster.

52 ITER GERMANICUM.

oratorium est. In thesauro (ut vocant) habetur insignis Evangeliorum liber , quo nullum pretiosiorem aut elegantiorem umquam vidimus , litteris aureis majusculis optimè scriptus anno 870 mandato Caroli Calvi : deinde sancti Emmerammi ecclesie concessus ab Arnulfo Imperatore , uti Arnulfus ejusdem loci monachus tradit. In primo folio Ramvoldi Abbatis , qui codicis operculum ante annos fere septingentos renovari curavit , exstat effigies sub his verbis & versibus , RAMVOLDUS INDIGNUS ABBAS.

Hunc librum Carolus quondam perfecit honorus ,

Quem mox Emrammo RAMVOLD renovaverat almo.

In secundo folio verso imago Caroli Calvi , omnino similis ei , quæ habetur in codice Mettensi , modò Colbertino , cernitur cum his versibus.

*Hic residet CAROLUS divino munere fultus ,
Ornat quem pietas & bonitatis amor.*

HLUDVIC justus erat , quo Rex non justior alter ,

*Qui genuit prolem hanc tribuente Deo .
Alma viro peperit JUDITH de sanguine
claro ,*

*Cum genitor regnis jura dabant propriis .
Hic nomen magni Caroli de nomine sumpfit ,
Nomen & indicium sceptris tenendo sua .*

ITER GERMANICUM. 53

Hic David vario fulgescit stemmate Regis,

Atque Salomonica jura docentis habet.

Istius imperio hic codex resplendet & auro,

Qui bona construxit multa faveente Deo.

A dextris minister ensim manu gestat cum
hoc versu.

Arma tibi faveant Christi stabilita per
evum.

A sinistris alter lanceam cum clypeo :

Muniat & clypeus semper ab hoste suus.

A latere prioris illius ministri Francia pingi-
tur cum cornucopia :

Francia grata tibi, Rex indite, munera de-
fert.

A latere posterioris Gothia cum simili cor-
nu :

Gotia te pariter cum regnis inchoat almis.

Porro in fine codicis scriptores codicis hæc
de se scribunt.

Bis quadringenti volitant & septuaginta

Anni, quo Deus est Virgine natus homo.

Ter denis annis Karolus regnabat & uno,

Cum codex actus illius imperio.

Hactenus undosum calamo descripsimus a-
quor,

Litoris ad finem nostra carina manet.

Sanguine nos uno patris matrisque creati,

Atque sacerdotis servat uterque gradum.

En Beringarius, Liuthardus nomine dicti,

Queis fuerat sudor difficilisque nimis.

54 ITER GERMANICUM.

Hic tibimet, lector, succedant verba precantis,

Ut dicas, capiant regna beatae poli.

Hunc librum ex Parisiensi sancti Dionysii monasterio unà cum sancti Martyris corpore furtim sublatum; donoque Arnulfo Imperatori, atque ab eodem ecclesiarum S. Emmerammi traditum asserunt. At mirum est, inquietabam, Arnulfum ejusdem cœnobii ex Comite monachum, qui sub annum millesimum scribebat, meminisse istius codicis ab Arnulfo concessi, nulla corporis sancti Dionysii mentione facta. Rogavimus deinde nobis ostendi ejus corpus seu reliquias : illi abstruso loco reconditas dicentes, duos nobis lapides doni testes protulerunt, in quorum uno antiquis litteris uncialibus hoc exaratum legitur : *Sub Ebulone Abate sancti Dionysii Gisalbertus furavit. In alio : Furatus est v Non. Iunii, hic venit prid. Nonas Decembris tempore Tutoris Episcopi. absque ulla corporis aut libri mentione. Prater hæc ibidem asservatur parvum altare mobile, quod Arnulfus Imperator in castris gestari curabat, aureis laminis opertum, quadratae figuræ, uno pede latum, altum duobus, præter turriculam, quæ in crux definit. Hi versus turriculae adscripti sunt.*

Rex Arnulfus amore Dei perfecrat istud.

Ut fiat ornatus se tibus istis.

ITER GERMANICUM. 55

Ad portam claustrum, qua in ecclesiam aditus patet, visitur tumulus satis elegans, super quem exstat effigies cuiusdam Aureliae, quam Hugonis Capeti filiam putant, super quatuor lapides eretta. In margine lapidis superioris haec leguntur.

*Hic pia florescit Aurelia virgo sepulta,
Quæ pœnas nescit cali dulcedine fulta.*

Lieutuvinus Camer⁹. forte Camerarius, Canonicus & Scholasticus majoris ecclesiae.

Appensa est à capite una tabella, in qua hi versus haud inelegantes, sed recentius descripti.

Contegor hoc tumulo soboles clarissima Regum,

Gallia quam genuit, nunc tenet Imbris.

*Huc profuga adveni fugiens confortia sponsi.
Servarem ut castum, Christe, cubile tibi.
Præstat hinc Ramuvolodus opem, dum vita
manebat,*

Ut pia libarem thura precesque Deo.

*Vin tempus vite? usa fui vitalibus auris
Lustra decem, his annos insuper adde
duos.*

*Hic expecto tuum districtum, Christe, tri-
bunal,*

A dextris sedeam tunc dabis inter oves.

In his versibus et si Regum soboles, id est ex genere regio, dicatur, non tamen filia Regis,

56 ITER GERMANICUM.

Hugonis aut alterius. In inferiori lapide, qui huic superiori substernitur, operculi infar tumulum contegente, Romanis, id est antiquissimis litteris, hæc apposita sunt in margine lapidis.

..... O. M. ET. PERPETUÆ. SECURITATI. ET. MEMORIÆ. DULCISSIMÆ. AURELIÆ. M. AUR. FILIÆ. P. AEL. SILVANUS. CONJUGI. INCOMPARABILI.

Ex hac inscriptione colligimus, vel duplarem fuisse Aureliam, quarum una conjugata antiquis Romanorum temporibus vixerit, alia virgo & quidem recentior: vel certè unam, quæ primis illis temporibus vixerit, cuius epitaphium cum posteri legere non potuissent, illud cuidam Aureliæ posteriori affinxerint.

Ad hæc in eadem sancti Emmerammi ecclesia jacet Arnulfus Imperator ad latus epistolæ, quem tamen alii apud Ottingas sepultum dicunt; Ludovicus ejus filius in medio chori, Henricus Dux Bajoariæ sancti Henrici Pater, in aquilonari chori ambitu, cum hoc epitaphio.

*Heinricus Regis Pater & defensio legis,
Bavariae cultus, pius est hic Duxque sepultus.
Prope eum Vvermundus nobilis Comes; &
in eodem latere, ad portam quæ patet adi-
tus in chorum, Arnoldus Bajoariæ Dux*

pessimus, qui sæculo x vixit. Pone altare
visitur crypta, in qua sepultus Ramvoldus,
quem primum restitutæ ad sanctum Emme-
rammum disciplinæ Abbatem instituit Vwolf-
gangus, arcessitum è Trevirensi monasterio
sancti Maximini. Hujus anniversarium quo-
tannis recolunt, tametsi in privatis orationi-
bus ut sanctus invocatur. Ad vestibulum
cryptæ hi versus leguntur.

*Consecrat ediculam mandrita Lupambulus
istam,*

*Abbas Ramvoldus quam tibi, Christe,
struit.*

Lupambulus latina est interpretatio nominis
Vwolfgangi.

Præter monasterium sancti Emmerammi
aliud est sancti Jacobi ad Scotos, ubi residet
excellentissimus D. Verjutius Comes Cre-
ciacensis, Christianissimi Regis Legatus, &
summus rerum Francicarum in Diæta Ratif-
ponensi moderator, qui nos omni gratiarum
genere cumulavit. Nos enim ad mensam
suam admisit non semel, atque præsentia
suâ ad sanctum Emmerammum dignatus est.
Præterea curru suo nos vehi jussit in subur-
banum Ordinis nostri cœnobium Pruvenin-
gense*, conditum à sancto Ottone Bamber-
gensii Episcopo. Primus loci Abbas beatus
Erminoldus, cuius sepulcrum paullulum è
terra planicie erectum in navi ecclesiæ exstat

* Privilieg.

58 ITER GERMANICUM.

cum hoc epitaphio. *Anno Domini M C XXI in festo Epiphaniae Domini obiit beatus Erminodus hic sepultus, vir sacris in vita & morte praelatus, justorum memoria dignus. Oret pro grege ovium.* Monasterii hujus historiola typis vulgata est Ingolstadii anno 1626. Inde eodem cursu perrexiimus ad Cartusiam Prulensem vicinam, quæ olim Ordinis nostri Abbatia erat.

Præter hæc, tria quondam in urbe fuerunt Ordinis nostri sanctimonialium cœnobia: quorum unum Patribus Societatis Jesu cessit: duo alia, nempe Superius & Inferius, modò Canonicas habent. In urbe, præter ecclesias multas Catholicorum, octo tantum familias Catholicæ permittuntur. Suburbium soli Catholici occupant. Interfluit Danubius, qui ponte lapideo ad insulam, ligneo ad suburbium jungitur. Lapideus undecim fornicibus constat.

Redeo ad sanctum Emmerammum, in cuius bibliotheca codices amplius mille habentur, multi optimæ notæ. Unus continet varias virorum doctorum epistolas tempore Aleuini scriptas, quas nobis describi rogamus. Multa etiam nos ipsi, quantum per quatuor dierum otia lieuit, descripsimus, quæ inferius ex parte edita sunt. Alia quædam hic notare juvat. Exstat in uno codice *Expositio passionis Christi per Candidum Pres-*

byterum Alcuini discipulum, inedita. In alio Rhosuvita Gandershemensis in Saxonia sanctorum operis omnia. Tum in alio Petri Abalardi, qui à plerisque Bajolardus dicitur. In hoc codice sunt ejus *Sententiae* capitulis triginta septem comprehensæ (ea est Introductio ad Theologiam :) deinde liber ineditus, qui dicitur SCITO TERIPSUM, de quo sanctus Bernardus. Praeclarus est codex Traditionum scriptus ab Anomoto, dicatusque Ambriconi Episcopo. In fine codicis qui expositionem sancti Augustini in epistolam canoniam sancti Johannis continet, hæc leguntur. *Librum hunc pro remedio animæ meæ ego in Dei nomine Baturicus Episcopus ad Frankhofenfurth scribere præcepi. Scriptus est autem diebus septem, & in octavo correctus in loco eodem, anno VII regiminis episcopatus mei, & octingentesimo vigesimo tertio Dominicae Incarnationis. Scriptus autem per Ellenhardum & Dignum, Hildoino orthographiam præstante, id est (si bene interpretor) dictante.* In alio codice ab annis fere nongentis scripto leguntur *Canones sancti Gregorii Papa urbis Romæ*, ubi quæ de Abbatis & monachorum ordinatione Theodoro Cantuariensi Episcopo vulgo tribuuntur, sub nomine Gregorii Magni habentur. *Vita sancti Christophori, auctore VVALTHERO Nemetensi Subdiacono, nuncupata est Balderico Episcopo, at-*

que HAZECHÆ sanctimoniali urbis Quidilincæ, id est Quindelinburgensis, Cimiliarchæ, cum primum regno successit tertius Otto. Nescio an aliquod operæ pretium sit notare fabulosam illam de sancti Hieronymi morte epistolam Josephi ad Damasum & Theodosium, aliasque Augustini ad Cyrillum, & Cyrilli ad Augustinum similis farinæ epistolas, scriptas esse in codice sub anno Domini M CCCC LXXI per Henricum Thuener. Interest aliquando nosse etiam fabularum antiquitatem & originem. Neque porro gravitate sua indignum judicavit vir summus Petrus de Marca agere de origine suppositiciæ Turpini fabulæ in Historia Benearnensi. Appositè Plinius junior in libri VIII epistola xxiv. *Sit apud te honor antiquitati, sit fabulis quoque.* Majoris momenti est quod in Glossis miss. super Canoness Apostolorum & Decretales Pontificum legitur de Fermento in epistola Innocentii Papæ I ad Decentium : cuius vocis interpretatio viros eruditos in diversas traxit sententias, aliis de Eucharistia, aliis de eulogii interpretantibus. Sic autem legitur in codice per antiquo. *De fermento quod dicit, mos est Romanis, ut de Missa quæ cantatur in Cœna Domini, & in Sabbato sancto, & in die sancto Pascha, & in Pentecosten, & in Natali Domini die sancto per totum annum servatur, & ubicumque per stationes, si ipse Papa ad*

ITER GERMANICUM. 61

*Missam præsens non fuerit, de ipsa Missa mit-
titur in calicem, cum dicit Pax Domini sit sem-
per vobiscum. Et hoc dicitur Fermentum. Tamen
Sabbato sancto Pascha nullus Presbyter per ecclæ-
sias baptismales neminem communicat, ante-
quam mittatur ei de ipsa sancta, quam obtulit
dominus Papa. Ex quibus nemini dubium in
posterum relinquunt debet, hunc Innocentii
locum aliosque similes de Eucharistia esse
interpretandos. Inter ceteros codices unus
est, qui de variis operibus ex auro & argento
fabrefaciendis tractat. Opus haudquaquam
spernendum. Sed hæc morosiora sunt.*

Die 25 Augusti festum sancti Ludovici
sollemni pompa in monasterio Scotorum
coram excellentissimo Legato celebratum
est, tympanis tymbalisve cum buccinis ad
musicorum voces & musica instrumenta res-
pondentibus. Post prandium, actis excellen-
tissimo Oratori maximis gratiis, Ratisbonâ
discessimus, ipso jubente ad quatuor horaria
millaria ejus carpento vecti Salisburgum
versus, quod iter quatuor amplius diebus
ægre confecimus. Eodem die in quodam vi-
co beatæ Mariæ sacro hospitati sumus, ubi
rustici ludis sollemnibus, quasi in alta pace,
propositis præmiis festivè vacabant, dum in-
terim Vienna extremo expugnationis peri-
culo defungeretur. Mirati sumus tantam
istorum hominum, quibus suprema clades

62 ITER GERMANICUM.

imminebat, securitatem. Sub vesperam publicis pro hac re supplicationibus interfui-
mus per unam ferme horam, quo intervallo
rosarium, aliasque preces promiscuum vul-
gus praeente Sacerdote (qui etiam concio-
nem de impendenti calamitate habuit) com-
muni voce ac vernacula lingua ; feminæ ex-
pansis in crucis formam manibus, recitabant.
Inter ipsas preces is qui loci spectabilior vi-
debatur, nescio quid suspicatus, litteras
nostras sibi exhiberi postulavit. Reversi in
hospitiolum, omnia cœnacula, triclinia, &
atria promiscui vulgi conferta multitudine
(qui religionis causâ, nescio an etiam ludi,
convenerat) plena invenimus : ut vix potue-
rimus secretum nobis angulum impetrare.

Inde monasterio Mallestorfensi Ordinis
nostrri ad Laberam amnem (quod etiam
Johannesberg à sancto Johanne Evangelista
Patrono dicitur) obiter lustrato, venimus
in opidum *Abhausen* ad Iseram fluvium, de-
inde in urbem Oetingam ad Oenum, ubi
insignis est basilica in honorem beatæ Vir-
ginis. In platea municipii duas observavi-
nus feminas lapidi insidentes, affere bifor-
mito in collum utriusque injecto. Missus à
nobis interpres qui causam percontetur. It,
redit, & narrat, eas simul rixando depug-
nasse : hoc pœnæ genus rixosis mulierculis
inponi solitum. Uno abhinc milliari com-

munis existit sacellum ejusdem Deiparæ , non modò Germanorum , sed etiam exterrarum gentium frequentiâ maximè celebratum , Altoëtinga , ad alterius Oetingæ dis crimen , id est vetus Oetinga , appellatum Raitenhaslacense deinde Cisterciensium monasterium ad Salam situm adivimus , de quo quia post solis occasum eò ingressi , atque prima luce inde egressi sumus , nihil obser vare potuimus. In urbem *Laufen* cum imbre continuo madefacti ad prandium venisse mus , apparari ignem in hospitio jussimus , non advertentes inusitatos esse in Germania parabiles more nostro ignes in focis apertis humique stratis , sed tantùm fornaces & hypocausta æstate frigida , quæ etiam tepefacta madidos per breve prandii spatium non ex siccassent ; aut certè focos in elata lapidum structura ad culinarium usum. Post meridiem tempestas melior , via pejor. Saltzburgum pervenimus ipsa die 28 Augusti , hospitati in percelebri Abbatia sancti Petri , ubi omnis nobis humanitas exhibita est à religiosissimo Abate ceterisque cœnobitis , præcipue R. P. Josepho Mezgero Priore atque Universitatis Procancellario , quem litteris antea noveramus.

Saltzburgum civitas est ad Salam haud ignobile flumen , à quo nomen traxit , olim Juvayum appellata. Sita est in angulo Bajoa-

riæ , accessu difficilis , nec minus valida præminentium montium excelsis jugis , quibus veluti muris cingitur. Ædes habet amplissimas & elegantes , quibus longè præcellit palatium Principis , id est Archiepiscopi. nam ab aliquot sæculis Salzburgum est caput Principatus, cuius ditio milliaribus Germanicis fere viginti octo in longum , quatuordecim in latum porrigitur. Eximia est basilica sancti Rudperti (Domum appellant) marmore & lapidibus quadratis magnificè exstructa , ac tabulis cupreis cooperta. Insignis etiam ecclesia monasterii sancti Petri , quæ sancti Rudperti quondam sede ac tumulo illustrata est. Urbe vel suo situ validissimam munit arx in prærupto monte posita , ad quam calle nonnisi angusto & supino itur. Duplex murorum ambitus , munitionis turrem , aliaque præsidia eam inex-pugnabilem reddunt. Postridie quād eo accessimus , Principem salutavimus , datis litteris ab excellentissimo Christianissimi Regis Legato Gravellio , cui is inter amicos est. Mirati sumus ingens Principis satellitium & aulicorum comitatum insignem. Nempe apud Germanos Principes , uti quondam , teste Tacito , sic etiam nunc hæc dignitas , ha vires ; magno semper electorum juvenum globo circumdari ; in pace decus , in bello præsidium. Inde illustrissimum Guillemum Furstembergensem,

ITER GERMANICUM. 65

Furstembergensem , magni Fernandi Monasteriensis germanum fratrem , majorem ecclesiæ Decanum convenimus , virum , in quo modestia & humanitas cum aliis virtutibus certant. Ille nos latinè primùm , deinde gallicè affatus , gratissimas habuit litteras , quas nomine illustrissimi D. Verjutii ipsi porreximus. De majoris ecclesiæ monumentis & libris sciscitantibus respondit , nihil superasse à nuperis incendiis : si quid ex ea urbe sperandum , id in monasterio sancti Petri reliquum esse. Et quidem ibi amplissimam novorum librorum copiam invenimus , & aliquot mss. quorum unus est Hieronymi expositionem in Proverbia , Ecclesiasten , aliosque sacros libros continens , ex dono Arnonis Archiepiscopi. Hoc monasterium non minùs pietate , quam scriptis suis tunc ornabat D. Josephus Mezgerus Prior mox laudatus , & ipse Universitatis Salzburgensis præcipuum ornamentum : quicum amicam disputationem habuimus de ætate sancti Ruderti Episcopi & Apostoli sui , quam integro sæculo seriùs retuli contra vulgatam opinionem. Sententiam hac de re meam exposui in tomo tertio de Actis sanctorum nostrorum , quam ille in historia Salzburgensi , quæ sub prelo tunc versabatur , amicè impugnavit. Sunt ipsi trini fratres Mezgeri , omnes religiosi ad sanctum

Vet. Analect. Tom. IV.

E

66 ITER GERMANICUM.

Petrum, hic quidem Prior & Universitatis Procancellarius (nam Cancellarii titulum Princeps retinet) alter Decani, tertius Prorectoris dignitatem habet.

Anima quales neque candidiores

Terra tulit.

Sed ille triplex nodus nuper heu ! solutus est, Josepho amico nostro sub finem Octobris mortuo ad sanctum Gallum , ubi ex pulmonis vitio decubuit , dum sacram Eremitum , nempe Einsidlensem , voti causa pesteret.

Prorectoris visitatione præventi , atque in ædes Universitatis , ubi tres Theologiae Doctores sæculares sollemni ritu admittendi erant , invitati , totum illius Universitatis splendorem non sine magna voluptate vidi mus. Primus elegantem orationem habuit Procancellarius , alteram Decanus , tertiam unus ex candidatis , vir eloquens & bonus Orator. Anulus , epomis , fax , pileus sacer pro Doctoratus insignibus tradita fuere ., dum interim buccinæ & tymbala ad singulos ritus concreparent. Peractis omnibus , sollemni pompa Universitas , Magnifico Rectore primas obtinente , ad sancti Petri ecclesiam processit , ubi canticum sacrum in gratiarum actionem musicis modulis , concinibus organis decantatum est. Hoc officio Abbatiae sancti Petri se gratam exhibet

pia Universitas, quæ illam uti alteram parentem agnoscit. Præcipuum habet fundatorem Marcum Archiepiscopum. Hæc ab anno 1622 instituta jam tribus facultatibus constat. Theologiam, Jus Canonicum, Philosophiam artesque humaniores soli docent Benedictini, qui ex certis provinciis Salzburgensi, Bavaria, Suevica, Austrica & Stiria assumuntur. Jus civile docent Doctores sacerdtales : Medicinæ facultas ibi adhuc nulla.

Pridie illius dici in parthenone Nurnbergensi, quem beata Erentrudis sancti Ruderti nepitis in vicino colle instituit, sacra fecimus, ubi religiosissimæ virgines Benedictinæ degunt: deinde pretiosa quæque & reliquias sacras vidimus: à meridie profecti ad Sacram ædem beatæ Mariæ in Plana, qui locus est in colle situs uno milliari germanico ab urbe, piorum concursu celebris, ubi ex concessu Principis Maximiliani modò Benedictini versantur. Montes ipsa die Augusti 29 recenti nive conspersi erant, cùm totis quinque diebus terra imbre continuo compluta fuisse.

- Post tres dies cùm discedere gestiremus, Princeps nobis significavit optare se, ut sequenti interessemus publico spectaculo, in quo Nabuchodonosoris historia versibus senariis in collegio exhibenda erat. Paruimus,

interfuimus. Festiva omnia, theatrum elegans, machinæ sæpius mutatæ, tubicines, fidicines, multa spectantium frequentia, præmia studiosis in fine distributa. Interfuit spectaculo illustrissimus Princeps, cum magna nobilium virorum ac feminarum corona, ex quibus multi Viennæ atque Austriae Proceres utriusque sexus, omnes fere Gallicano more induti, assistebant, Turcorum metu eò refugere coacti.

Septembbris die 22, antequam ex urbe discederemus, mandavit iterum Princeps nos curru suo deduci in hortos suos Helbronenses, à claro fonte sic dictos, qui unius horæ spatio ab urbe distant. Vallis est angusta, fertilis, nec inamœna, inter horridos montes perpetuis nivibus tectos. Aedes Principis modestæ, horti sunt elegantissimi, floribus, arboribus, aquis irriguis ac subsilientibus instructi. Lacus exquisitis piscibus referti, aves diversi generis, speluncæ denique cavae, incrustatae, conchyliatae, & quid non ad voluptatem & usum? quæ omnia non sine aquæ superfusione spectavimus. Reversi in urbem, post prandium cum multa gratiarum actione à sancti Petri monasterio discessimus, onusti libellis & munusculis, quæ nobis Mezgeri fratres contulerunt.

Saltzburgo duodecim horarum itinere

ITER GERMANICUM. 69

distat Seonense * cœnobium ex nostris , sic dictum à circumfluo lacu. Adalbertus loci Abbas humanissimus nos benignè exceptit , veteres inscriptiones Romanas, aliaque monumenta nobis ostendit , sui monasterii historiam à Stengelio editam dedit , in qua prædictæ inscriptiones referuntur , uti etiam in Metropoli Salisburgensi.

* Seon.

Mensis die 4 Vvasserburgum opidum prætergressi (qua die serenissimus Bavariæ Princeps Elector celeribus equis illac transiit voti causâ Altöttingam , deinde ad castra Cæsariana profecturus) venimus ad Atlense * sancti Michaëlis monasterium ad Oenum , mox ad Rottense * Ordinis nostri , quod Apostolis Petro & Paulo atque sancto Marino dicatum est.

* Att.

* Rot.

Proxima die in Tegernsense * , tum in Benedictoburanum longo circa Tirolenses alpes flexu diversuri , noctem duximus in vico *Vvair* , ubi est collegium Canonorum regularium Ordinis sancti Augustini. Eadem via pridie Marcus de Aviano , Capucinus pietatis famâ celebratissimus , ad castra Cæsaris in extremo Viennæ discrimine properaverat. Nos contrario itinere contendimus in Tegernsense monasterium , sic dictum à lacu , qui unius horarii milliaris longus intervallo , inter Alpium juga valle angusta fluit. In ecclesia visuntur pone altare

* Tegernsēe

E iii

70 ITER GERMANICUM.

majus tres loculi ex marmore ad parietem ordinati, quorum unus est sancti Quirini ecclesiaz patroni, alter Chrysogoni martyris, tertius Castorii itidem martyris, unius ex quatuor Coronatis. In media navi exstat tumulus Otkarii & Adalberti, sed ab annis tantum ducentis ex marmore compositus. Hi loci conditores fuerunt, & quidem Franci, qui ex aula Pippini Regis illuc sese receperant. In eadem navi ad altare sancti Viti apparet sepulcrum Ellingeri Abbatis, quem beatum appellant, tametsi nullo publico cultu honoratum. Is monasterium Benedictoburanum ad rectiorem normam revocavit saeculo x i. In medio choro jacet Caspar Abbas, reformationis (ut vocant) Tegernensis auctor ante annos ducentos. In bibliotheca plurimi sunt codices mss. quos inter Cypriani opera eleganter scripta, sed ab annis circiter trecentis, Dionysii libri de cœlesti hierarchia, de divinis nominibus, de mystica theologia, quos de novo transtulit frater Ambrosius Ordinis Camaldulensem, & emendavit. *Vita sancti Ruperti* Episcopi Saltzburgensis cum veteri nota marginali, quæ sententiam nostram de ejus ætate confirmat. *Quantum elici potest ex successione Regum Francorum sanctus Rupertus floruit anno Domini DCC IIII.* Hæc nota tantum ab annis 250 scripta, codex ante sexcentos. Amplissimum Martyro-

logium, in quo Sanctorum acta fusè referuntur cum præfatione ad unumquemque mensam. Auctor ait se iussu patris Erchanpoldi id operis suscepisse. Ad hæc variæ Abbatum Tegernsensium epistolæ, ex quibus præcipuas descripsimus; & varii in Regulam nostram Commentatores, plerique Tegernses ascetæ.

In vigilia Nativitatis beatæ Mariæ sub vesperam ad Benedicto-buranum * cœnobium accessimus, boni ominis nomen: sed res nec nomini, nec festo respondit. Sollemnitas erat ipsa die translatio sanctæ Anastasiæ, cui ecclesia loci dedicata est. Cùm diu in vestibulo monasterii constituissemus, circumstante nos famulorum turba, qui nos avidè prospectabant, quasi ex novo orbe advectos; dictum est tandem nobis non superesse locum in diversorio, propter hospitum, qui eo die illuc convenerant, multitudinem. Hospitiū præfectus, vir sanè honestus, visus est id gravatè ferre; obtulitque vadem schedulam ad comparandum noctis insequentis hospitium. Actis gratiis, nulla viatici necessitate nos eò deflexisse reposuimus: sed ad videndum ea, quæ ad historiam monasterii atque Ordinis in suis monumentis pertinere possent. Hoc unum rogare, ut per breve quod ad noctem super erat temporis spatium, liceret monasterium & bibliothecam lustrare.

* *Benedictobayrn.*

Non potuit negare vir bonus. Itaque vidimus cœnobium novis & præclaris ædificiis instrutum, ecclesiam nondum absolutam, bibliothecam elegantem cum pergula ad libros superiores. Vocatus è cænaculo bibliothecarius adfuit, incoctam bilem in Francos despumans. Multa jaçtantem comiter excipiebat Michaël noster, evolvendis libris alias intentus, patienterque ferebat pro tempore: sed cum iræ longius irent, modestè cum eo pugnabat, non quidem tunc Germanus, sed, ut res exigebat, ex animo Gallus. Ille nihilo placitor, duriora reponere, falsos rumores pro veris in os ingerere. Venit in Michaëlis auxilium Helvetus interpres noster, etiam latinè sciens, qui multa apte de Rege ac de regno, deque tota gente (& is quondam ex regiis excubitoribus fuerat) honorifice dixit. Hic vix pedem ex bibliothecæ aditu nescio quid visurus extulerat, cum bibliothecarius fores ipsi cum multo fragore occlusit. Hæc non sine fremitu senserunt in suo regno Musæ humaniores. Interim libros revolvere pergitimus, atque inter editos sparsim etiam scriptos invenimus. In illis feliciter unus occurrit, primorum fundatorum Abbatum epitaphia versibus continens, ex quibus constat, eos Francos fuisse. Ergo, inquam, non tam male de vobis meriti sunt Franci, quibus vestram debetis originem. Et

quidem eo titulo nobis jus hospitii vindicare licebat. Sub hæc , dum illi nescio quid mussitant , epitaphia describimus , quorum hæc summa est : Francos germanos , scilicet Lantfridum ; Vvaldramnum , & Gundramnum , ex aula Pippini eò secessisse , atque unum post alterum conditi ab se loci Abbatess fuisse. In alio codice homiliis per annum præmittitur Caroli Magni epistola à nobis edita in lib. i Analectorum. In alio Acta sancti Fotini & sanctæ Balbinæ martyrum Lugdunensium. Hæc cursim tantùm delibile nobis licuit , cùm instantis noctis tempus cogeret nos in viculum aliquantis per dissitum divertere , ubi duæ tantùm domunculæ erant in regia ad Tirolenses via , sed honestius hospitium , quàm ut in agresti loco nobis sperandum foret.

Die festo beatæ Mariæ , propter loci incommodum (nam ibi nulla ecclesia erat) relictis ad tempus Alpibus , reductoque ad Bajoariæ interiora itinere , Monachium * contendimus , Missâ ad Bolferzhausenum opidum celebratâ. Monachium fessi pervenimus ad vesperam , quæ civitas serenissimi Principis Electoris sedes ad Isaram * fluvium sita est , in hospitio Galli cujusdam Abbavillensis gallicano more excepti. Quippe ea in urbe nullum est Ordinis nostri cœnobium. Propius olim aberat Abbatia

* Munich.

* l'Isere.

Eberspergensis , quinque horatum itinere
inde distans , nunc unita Monachiensi col-
legio Patrum Soc. Jesu. Hæc unio facta est
tempore Vvillelmi v Bajoariæ Ducis , qui
Collegium condidit , ecclesiam tanto con-
ditore dignam erexit , ac pretiosis cimeliis
ditavit. Proximo die salutatum imus excell-
entissimum dominum *de la Haye* , Legatio-
nibus clarum , tum extra ordinem Missum
ad Principem. Litteras ei dedimus : ipse verò
nos solita sua comitate ac benignitate com-
plexus , mensaque dignatus est , in currum
admisit , omnia quæ in urbe curiosa aut visu
digna erant , nobis referari curavit , ædes
sacras , Principis palatum , excepta biblio-
theca , in quam non facile quisquam admit-
titur citra nutum Principis , qui tunc ab-
erat. Huic rei provisum erat ab illustrissimo
Meldensium Antistite , qui pro sua in nos
benevolentia litteras à serenissima Delphina
in nostri gratiam impetraverat ; sed quæ de-
bito fructu caruerunt absente Principe. In-
ter ædes sacras præcipuae sunt beatæ Mariae
& sancti Petri parœciales , certè magnificæ
& elegantes , nec minus ecclesia Patrum Soc.
Jesu , cuius omnia cimelia R. P. Rector no-
bis ipse demonstrare non est gravatus. Idem
apud Patres Teatinos præstítit eorum Præ-
positus R. P. Veranius , qui Philosophiam
novam nuper quatuor tomis edidit , vir

humanissimus. Teatinorum domum haud longe à palatio magnificè condidit Adelais Sabauda , serenissimæ Delphinæ parens felicis memoriae , quæ in Patres Teatinos magnopere propensa erat. Templum novum condidit, ecclesia Patrum Soc. Jesu magnificentiâ vix impar. Unius inde viculi intervallo distat Palatum , quod inter omnia Germanica præcipuum est , non tam externo ædium cultu , quæm interiori atriorum & cubicolorum apparatu. Quatuor habet partes , verius palatia dixeris , cum sua quæque area seu aula. Præcipuum est Imperatoris dictum : cuius scala ad atrium , atriumque ipsum , materiæ atque operis pretio nescio an ulli cedat. In alia portico infinitam videoas antiquarum statuarum copiam : in prospectu è fenestris palatii hortos insignes , ex alia parte armamentarium : ex omni denique gratissimum & saluberrimum cælum atque adspectum.

Feria sexta , quæ Septembris decima erat , ex castris mandavit Princeps , uti ad commendandam Deo proximam in Turcos Christiani exercitus expeditionem , sanctissimum Sacramentum ad publicum cultum exponeretur per horas quadraginta , nempe ad Dominicam diem , quo hæc insignis actio , qua vix ulla præclarior aut celebrior , patranda erat. Interfuimus , uti decebat ,

76 ITER GERMANICUM.

sollemnibus illis precibus, in quibus laudabilis sanè viget institutio. Nempe si quando divina Eucharistia spectabilis exponitur, invitantur ostiatim à Parocho singulæ familiæ, ut per turmas ad orationem convenient. quod fit secundum cujusque ordinem, ut viri seorsim, deinde feminæ conjugatæ, mox juvenes adolescentes, ac puellulæ item juvenes, denique tum servi, tum ancillæ post certum orationis spatium sibi ipsis ex ordine succedant.

* *Andex.* In sequenti die venimus in Andecense * nostri Ordinis monasterium, quod alio nomine Mons-sanctus appellatur, sex horarum itinere Monachio distans, in colle situm, ex quo gratissimus circumquaque prospectus. Sed præ omnibus jucundus nobis fuit conspectus urbanissimi Abbatis Mauri, viri docti, & Bajoariæ monasteriorum Visitatoris, qui Andecenses ædes ex integro, cum ante annos novem igne cælesti deflagrassent, elegantissimè restituit. Ecclesia beatissimæ Virginis cultu celebris ac reliquiis: bibliotheca optimis libris referta, sed ingeniosis emblematis ac picturis à Mauro Abate ornata, quam idem auget in dies.

* *Vvesbrun* Postera die Vvesbrunensis * Benedictinæ item familiæ Abbatia, quatuor inde leucis, nobis sese obtulit; antiqua quidem, sed non ita splendida & elegans. In media

ecclesiæ navi prostat antiqua Crucifixi imago ad tumulum duorum Vvesfonum, qui monasterii instauratores fuerunt. In horto copiosè scaturiunt tres fontes, qui Vvesonis dicuntur; Vveso autem filius Tassilonis, à quo Vvesone ejusque fonte inditum loco nomen ferunt. In bibliotheca non multi superfluent codices antiqui. Plerosque ante annos quingentos descripsit Diemoth *Sanctimonialis*: quo nomine exstitit saeculo decimo apud Saxones Demoth. Abbatissā Vvinethusensis.

Inde egressi rursus ad Tirolenses Alpes declinavimus, visuri Faucense * Ordinis nostri cœnobium in diœcesi Augustensi, à sancto Magno primitus conditum, quod à Vvesbrunensi tredecim leucis distat. Medio in itinere sita est Præmonstratensium Abbatia Stængadensis * anno 1147 constructa. Illic cùm ad publicum hospitium prandii causâ divertissemus, hoc intellecto Abbas loci humanissimus, & meliori quidem valitudine dignus, (quippe qui ex passione collica totus contractus est) nos vini honorarii & piscium munere, homines exterios, nec aliunde sibi notos, recreavit. Fauces occidente sole advenimus, opidum ad Lycum fluvium, cui opido monasterium originem dedit. Hic modica librorum supellex, tametsi miss. non desunt, plerique recentio-

* Fueffen.

* stain-
gaden.

res; tenues facultates, Abbas modestus, qui historiolam monasterii sui nobis concessit. In folio cuiusdam codicis inter alia invenimus instrumentum nobilis matronæ Azilæ de *Musteren*, quæ pro remedio animæ suæ & conjugis sui Otilonis dat ecclesiam de *Rodenrateshoven* anno *Incarnationis Domini DCCCC XVIII* sub Papa *MARINO*, sub Rege *HEINRICO*, qui tertius post *Ludovicum* fuit, sub Duce *Alamannorum BURCHARDO*, sub Antistite *Augustense HILTINO*, sub Abate *GISELONE*. Subscribit inter alios *DI EPOLDUS provinciae Comes*. Hunc locum refero propter nomen *Marini Papæ*, quo nomine Pontifex ad Romanæ ecclesiæ clavum tunc non sedebat, sed *Johannes x.* An is & *Marinus dictus*? Similis difficultas occurrit in actis sancti *Udalrici Episcopi Augustensis*, qui Romam adiisse anno 909 dicitur *Marino Pontifice*. An *Marinus quidam* per illa tempora, quibus indigni plerique Pontifices sanctam illam sedem occupabant, pro Pontifice habebatur à Germanis? Fateor me hæcere. At hæc itineris diverticula prætreo.

Die festo Exaltationis sanctæ Crucis, proximo post Idus Septembris, iterum Campidonam ex condito revertimur, non minot quām primūm humanitate ab illustrissimo Abbe accepti. Postridie, quæ feria quinta

ITER GERMANICUM. 79

erat hebdomadæ , in quam incidebant quatuor tempora , ex annuo more sollemnes habitæ sunt preces pro benefactoribus ; & quidem duæ Missæ celebratae , una de defunctis , altera de beata Maria. Hujus rei causâ convenerunt omnes parochi ecclesiarum , quæ à Campidonensi Abbatia pendent , numero triginta quinque , atque Missas singuli pro defunctis persolverunt. Idem fit ad singulas quatuor temporum vices , feriis quintis , cum antea in ipsis jejunii diebus fieret . sed propter insequens epulum , religionis causâ in vacantem feriam hic ritus differendus visus est. Iisdem quatuor temporibus subditi quique in Germania persolvunt census suos , quos *Angarias* vocant. Hinc quatuor tempora vulgari nomine *Angariae* appellantur.

Ipsa die sub vesperam Oeniponte * perlata sunt felicia quntia , nempe solutam esse tandem obsidionem Viennensem , Turcorum castra perfracta ; cæsa ex eis octo millia , reliquos cum magno Viziro fugatos ; impedimenta & pretiosam supellestilem in Christianorum potestate relicta ; denique diem Dominicam , Septembbris duodecimam , hoc insigni facinore consecratam fuisse. Timidior fuit primum de hoc faustissimo nuntio lætitia. Neque enim satis tumultum videbatur , re nondum confirmata ,

* In spruc.

80 ITER GERMANICUM.

animum permettere gaudio tam ingenti , tamque insperato : cùm huc usque mali omnis plena fuissent omnia. Sanitati nihilo minus Christianorum heroüm , qui Turcos bellasse ferebantur , propinatum est, sed modestè , ut in tanta festivitate.

Die 17 cum plurima gratiarum actione Campidonā discedentes , iterum redimus ad Vveingartense monasterium , ac sequenti die reverendissimus Abbas , recens ordinatus , per dominum Maximilianum nobis amicissimum curavit nos deduci in Salemense * Ordinis Cisterciensis cœnobium , vivente sancto Bernardo anno 1137 constructum. Huic præsidet eximus Abbas , Germaniæ superioris monasteriorum Commissarius Generalis , eruditus vir & ingenii elimati , qui nos magna comitate sequenti die detinuit. In bibliotheca invenimus codicem unum inter alios , in quo Ratramni liber de corpore & sanguine Domini continetur sub hoc titulo : *Incipit liber Ratramni de perceptione corporis & sanguinis Domini ad Karolum Magnum* , id est Calvum , qui *Magnus* non semel appellatus est. *Iubes glōsē Princeps , &c.* In fine , *Explicit liber Ratramni de corpore & sanguine Domini.* Tum , *Incipit secundus de prædestinatione ad eumdem.* Codex ante annos septingentos scriptus videtur , & quidem ante Salēmum conditum. Ad hæc ibidem habentur *historia*

* Salem.
Vveiler.

historia expeditionis Ierosolymitana sub Frederico Aenobarbo, quam alibi etiam reperimus. *Statuta alterius Friderici contra constitutiones Pontificias: Bernonis Abbatis Augiensis opuscula* inedita, de quibus inferius suo loco: *Acta Concilii Constantiensis* in maximo folio cum egregiis figuris & symbolis gentiliis eorum omnium, qui Concilio interfuerunt. Initio hæc præmittitur inscriptio: *Hic sequuntur tituli ceremoniarum depictarum in libro Concilii Constantiensis, quem cives composuerunt anno Domini 1414. Extractum anno 1491.*

Die 21 Septembris Salemio discessimus Constantiam adituri, quæ à Salemio non amplius quinque horarum intervallo distat. Erat sancti Matthæi Apostoli festus dies, quo die Überlingæ * opidi, quæ transendum erat, portas clausas offendimus (is ob hostium metum mos est in plerisque locis munitis) tempore divinorum. Portis urbis nihilo minus referatis, atque lacu transmesso, pervenimus tandem ad priores portas suburbii Constantiensis, in quo situm est Petroburgense * Ordinis nostri monasterium, Rheno fluvio & ponte sublico divisum ab urbe, quæ Cæsareis addicta est. Sciebamus morosos istic esse adventantium exquisidores, quod in causa fuerat, ut ne à Constantia (quod itineris consequentia

Vet. Analect. Tom. IV.

F

* Über-
lingen.

* Peters-
hausen.

82 ITER GERMANICUM.

exigere videbatur) inciperemus. Ad interrogata respondit dux noster Maximilianus, Vveingarto nos venire affirmans. Ingredimur, Petroburgenses nostros invisimus, animo inde recedendi visa ecclesia cathedrali, in qua celebre illud habitum est Concilium: cum nulla nobis spes esset quidquam reportandi ex illa urbe, cui nos ob innatam de Francis suspicione non admodum acceptos fore sciebamus. Post prandium socio nostro clam me suggestum est, Consiliarium quendam Cæsareum à Cæsareo ministro accepisse litteras, quibus significabatur, Benedictinos duos Gallos cum interprete totam peragrare Germaniam, incertum qua causa: profecturos demum Constantiam, ubi accuratè investigari & interrogari eos per Consiliarium oporteret: Abbatii Petroburgensi rem delatam per Consiliarium, postulato, si eo diverteremus, se ut moneret. Conspiratione hac detecta, egressum invisa urbe maturavimus, Augiensē monasterium adituri. Ita Cæsareorum infidias declinavimus.

* Riche-
neuu.

Augia*, cognomento Dives, ab antiquis appellata, in exigua Rheni insula posita est duabus infra Constantiam leucis. Locus quondam non minùs litterarum studiis, quàm religione insignis, à ducentis pænc annis Abbatem non alium habet quàm Constantien-

sem Episcopum, qui Religiosos istic alit numero tredecim. Biduum nos cordatissimo affectu detinuit R.P. Prior. Ecclesia non admodum elegans, sed antiqua. Ibi exstat Caroli Imperatoris, cognomento Crassii, lapis sepulcralis vetus, cui ejus epitaphium inscriptum est. Versus ad parietem recenti scriptura in commodum lectorum depicti sunt, quos hic appono.

Pannonas & Cimbros diverso marte subegit,

Carolus à crasso corpore nomen habens.

Sed bene quas juvenis regni tractavit habenas,

His iterum senior dispoliatus obit.

In bibliotheca reliqui sunt codices permulti venerandæ antiquitatis : tantum quosdam hīc notare juvat. Liber in majori folio insignis, in quo habentur omnes *Patrum expositiones in Orationem Dominicam*, atque etiam *varia fidei Confessiones*. In alio *Relatio Symmachii praefecti urbis Roma ad Theodosium*. Tum *Vigilii libri quinque adversus hæreses*; ad hæc *epistola Vitalis & Tonantii ad Capreolum Episcopum*, & ad consulta *responsio*. *Gregorius Turonensis de gloria Martyrum antiquissimus*. *Homilia à Paulo Diacono digestæ* in duobus magnis voluminibus, *scriptæ ab annis octingentis*. *Sirmundi PRÆDESTINATUS* cum hoc titulo, qui dilutiori tantisper atramento *scriptus est*, sed antiqua manu : *Opus SANCTI PRIMASII DISCIPULI AUGUSTINI DE*

84 ITER GERMANICUM.

HÆRESIBUS NUMERO XC. Habetur alias in bibliotheca metropolitanæ ecclesiæ Remensis absque nomine auctoris ex dono Hincmari, is, quo Sirmundus usus est in sua editione adoranda. Augiensis codex scriptus est ante annos octingentos. Isidorus Hispalensis Episcopus in cap. 9 de Scriptoribus ecclesiasticis mentionem facit de Primasio Episcopo, qui composuit sermone scholastico de hæresibus libros tres, directos ad Fortunatum Episcopum: explicans in eis quod olim beatus Augustinus in libro hæreson imperfectum, morte interveniente, reliquerat: in primo ostendens quid hæreticum faciat: in secundo & tertio digerens, quid hæreticum demonstraret. Isidorus addit, eum claruissle Juliano regnante. Hoc Primasii specimen non malè convenit Prædestinato vulgarato, qui distinctus est in libros tres, sed absque Fortunati Episcopi appellatione; recensetque octoginta octo hæreses ab Augustino assignatas in libro ad Quodvultdeum: quibus duas alias addit Nestorianorum & Prædestinatorum, nulla Eutychianorum facta mentione. Sed hæc non sunt hujus loci.

Septembbris die 23 trajecto lacu, in opidum quod Ratolfi-cellæ appellatur, appulimus, cuius loci ecclesia sancto Ratolfo Abbatii dedicata est. De ea cecinit Georgius Tibianus apud Goldastum.

ITER GERMANICUM. 85

*Urbs antiqua viget Ratolfi-cellā vocata,
Florigeri hīc colles, pīctaque prata virent.
Hīc numerosa juga & scopulosi vertice colles,
Vdaque perpetuo gramine terra viret.*

Sequenti die Villingam accessimus, salutato
inter eundum monte* Duellio, ubi olim Or-
dinis nostri monasterium, cuius Abbas sæ-
culo nono Vvaldfredus, ibidem sepultus non
sine opinione sanctitatis: nunc arx Ducis
Vvirtembergensis. Medio in itinere Danu-
bium tribus aut quatuor ab origine leucis
angusto ponte ligneo transivimus. Villinga *
opidum est Austriacæ domus hereditarium
ad Brigam * fluviolum, ubi refugium habue-
runt cœnobita Benedictini sancti Georgii,
quod cœnوبium, duabus inde leucis situm,
non ita pridem invasit Dux ipse Vvirtem-
bergensis. Itaque Villingæ degunt Religiosi
numero duodecim, quorum Abbas septua-
genarius, histogiae nostræ studiosissimus, &
Prior D. Georgius Geysserus studiorum nos-
trorum fautor singularis, omni nos huma-
nitatis & caritatis officio exceperunt.
O qui complexus & gaudia quanta fuere.
In ea urbe apud Minoritas, Observantios
vocant, multi habentur codices scripti, sed
nullius momenti.

Postridie dum abitum paramus, dum op-
timus Abbas in proclumbentium colla ruit,
ille saccum plenum in manus

* Dravid,
nunc Ho-
chendwul.

* Villingen.

* la Brige.

meas injecit , multis obtestatus , suo ut de paupere censu tantillum hoc in viatici supplementum acciperemus. Ego verò , quasi receptâ prunâ , protinus manum excutiens , gratiis dictis , cùm ille donum urgere per se veraret : Et nos , inquam , omnium hominum ignavissimos , si tam liberaliter à vobis excepti , etiam pecuniam hanc , nullius indigi , acciperemus. Abbas contra instare ardentius , favente Geyffero. Sed tandem illi cedere coacti , nos haud sine lacrymis dimiserunt , dato honesto comite , qui nos per Herciniam silvam deduceret. Horrescit animus ad solum Herciniæ nomine , ubi horrida omnia , loca invia : ubi nullus fere vienus ; præter opidum Erenbachum , quod quasi Herciniæ gentis caput est , nobis occurrerit. In convallibus angustissimis prata sunt sat pingua ad pastum pecorum , montium & collium declivia ferendis segetibus ingrata , immo & alendis ovibus , ob nimiam herbarum (uti aiunt) pinguedinem . Variæ hinc inde casæ cum suo pleraque molendino , in quod aquæ derivantur per canaliculos ex tubis abiegnis. Abies annibsi passim , sponte in truncum cadunt , & putrescent , cum convehendis impares sint multis in locis viæ. Ex illis viis inviis , immo præcipitis non evasissemus , nisi ducem nobis d'issent homines nostri Villingenses. Ipsa die tandem accessimus

ad monasterium sancti Petri, quod tribus à Friburgo Brisgoviae leucis distat, in extrema silva Hercinia, ubi paullo liberius cælum esse incipit. Monasterii ædes instaurabantur, quæ à Cæsarianis nuper, cum Galli milites istic præsidium statuissent, subjecto igne consumtæ sunt, nostris tamen ab igne & hostium manu intactis.

Inde Friburgo, Brisaco, & Columbario * permeatis, venimus in monasterium Vallis-Gregorianæ * è Congregatione sancti Vito-ni: ubi nobis humanitas omnis exhibita est. Locus olim etiam *Confluens* dicebatur, ob confluxum duorum rivulorum, quorum unus nomine *Bertiembach*, in alium influit, qui *Fæchina* dicitur, uti nos docuit Ludovici Pii diploma Gottefrido Abbatи concessum.

Die 30 Septembris per Alsatiæ amœnissimam plagam, qua nullam jucundiorem aut fertiliorem vidisse memini, Argentoratum tendimus per vallem Leporinam, in qua Cella, vocabulo Lebraha, olim condita est à Fulrado Abbe: cui etiam originem suam debet vicina sancti Hippolyti Præpositura, quam obiter salutavimus. Opidum in declivi montis positum, hætenus sancti Hippolyti * nomen retinet. Tribus inde leucis abest Schœlestadium, ubi Prioratus sanctæ Fidis, Cluniaco quondam, nunc Patribus Soc. Jesu

F iiiij

* Colmar.

* Munster
seu Grego-
oriental.

* S. Bilt.

88 ITER GERMANICUM.

* Ebers-
munster.

addictus, qui ibi Collegium habent. Scheleſtadium prætergressi, venimus ipsa die in monasterium Ebersheimense *, quod nomen Apri locum significat, dictum olim *Novientum*, regnante Theoderico Chlodovei junioris filio conditum ad fluvium Illam. Atticus, sanctæ Othiliæ pater, monasterii auctor fuisse traditur. Antea eodem in loco Dianæ fanum fuisse ab Julio Cæſare erectum ferunt. Secundus loci Abbas Columbus Cellæ ecclesiam à se conditam per sanctum Pirminium dedicari curavit. Deodatus regnante Carolo Magno ibidem Abbas pro sancto habetur. Templum & officinæ regulares, à milite Suecico violatae, modò restaurantur à Bernardo Abate humanissimo. Ab eo loco duabus tantum leucis abest Andlagense* cœnobium, à Richarda Imperatrice, Caroli Crassi uxore, conditum, ejusdemque secessu illustratum, quod modò Canonicarum est.

* Andlauv.

Die i Octobris Argentoratum venimus, urbem maximam, situ & civium frequentiâ nulli in illis partibus secundam, munimentis Regis Christianissimi jussu recens exstructis incomparabilem & inexpugnabilem. Ea in urbe bis sacra fecimus in principe beatæ Mariæ ecclesia, cuius rotundus fornix Orientem versus ævo Caroli Magni constructus dicitur, cetera recentiorum sunt

temporum. Porta ecclesiæ major elegantissimè fabricata , altissimam habet turrim , quantum nusquam vidimus, exquisito opere concinnatam, cui aliæ duæ adjiciendæ erant, sed infectæ. Publicam urbis bibliothecam vidimus auspiciis clarissimi & eruditissimi Ultrici Obrechti , urbis Advocati generalis & Archivarii , qui nos honorario vino non semel, librisque ab se editis donavit, & suam ipsius bibliothecam librosque varios, doctis observationibus ad marginem sua manu distinctos nobis ostendit.

Post duos dies ex urbe profecti , in Vogesi saltus secundùm longos & asperos montes , qui Alsatiam à Lotharingia dirimunt , contendimus , pertransito primum Molsheimio , quinque ab Argentorato leucis , ubi ante subactam à Rege urbem Capituli Argentoratensis sedes erat. Post Alsatiæ montes superatos , primum nobis occurrit Senoniense * monasterium , aptissimè ad regularem disciplinam concinnatum à reverendissimo Joachimo Vivino , Congregationis sancti Vitoni Abbatे regulari , qui nos cum magna benevolentia exceptit. Duplex ibi ecclesia , una beatæ Mariæ rotundo opere , à sancto Gundelberto Episcopo ac primo conditore exstructa : altera sancti Petri , qua nunc Religiosi utuntur. Postea lustrata sancti Deodati * ecclesiâ , cuius majorem Præpositum

* Senone.

* s. Di.

90 ITER GERMANICUM.

* Moyen-
montier.

venerabilem ac doctum D. Riguetum salutavimus, ad Medianum * monasterium divertimus, ubi absente reverendissimo Abbatte nihilo minùs accepti sumus ea humanitate, quæ reverendis Patribus Congregationis sancti Vitoni familiaris est. Eamdem experti sumus in aliis Lotharingiæ & Campaniæ monasteriis, præcipue apud sanctum Michaëlem ad Mosam; cuius loci Abbas clarissimus D. Henricus Heneso, amicus noster, nos solitâ benevolentâ complexus est. Eadem Virduni, eadem Mosomi humanitas.

Sedanum cum pervenissemus, auditio illustrissimum Remorum Archiepiscopum Ducem ipsa die Carolopolim advenire, cum adivimus, tum ut obsequia ipsi nostra exhiberemus, tum ut itineris nostri, cuius approbator fuerat, rationem eidem redderemus. Quanta verò nos bonitatis significatione excepit, nec reticere deceat, nec licet nobis exprimere. Demum lustratis Remis, beatissimæ Virginis Lætitiensis ecclesiam, convenimus: ubi actis Deo opt. max. pro felici itineris successu gratiis, Laudunum, deinde Suectionas, ac postmodum Meldas, ubi illustrissimum Antistitem, qui nostro etiam itineri faverat, salutavimus, profecti, tandem Parisios sani & incolumes nos recipimus.

ITER GERMANICUM. 91

Vix domum appuleramus , cùm ab uno è nostris , amico meo , litteris mihi significatum est , apud Sueßiones inter ruderā eversitorcularis inventam esse sequentem inscriptionem , lapidi antiquo incisam .

I S I
M Y R I O N Y M A E
. E T. S E R A P I
E X S P E C T A
M E T I S. A U G. D...
V. S. L.

Similis est inscriptio apud Gruterum de Isidē *myrionyma* , pag. lxxxiiii . cuius tituli rationē affert Johannes Marshamus in chro- nico *Canone Ägyptiaco* pag. 132 . nempe quod variis nominibus *Iris* afficeretur . Altera pars nostrae inscriptionis , *Serapi exspectato* seu *exspectatisimo* . Auctor , *METIS* , fortè *Augur Deorum* , *vota solvit libens* . Quæ studiosis examinanda relinquimus .

Hactenus longum iter , Lector , brevi stilo descripsi , tametsi longiorem fecit haud dubiè sermonis & observationum jejuna exilitas . Multa de moribus variarum gentium , quas vidimus , adnotare nobis fuisset in promtu , si ita convenire existimassem . At ne aut laudando quibusdam adulari , aut improbando aliis detrahere viderer , multa sup-

pressi. Quod si in nonnullis præter modestiæ leges quædam retulisse, de nobis honorificentius, quam par erat, quidam existinet; reputet apud se quisquis ejusmodi est, id me eo animo fecisse, ne corum beneficiis, qui nos obstrinxerant, ingrati videremur. Et porro præcipuus hujuscce descriptionis scopus est, ut omnes agnoscant, quantum publica res litteraria illustrissimo Colberto debeat, qui post alia longè majoris momenti itinera, ex Regis munificentia in ararium & scientiarum gratiam ab ipso procurata, etiam hoc qualemcumque fieri curavit. Hic inquam est hujus itinerarii scopus. *Maximum enim existimo quæstum, memorem gratumque agnoscere.* Porro etsi aliis non proderit, nobis certè profuerit satisfecisse officio, implesse quod debemus.

F I N I S.

Pag. 38 lin. 22. admissi, *lege adeuntes.*



A C T A M A R T Y R U M .

INCIPIT PASSIO S. MAMMARI^I

M A R T Y R I S I N A F R I C A .

SUB MAXIMIANO, & GALLIENO* Imperatoribus talis exstitit persecutio per regiones & civitates , ut qui Christianus fuisset inventus , ignibus traderetur. Tunc ANULINUS Proconsul ALEXANDRUM Comitem cum militibus Numidiæ direxit, ut nomen Christi colentes ferro vincetos ante tribunal Praesidis adduceret. Cumque venisset in civitatem Vagensem , nuntiabatur ei de venerabili Mammario quod esset Christianus , & jubet eum sibi ferro vincetum presentari. Qui cum adduceretur, dixit ad eum : Tu es Mammarius, sceleratum malorum auctor , qui homines aggregasti , & à sacrificiis deorum prohibuisti ? tamen quod nomen habes , aut quot annorum es primitus dic ? Sanctus Mammarius dixit : Quod primum nomen est, Christianus sum. si cupis astatem meam scire , ego annorum sum circiter nonaginta trium. Comes dixit : Quare insanis , & non obedis Imperatori offerre sacrificium diis nostris ? Sanctus Mammarius dixit : Numquam sacrifico dæmoniis , sed uni Deo , qui fecit cælum & terram.

* I. Gale-
rio.

Comes dixit : Habes tecum alios ? Sanctus Mam-

marius dixit : Sunt viri Christiani , qui mecum baptizati sunt in civitate Lambese , unde & ego natus sum. Comes dixit : jubeo ut nomina eorum mihi in foro scriptis dicas. Sanctus Mammarius dixit : In domibus suis eos invenies , non sunt occultati. Tunc jubet Comes militibus triginta in civitatem Lambesem. Qui venientes in locum , qui dicitur nomine Ad-centum-arbores,& ibi eos invenerunt, **FELICEM** diaconum, **ALBINUM**, **VIVUM**, **DONATUM**, & ligaverunt eos ferro. Et ingressis in civitatem Lambesem , invenierunt alias nomine **VICTORIANUM** diaconum in sancta ecclesia Dei , unà cum **LIBASO** Priore civitatis , & ligaverunt eos ferro , & ante Comitem adduxerunt eos. Tum Comes interrogans eos dixit : Christiani estis , aut pagani Deos colentes ? Felix diaconus dixit : Omnes enim quos vides ferro vincetos , una voce respondemus , quia Christiani sumus. Comes dixit : Quis est auctor inter vos ? Sancti Dei dixerunt : Primo Dominus : secundum verò creaturam carnis , est qui tibi pro nobis respondeat Mammarius Papa noster , qui nos redemit ex aqua & Spiritu-sancto. Comes dixit : Ergo mori vultis , quam vivere ? Sancti Dei dixerunt : Non mori , sed vivere in vita aeterna.

Comes dixit : Sunt aliqui qui vestram religionem colant ? Sancti Dei dixerunt : Sunt in Tamugadi. Comes dixit : Quid sunt nomina eorum ? Sanctus Mammarius dixit : Ibi invenies eos. Sanctus Felix Diaconus dixit : Noli , Pater bone , occultare oves de thesauro Christi. dic nomina eorum. Sanctus Victorianus dixit : **LAURENTIUS**, **FAUSTINIANUS**, **ZINDINUS**, **CRISPINUS**, **LEUCTUS**. respondit ita ut diximus : In domibus suis eos invenies. Tunc Comes jubet milites viginti ad eos dirigi. Qui venientes , in eodem loco ab eis comprehensi sunt. Et cum ducentur , in Tigisi ingressi sunt. Et invenerunt beatam

FAUSTINAM, quæ & se offerebat dicens : Christiana sum. Et ipsam ligaverunt cum eis qui Christum confitebantur. Et venientes in civitatem Vagam, representati sunt ad Comitem. Comes autem dixit eis : Cujus religionis estis ? Christiani, aut diis serviientes ? Sancti Dei dixerunt : Religio nostra à Patre nostro Mammario inquiratur. Comes dixit : Ergo cum eo cupitis perire ? Sancti Dei dixerunt : Non perire, sed vivere in æternum. Comes dixit : Miseri, nolite in vana istius hominis mala sperare, quia ex multo tempore vita ipsius jam delirat. Sancti autem Dei quasi ex uno ore responderunt : Tu deliras, nam iste semper bonum nos docuit, & docet in domino Jesu - Christo, & in ipsius arbitrio pendet quid de nobis agi debeat. Comes dixit : Ergo paratis vos magis ad mortem, quam ad vitam ? Sancti Dei dixerunt : Fac quod vis. Nos jam olim parati fuimus tua supplicia sustinere.

Comes dixit : Ergo dirigo vos ad Anulinum proconsulem, ut ipse de vobis consultum ferat. Sancti Dei dixerunt : Festina, quid nos detines ? & nos tamen festinamus ad coronam illam pervenire. Tunc jubet Comes gestis scriptis eos ad Anulinum proconsulem, cum multitudine militum, vincos ferro ad Vagam civitatem deducere. Et ecce beata FAUSTA una cum sponso suo FAUSTINO clamantes atque dicentes : Et nos Christiani sumus. Tunc milites tenuerunt eos, & alligaverunt ferro unâ cum sanctis ; recluseruntque in carcere Vagæ civitatis, usquedum audirent de eo in civitate Boeth Anforaria esse. Deduxerunt eos ad eamdem civitatem. Tunc nuntiatur Anulino proconsuli, & jussit eos in ima carceris recludi.

Post dies autem aliquot, jubet praecones per regiones & civitates, ut ad spectaculum sanctorum venirent. Audientes autem universi populi præ timore

pœnatum undique ad spectacula veniebant ; & qui venire solebant , ab Officialibus urgebantur. Die autem quinto Idus Maïas , lucecente quinta feria , jubet Anulinus sibi tribunal præparari. Cumque sedisset , statim jubet sibi sanctos præsentari. quibus dixit : Quid estis , aut quo genere orimini , aut quam colitis religionem ? Sancti Dei dixerunt : Quod sumus audi , vel quo genere orimus agnosce. Religionem colimus cum Patre nostro Mammario , unum Deum , quia nos non possumus tibi loqui ante eum. Anulinus proconsul dixit : De quo dicitis ? Sanctus Mammarius dixit : Ego sum de quo dicunt. Anulinus proconsul dixit : Quot es annorum ? Sanctus Mammarius dixit : Annorum sum circiter nonaginta trium , mensium sex. Anulinus proconsul dixit : Hodie complentur , nisi sacrificaveris. Sanctus Mammarius dixit : Nos omnes Christiani sumus. multam substantiam hujus saeculi derelinquentes , substantiam querimus in cælo. nam genus nostrum ut quid tibi inquirere ? Anulinus proconsul dixit : Cui vos miseri spopondistis sacrificare ? diis nostris ? aut in religione vestra permanere videbimini ? Sanctus Mammarius dixit : DOMINO JESU-CHRISTO SACRIFICAMUS , qui fecit celum & terram , mare & omnia quæ in eis sunt : huic Deo credimus & servimus.

Anulinus proconsul jussit eos equuleo suspendi , & lampades ad latera eorum applicari , & corpora eorum unguibus dissipari , ut vel sic possint ad deorum converti culturam. Cumque haec paterentur , una voce clamabant : Domine Jesu-Christe , miserere nobis in tribulatione , quam pati nos vides & cruciari. quia tuâ operâ sumus fabricati , imaginem & veritatem tuam portamus : sed secundum nostram , talia tormenta patimur , quia numquam bonum egimus in hoc saeculo terreno. Statimque audita est vox eorum ,

&

& equulei comminuti sunt , & lampades extinctæ : manus militum duratae sunt . & sancti Dei sine laesione in medio paruerunt. Anulinus dixit : O maleficiorum articula , ut talia in conspectu meo faciatis. Sanctus Mammarius dixit : Nos non hæc fecimus , sed Dominus noster Jesus-Christus , qui te surplanavit cum patre tuo diabolo & angelis ejus in igne devorationis , ubi est fletus & stridor dentium. Anulinus proconsul dixit : Ergo nobis est ista pœna præparata ? Sanctus Mammarius respondit : Vobis & qui idolis sacrificant. Anulinus proconsul dixit : Jubeo sceleratos capitis cute excoriari , & super plagas eorum cassides reponi , & dentes eorum evellere. Cumque jussa Præsidis implerentur , sancti Dei cum gemitu & dolore exclamabant , dicentes : Intende Domine vulnera nostra , quia male torquemur in pœnis his.

ACTA
MAMMA-
RII.

Anulinus verò proconsul jubet eos in carcere recludi , & eis tormenta in quo deficerent præparari. Cumque recluderentur in ima carceris ; Angelus Dei visitavit eos , & ubi erant tenebrae , facta est lux immensa : & ubi odor miserrimus , odor suavitatis inventus est. Et psallebant Domino dicentes : Deus laudem nostram ne tacueris , quoniam os peccatoris & dolosi super nos apertum est , & debellaverunt nos gratis , pro eo ut nos diligenter detrahebant nobis. Tu Domine spes nostra , ne confundas nos , quia in te speravimus. Tu es adjutor noster & refugium nostrum , miserere nobis Deus in die necessitatis. Post dies autem multos , jussit Anulinus proconsul tribunal iterum præparari , & sanctos Dei educere de carcere. Cumque adducerentur , dixit ad eos : Quid circa vos cogitastis , ut salutem à me recipiatis , & indulgentiam Imperatorum ? Sancti Dei dixerunt : Indulgentiam nos petimus à Domino , ut accipiamus in futuro vitam æternam. Anulinus proconsul dixit :

Vet. Analyt. Tim. IV.

G

ACTA
MAMMA-
RII.

Videtis qualia vobis tormenta præparantur, in quibus male deficiatis? Sancti Dei dixerunt: Fac quod nobis præparasti, noli nos verbis intimidare. Anulinus proconsul dixit: Quanti es? Sancti Dei dixerunt: Sedecim sumus in uno collecti, Dominum nostrum Iesum-Christum colentes. Anulinus proconsul dixit: Ergo mori magis cupitis, quam vivere? Sanctus Mammarius respondit: Si vitam non exquireremus à Deo, non ei essemus consecrati.

Anulinus proconsul dixit: Jubeo sceleratos istos in ima carceris iterum recludi, donec iterum nova eis tormenta præparentur. Et jussit thermas septies succendi quam solebant. Cumque jussa impletentur, jussit eos de carcere educi, quibus ait: Cupitis vivere, aut non vultis? Responderunt: Si mori non cuperemus, olim tibi adquiesceremus, & non corpus nostrum dilaniates tormentis. Tunc Anulinus proconsul jussit eos ad thermas educi, ut ibidem igni cremarentur. Georgius autem & Menas Priors Officiorum, dum aperirent vas thermarum, igni exstiente spiritum emiserunt. Et Sancti Dei cum triumpho ingressi psallebant in medio ignis. Anulinus autem fremens in eos jussit obcludi, ut ab igne consumerentur. Cumque hoc factum esset, Sancti Dei evaserunt ab igne, per triduum psallentes. Cum autem audiret Anulinus eos psallentes, jubet eos iterum sibi præsentari. Milites autem qui venerant invenerunt eos orantes, & lumen magnum circumfulserat illos; & ubi erat candor, factum est magnum refrigerium. Et milites videntes mirabilia quæ facta sunt, & ipsi crediderunt.

Audiens autem Anulinus quod hi essent seducti, direxit alios, & jussit Sanctos adduci. Cumque ad ducti fuissent, sedente eo pro tribunal, dixit ad eos: Quod articulum scitis maleficiorum, ut hos seducetis? Sancti dixerunt: Nos malefici non sumus, tu

potius seductor malorum es. Audiens autem Anulinus, ira repletus jussit eos in craticula afflari. Cum ergo hoc actum esset, Sancti una voce responderunt: *Gratias tibi agimus Domine Jesu Christe, quia in nobis impletum est, quod in libro Psalmorum scriptum est: Transivimus per ignem & aquam, & i-duxisti nos in refrigerium.* Mortuus autem quidam uicebatur per plateam, & jussit Anulinus ut corpus ad se adducerent. Et dixit ad Sanctos: Si verum Dei Filium confiditis, quem vos dicitis magnum esse, in nomine ipsius mortuum resuscitate. Sancti Dei dixerunt: Ipse Dominus dixit, Petite & accipietis, quae-rite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Et nos petimus & oramus, & quocumque voluerimus statim exaudiens servos suos. Anulinus proconsul dixit: Quid verbis mecum loquimini? manifestate mihi, & probabo sermones vestros. Tunc Sancti genua flecentes, orationem faciebant dicentes: Domine Jesu Christe exaudi nos orantes, ut in tuo nomine adolescens resurgat, & videant omnes & mirentur, quia tu es Deus solus permanens in saecula saeculorum. Et completa oratione omnes dixerunt, Amen. Et statim commotus est locus, & mortuus surrexit. Et dixit ad Sanctos: Orate pro me, quia magnus est Deus Christianorum, & non despicit querentes se.

Tunc Anulinus haec audiens dicit: O malorum articula, quis vos docuit ut tanta faciatis? Dii nostri nihil vobis possunt nocere. Sancti dixerunt: Dii vestri lapidei manu hominum sunt facti, unde & cum eis peribitis in aeterno igne sine fine. Haec cum dicerent Sancti, diabolus in aere clamabat: O, inquit, Sancti, per vos hinc ejicior de hac civitate; & contra eos qui Christo credunt prevalere non possum. Anulinus autem in ipso momento turbationis diaboli expiravit, & corpus ejus a volucribus comedutum est.

Tunc assessor ejus jussit Sanctos in carcerem trudi, & Imperatoribus gesta eorum intimavit, eo quod essent Christiani, & religionem eorum nonolerent. Audiens hæc Maximianus, jussit Maximum ordinari in eodem loco. Sedente autem eo pro tribunal loco *Boseth* civitatis, jussit Sanctos sibi præsentari dicens: Quid cogitatis? cupitis vivere juxta Imperatorum præcepta, ut indulgentiam habeatis? Ecce mors & vita præparata sunt vobis. quod vultis eligite. Sancti dixerunt: Fac quod tibi præceptum est: nos tamen nullo modo seducere potes. Maximus præses dixit: Videte quantum vos patior, & in quantis sustineo, & inludere me non potestis. Sancti responderunt: Fac quod tibi videtur in nobis. Noli adversus servos Dei dubitare. Tunc Præses jussit eos tundi, & nervis crudis cœdi, quoisque viscera eorum effunderentur. Et cum hoc factum esset, nihil eos potuit nocere. Et jussit eos in carcerem recludi. Sancti verò cum recluderentur, orabant dicentes: Ad auxilium nostrum tu intende Domine, ut liberes nos de his tormentis.

Post aliquantos autem dies, jussit Præses sibi tribunal præparari, & Martyres Dei suis conspectibus præsentari. quibus ita dixit: Quid cogitastis apud vos? Sancti verò una voce responderunt: Multa demonia in te apparent. Nam nullo modo nos seducere poteris. Per nos enim Deus benedicitur; per te autem & ministros tuos diabolus colitur. Maximus dixit: Jam enim sacrificare diis nostris, & nolite Deum vestrum nominare, sed deos nostros. Sancti dixerunt: Numquam tibi sit bene, qui putas nos posse immutari à cultura Christi. Maximus præses dixit: Nescitis quia tormenta pejora vobis præparantur, in quibus deficiatis? Sancti responderunt: Noli nos verbis illudere. Præpara quod vis, parati sumus magis sustinere penas, quam sacrificare idolis

tuis. Maximus autem jubet digitos abscidi à corpore eorum, & maxillas contundi lapide. Illi autem orantes una voce dicebant: Gratias tibi agimus Domine Iesu-Christe, qui nos latificare dignatus es, ut portemus supplicia inimici.

Maximus praeses dixit: Quare non estis sensati de animabus vestris ut non cruciemini? Sancti dixerunt: Nos non cruciamur, sed corpus nostrum, quia scriptum est: *Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.* Ipse est qui mortificat & vivificat Deus noster. Praeses dixit: Quid prosum vobis verba? sacrificare diis. Sancti dixerunt: Uni & vero Deo sacrificamus, qui te, impie & scelerate & omnis malitia princeps, perdet. quid nos dæmoniis cogis sacrificare? Praeses autem jussit in carcerem recludi, & aculeos in pedibus eorum infigi, quoisque eis tormenta præpararet.

Postera autem die jussit eos sibi applicari, quibus & dixit: O auctores maleficiorum, sufficere enim jam vobis debet tantam facere nequitiam. Sancti Dei dixerunt: Nos iniquitatis auctores non sumus, unum habemus Deum & Filium ejus Iesum-Christum natum de Spiritu-sancto. nam vos dæmones colitis, & principem dæmoniorum: Principem vero vestrum despicitis, qui vobis spiritum & animam plasmavit, & potestatem honoris dedit, & adhuc eum blasphematis. Praeses dixit: Ergo Deus vester ista omnia fecit quæ dicitis? Sancti dixerunt: Non intelligis, inimice, quia Deus cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt fundavit, & terminum eis posuit? nam dæmonia quæ colitis, nec cælum, nec terram fundaverunt, aut mortuum suscitaverunt, aut cæcum illuminaverunt, aut abyssum plasmaverunt, aut stellas firmaverunt. Quod enim colitis, sunt lapi-

des & figmenta à manibus hominum fabricata. Præses dixit : Nolite jam multum delirare , quia non proderunt vobis verba illa. Sancti dixerunt : In isto sæculo non prosunt , in futuro autem proderunt nobis ad vitam æternam. Præses dixit : Si non sacrificaveritis , morte moriemini. Sancti verò dixerunt : Non est mors , sed vita æterna & corona perpetua , ad quam desideramus nos omnes venire.

Tunc Præses jussit eos equuleo suspendi , & exungulari & super plagas eorum sal & calceum & acetum superaddici , ut in pœnis deficerent , & per eos metum haberent alii , & nomen Christi non colerent , sed præceptis Imperatorum obedirent. Cumque hæc Sancti paterentur , & eis omnia supplicia applicarent , una voce exclamaverunt dicentes : Domine Jesu-Chrïste Fili Dei vivi , exaudi nos orantes in oratione quam expetimus à te , & da nobis fortitudinem contra tyrannicam & diabolicalm potestatem : quia tu es misericors , & exaudi nos in tribulatione quam patimur ab impio isto scelerato , quia non agnoscit nomen tuum , Rex regum & Dominus dominorum! Tu es in cælo sursum , & in terra deorsum. Tunc jussit eos deponi & dixit : Jam isti incipiunt sentire tormenta , quæramus & alia in quibus plus deficiant. Sancti Dei inquiunt : Petinus à Domino ut numquam deficiamus , sed fortes in pœnis , quas nobis præparas esse valeamus. Maximus præses fremens dixit : Si istos non perdidero ex hac urbe , multos separabunt à sacrificio deorum nostrorum. Et cum hoc dixisset , jussit ex tabella recitari sententiam , dicens : Qui Imperatorum præcepta contemserunt , gladio animas eorum interfici placet. Sancti dixerunt : Deo gratias , quia hodie in cælis coronamur. Tunc Sancti ducti foris civitatem *Boseth Amphoriaria* , ad milliarium semis ; in media enim segete cecidit

beatus Mammarius , & ibi eadem hora decollatus est Tunc FELIX diaconus, FAUSTINUS, ALBINUS, MAMMA-
VIVUS, DONATUS, LIBOSUS, ZIDDINUS,
VICTORIANUS diaconus, LAURENTIUS, FAU-
TINUS, FAUSTINA, CRISPIN a decollati sunt
in loco montuoso, hora sexta, III Id. Junias. Tunc
MAXIMILLA senatrix & LUCIANUS presby-
ter occulte sepelierunt eos , una cum Mammario
beato in pace , in cimiterio uno , benedicentes Do-
minus , cui est honor & imperium in sœcula sœcu-
lorum, amen.

ACTA
MAMMA-
RII.

A D N O T A T I O N E S .

Illustris fuit in primis Africana Ecclesia, tum pref-
tantium Episcoporum religione, doctrina & sancti-
tate : tum eximiorum Martyrum constantia , & nume-
ro pane infinito. Verum exiderunt , magno sanè de-
trimento , acta plurimorum Martyrum , qui in eadem
provincia passi sunt : propterea quod nulla provincia ,
inquit Baronius ad annum 302 , adeo externorum in-
cursionibus , perinde atque Africa , patuit. Hinc est
quod non solum alta , sed etiam nomina ipsa multorum
ejusdem Ecclesie Martyrum in tabulis ecclesiasticis
desiderentur : quos inter censendus est Mammarius ,
cujus ne nomen quidem haecennis scriptoribus ecclae-
siasticis notum fuit. Hanc vero notitiam nobis sup-
peditavit codex bona nota ex bibliotheca sancti Galli ,
quo ex codice hac Acta rogatu nostro descripsit Her-
mannus Bibliothecarius , vir si quis alias , ad ejusmo-
di bona officia natus. Mammarius ejusque socii , ab
Anulino Proconsule interrogari coeperunt die quinto
Idus Maias , lucecente feria quinta. ac proinde eam
anno , quo littera Dominicalis A currebat ; fortasse
anno CCC IV. Anulinus Proconsul nouissimus ex Opere
Millevitano , Augustino , & ex altis sancte Crispin-

G iiiij

na, Martyrum Alutinensium, & aliorum. Optatus Milevitanus in lib. 3 scribit, judicem contra Christianos in Ronconsulari ante annos LX & quod excurrit Anulinum fuisse, in Numidia Florum. Haud scio an probatur sint viri docti, quod de Anulini mortis generis narratur. Vvaga, Lambesa, Tamugada, Boseth, quæ Anforaria seu Anforiaria his in actis semel & iterum appellatur, urbes erant in Africa episcopales. In Collectione Carthaginensi Palatinus Episcopus Bostensis in cap. 126, & in cap. 202 Felix Episcopus Voletanus laudatur. Boscumeruditis quidam in Proconsulari locant. Episcopi Lambesa, Vaga, Tamugade interfuerunt Synodo Carthaginensi sub Cypriano. quæ Synodus ex Episcopis Africae propriè dicta, id est Proconsularis, Numidia, & Mauritania conflata erat. Bagain à Vaga diversam esse constat.

Quærat forsitan aliquis, an Mammarius Episcopus fuerit, qui *Papa* his in actis appellatur. Deinde an probandum sit, quod Christianos occultos Proconsuli Martyres nostri prodiderint: cum Cyprianus magnus id nefas esse judici suo responderit. Tertio an genuina Martyrum nostrorum verba sint, *Domino Iesu-Christo sacrificamus*, quæ verba fidem de Christi divinitate ante Arrii hæresim probant.

Ad primum, non videtur Episcopus fuisse Mammarius, quem titulum passionis scriptor haud omis-
sus fuisset. *Papa* seu *Papatis* nomen tribuitur qui-
dem Cypriano in ipsius actis: sed ad significandam
Patris ac Doctoris, non Episcopi (ut quidem existi-
mo) dignitatem. Certè in actis sanctorum Juliani
& Basilissæ antiquissimis Antonius Presbyter hoc no-
mine afficitur, sic enim ad eum Præses: *Tu es Antonius,*
quem Papam sum isti testantur? Constat ergo te hujus
magice artis esse auctorem. Beatus Antonius Presbyter
respondit, &c. *Papatem* habet vetustissimum lectio-
narium Luxoviense, non *Papam*, ut apud Bollan-

dum. quæ prior lectio etiam actis Cypriani adhibenda videtur.

Jam verò quod Mammarii socii Christianos pro-diderint contra factum Cypriani; id oritur ex diver-so agendi modo Confessorum: quorum alii id sibi interdictum credebant, ne delatoris culpam incur-rent: alii id licere arbitrabantur ex zelo profiten-dæ religionis. Quemadmodum alii se ipsi judicibus offerebant. cum Cyprianus ipse in suis actis dicat, *disciplinā prohiberi, ut quis se ultro offerat.* Et Mam-marius quidem nolbat Christianos indicare: sed socii ejus id præstiterunt.

Denique verba illa, quibus Martyres nostri se Christo sacrificare profitentur, genuina esse probant similia verba sanctæ Crispinæ in superiori tomo. Favet Pontius in Cypriani vita, ubi eum *Christi & Dei Pontificem* vocat Pontificis verò est, teste Apostolo, offerre sacrificium, quod uni Deo de-betur.

I N C I P I T P A S S I O

B E N E D I C T I M A R T Y R I S M A R C U L I

III * Kal. Decembris.

Quoniam multorum Martyrum passiones & glo-
riæ in sublimem memoriam eximio olim sermo-ne digestæ ad magnam utilitatem proficiunt popu-lorum, dum ad incentiu[m] virtutis & laudis Eccle-sia semper auribus recitantur; idcirco me quoque & honor Martyris tanti, & communis omnium de-votionis profectus accendit, ut passionem M A R-C U L I glorioſi, sacerdotali etiam honore fulgentein*, Traditorum nuper scelere consummatam, indigna-licet, sed plena amoris oratione decurrerem. Justum enim ac fatis dignum est, ut antiquorum testium

* al.
die VIII
Kal.

* al. ful-
gentis.

laudibus recentium quoque martyrum virtus ad juncta glutinetur. Sicut enim illos gentilis sævitia diabolo parens destinavit ad regnum; sic & hos Traditorum rabies antichristo serviens misit ad cælum. Et quia prætermittendus non est superioris vitæ memorabilis cursus; de virtutibus Marculi gloriosis, et si propter multitudinem nequeunt omnia, propter testimonium tamen vel pauca dicenda sunt.

Ille namque olim præelectus & prædestinatus à Domino, mox ubi primum beatæ Fidei rudimenta suscepit, statim mundanas litteras respuens, forense exercitium & falsam sœcularis scientiæ dignitatem suspensa ad cælum mente calcavit, & à calumniosis tribunalium sœptis ad sanctissimam Ecclesiæ transiens scholam, dum verum magistrum elegit Christum, sic inter principales Christi discipulos meruit honoriari. Quæ vero in illo fuerit probitas conscientiæ, quæ inlustrium morum innata verecundia, quæ gratia spiritalis in vultu; non arbitror diu multumque laborandum, cum superiorem ejus vitam illa res probet, quod meruit sacerdotium. Sacerdotium vero qualiter gesserit inde fit clarum, cui pro præmio Dominus dignatus est præstare martyrium.

Igitur dum in his officiis cælestium præceptorum laudabiliter conversatur, dum summus Pontifex constitutus cum ceteris sanctis bono & sacerdotio suo fruitur; ecce subito de C O N S T A N T I S Regis tyrranica domo & de palatii ejus arce pollutum Macarianæ persecutionis murmur increpuit: & duabus bestiis ad Africam missis, eodem scilicet MACARIO & PAULO, execrandum prorsus ac dirum Ecclesiæ certamen indictum est; ut populus Christianus ad unionem cum Traditoribus faciendam nudatis militum gladiis, & draconum præsentibus signis, & tubarum vocibus cogeretur. Sed Macarius qui ex his duabus bestiis tætrior fuit, cum hoc negotium sanguinis in

reliquis provinciis per subtilitatem diu attentasset, in Numidia tamen, & erga Marculum gloriosum aperta crudelitatis barbaræ & inauditæ feritatis indicia publicavit. Nam cùm ad eum antiquissimorum patrum sanctissimus chorus, & adunatum concilium sacerdotum decem è numero suo probatos Episcopos legationis causa misisset, qui eum salutaribus monitis aut à tanto scelere revocarent, aut certe (quod contigit) priores ipsi ad devotissimi certaminis campum & ad fidei aciem profilirent; sic divinitus gubernata est nobilium cura pastorum, ut quæcumque illa erat crudelitas quæ ovibus impendebat, ante ipsorum membra laniaret.

A C T A
M A R C U L I.

Inter hos igitur & sanctissimus Marculus venit: qui cùm eum in quadam possessione reperissent, cui Vægesselæ nomen est, statim hac ejus qui sacrilegæ unitati præterat humanitate suscepit sunt, ut ad columnas singulas vincti, nudatis publicè sacerdotalibus membris, acerbis funium iictibus cæderentur. Hic jam constantiam Marculi glorioli quis enarrare sufficiat? quis eloquentiæ viribus explicare prævaleat, aut inauditam persecutoris insaniam, aut Christi Domini circa martyrem suum præsentem stupendamque tutelam? Inde enim contra eum acriori fævitia immritis feritas concitata est, quòd & dia-bolum futuri jam martyris invidia stimularet, & Spiritum-sanctum præcursoris antichristi nequitia non lateret. Qui cùm animum divina constantia robatur sustinere non posset, fragilitati corporis certamen doloris indixit. Circumdat igitur Christi fortissimum bellatorem cruenta latronum manus, & barbaræ militum classes in carnifices repente mutatæ. Cumque eum ad columnam duris nexibus conarentur adstringere; promtè ille continuo occasionem tantam ostendandæ Dei virtutis adripuit, nam in columnam ipsam ita ultro vinculis brachiorum

A C T A
M A R C U L I.

& digitorum nodis instrinxit, ut eum inde nulla valeret pœna divellere, nulla posset crudelitas separare. Quo factō intelligere potuit persecutor, Dei servum pro ejus nomine exoptare potius quam timere tormenta; nec dolorem corporis posse sentire quorum Spiritus complectitur Christum, & spes jam possidet regnum.

Sæviebat itaque contra unum multiplex carnificum numerus, & sacratos confitentis artus dura fustium pœna laniabat, ac reciprocante tormento, in quantum supplicii iactus infligebat a tergo, in tantum peccatus columnæ duritia retundebat. Pulsabat corpus ex omni parte crudelitas, nec quicquam, nisi Dei laudem, inlustris lingua profercbat. Anhelabat rabies: jam lassitudine tortorum, & perseverantia patientis feritas vieta languebat. Tale denique illic tunc miraculum Christus Martyris sui membris indutus ostendit, ut ad eum non solum dolorem adire non sinearet; verum etiam ab ejus corpore universas saevitiae notas atque omnia carnificinæ signa tergeret. Quo prælio vietus ac subactus inimicus, nulla jam pœnarum crudelitate * contentus, atrocissime, quantum sibi videbatur, sententiæ, & passioni eum manifestissimæ destinant. Tunc eum secum per alias Numidiæ civitates quasi quoddam crudelitatis suæ spectaculum dicens, nesciens feritas & gentilibus * stuporem, & Christi hostibus confusionem, & fidelibus Dei servis incentivum glorioſi certaminis exhibebat.

At vero postquam exquisitum atque truculentum genus mortis invenit, statim eum secum ad castellum Novæ-petræ quod ardui montis præcipitio & nomine & vicinitate conjunctum est, sub artillima militum profectione perduxit. Quo in loco tantam martyri suo Dominus lætitiam præstitit, tantum gaudium de vicina passione concessit; ut quatriodium

* al. car.
nificii.

* al. gen-
tibus.

illud , quod illic à corona impendente dilatus est , jam non inter ætumnas sæcularium pressurarum , sed inter triumphos regnorum cælestium debeat numerari . Quantum enim exsultare poterat , qui post labiosam peregrinationem carnis & mundi ad videndum Deum & Christum completo itinere festinabat , qui proficisciens ad Angelorum consorium , Sanctorum quoque complexum pæne jam Paradisi limen intrabat ?

Erat illi assidua ac jugis oratio , erat continua de devotione meditatio ; habebat in sermone Evangelium , in cogitatione * Martyrium ; & tam voce quam sensu divinis virtutibus deditus , hoc proferebat ore quod inclusum gestabat in pectore . Adhuc etiam spiritalem justitiam sitiens , & promerendo Deo totus inserviens , ultimum quatridui illius diem jejunio terminavit , scilicet ut inlucescente Dominico , in quo erat & ipsius passio consummanda , ad offerendum geminum sacrificium acceptior Deo fieret devota anima Sacerdotis : ut summus Pontifex non solum ab inlecebris sæculi , verum etiam à cibis ejus alienus , ad imponendas Christi altaribus hostias tam putus accederet , ut fieri pro Christo hostia ipse mereretur . Denique tantum apud Dominum illo jejuhio potuit , tantum purificatione illa Christi in se præsentiam provocavit ; ut ei revelatione cælesti ante passionem suam præmium fuerit passionis ostensum . Nam ubi majora noctis spatia exacta sunt , & vicinum luci tempus advenit , cuius oportunitas inde semper orationibus atque omnibus divinis rebus accepta est , quod jam & nascenti adscribitur diei , tamen adhuc humana opera & negotia conquiescunt . In hoc igitur tempore ad celebranda Sacra menta Sacerdos exsurgens , non tam à somno expergefactus , quam ad orandum Deum gaudio recentis visionis incensus , prius tamen quam ad ipsa

* al. con-
tradiccio-
ne.

mysteria veniretur , quid ei divinitus esset ostensum, in gaudium præsentium fratum fideli sermone patefecit. Videbam , inquit , tria hæc mihi munera de æternis thesauris Domini largientis oblata , ex nitidissimo argento poculum factum , & coronam auro rutilo refulgentem , & sublimissimam palmam , quæ plena lætitia antecedentium numerum triumphorum expleat. Magnam, fratres, Martyri suo Dominus imminentis gloriæ fiduciam præstítit , magnam veritatem futuræ circa ipsum suæ dignationis expressit. Neque enim aliquid est quod obscurum , aut ambiguum in hac revelatione videatur , in qua accepit calicem , quem fuerat in passione bibiturus ; in qua sumit coronam , quæ ei peracto martyrio debebatur ; in qua meruit & palmam , per quam victoriam sperans , esset jam de congreßione securus.

Post hæc peractis ex more sollemnibus , dum adhuc aliqua noctis momenta supereressent , subito cum Macarii feralibus jussis per vigilis nequitæ nuntius supervenit , qui crudelissimæ mortis manifestam sententiam gestans , & innumeras Martyris glorias , & execrandum persecutorum facinus consummaret. Qui cùm clausas adhuc fores custodum cura referasset , agnovissetque quid ejus tam immaturus pertulisset adventus , continuò in planetum eorum corda conversa sunt. O quanta fuit illius viri gratia , quām generalis circa ipsum amor omnium , quām communne desiderium , ut in passione ejus ad pias lacrymas etiam custodum immanitas & militaris duritia flecteretur. In quo quidem fletu ac perturbatione cunctorum solus ipse perseverabat intrepidus , qui consummationis suæ horam adpropinquasse gaudebat. Neque enim vel conturbatus poterat esse vel tristis , quem gaudentem fides , & pacatum fecerat divina revelatio.

Illic tunc unus ex ipsorum militum numero tæter-

rimus carnifex , & qui timentibus ceteris ad perficiendam illustris viri mortem solus esset à diabolo præparatus , factum suum sermone præcurrens , enarrare martyrium audientibus cunctis * cœpit , cuiusmodi somnium etiam ipse vidisset. Cum nocturna , inquit ; quiete detinerer , videbam subito apparuisse te mihi durissimis veluti nexibus vincatum , ac gravibus omnino vinculis oneratum , atque eadem postmodum vincula mea manu esse resoluta . propter quod spera veniam & indulgentiam securitam . Non incongrua igitur visione absurdum somnium quod carnifex vidit , nec sine causa utique quod viderat retulit , Caiphæ scilicet sacrilegi securitus exemplum ; ut qui ipse imperfecturus fuerat Dominum , ipse de ejus passione prophetaret . Nam alligatum rectè viderat martyrem eum , qui adhuc in habitatione corporea constitutus , & gemino carcere mundi & carnis inclusus , temporalis vitæ angustiis stringebatur . Ille enim corporis vinculum , ille mundi carcerem sentit , qui ejus temptationibus agitatur . Resolutum quoque à se esse non inrationabiliter somniaverat , cuius crudelibus manibus oportebat eum interventu mortis à corpore separari ; qui ei post gravissimos nexus saecularium pressuratum ad regnum cælestium libertatem iter fuerat in passione facturus . Magnis enim nos vinculis relaxari , cum liberati de hoc mundo ad Dominum properamus , Apostolus probat dicens : Dissolvi & cum Christo esse multo melius est . Quod simili ratione etiam Symeon ille justissimus demonstravit , qui securitate vicinæ mortis accensus , evasurum se vitæ hujus molestias lætabatur . Nunc dimittis , inquit , Domine servum tuum in pace , quoniam viderunt oculi mei salutare tuum . Qui numquam utique dimittendum se cum omni gaudio testaretur , nisi qui conditione corporis , quasi quibusdam vinculis tenebatur .

* al. omnibus.

Nulla denique mora , nullum spatum temporis intercessit , quin statim crudelissimus carnifex antelucano latrocinio adgredetur implere quod viderat . Nam continuo infelix usurpator , ut productus de custodia Dei testis , ad præruptam naturalis petræ celsitudinem atque asperrimæ rupis præcipitum duceretur . Hoc enim immittissimum genus mortis elegerat & cruentus ac barbarus profanæ unitatis exactor , & detestanda omnibus sæculis sævitia Traditorum . Egrediebatur itaque de domo Marcus gloriatus , custodum excubitis ac militum classe circumdatus , atque ab ipsis persequentibus honoratus . Egrediebatur constantiâ Christiani vigoris erectus , hospitia jam humana relinquens , & ad mansiones properans Angelorum . Egrediebatur vultu latus , festinus incessu , non tam præsentem pœnam , quam futuram cogitans gloriam . Iter quoque ipsum quo ad supplicium ducebatur , tale illi fuerat procuratum , ut exstructis undique versum terræ molibus , ac paulatim in altum aggeribus elevatis , ad passionis suæ insigne fastigium perveniret , ipsa montis famulante natura : ut primò humilia collis juga , dehinc arduos vertices calcans , velut per gradus quosdam in sublime concendens , etiam cum ipso corpore celo ac sideribus propinquaret : ut adhuc in mundo positus esset celsior mundo ; & quicquid pretiosum , quicquid electum videtur in sæculo , sub plantis suis jace-re gauderet . Mox ubi verò ad ipsum Petræ culmen accessum est , inde universi milites partim metu , partim dolore secedentes , tam inaudito facinori eti- coiscentiâ intererant , vel opere interesse nolue-runt .

Tunc immanissimus carnifex , qui dupli crudelitate , & præcipitio armatus & ferro , geminam mortem gestabat in manibus , crudeli dextera in præceps impulit martyrem , & eum in terrum chaoz demersisse credidit ,

credidit, cui cælorum sublimitas debebatur. Sed enim sacrosanctum corpus terræ soliditate subducta à celsitudine alma descendens, per vacua liquidi aëris spatia ferebatur, neque quicquam offensionis in illa inanitate reperiens, velocitatem sui cursus ipso impetu duplicabat. Qua perniciitate itineris spatia* vertigo nutrita est inter commoti aëris concitos strepitus tanta divinitus moderatio procurata est, ut immunia cunctis asperitatibus membra supra ipsam saxorum duritiam, velut super mollissimos thoros ac sinus placidissimos ponerentur. Tunc viætrix anima naturali cursu velocius cælum petit, quam descenderat corpus ad terram; ut scilicet passione perfecta utraque substantia antiquissimis originis suæ principiis redderetur omnipotentis Dei manibus, circa totum martyrem suum clementer operantibus: qui & spiritum ejus adjuvantibus Angelis ad æternas sedes jussit imponi, & corpus intactum auris blandientibus cinctum, à famulantibus ventis leniter subportatum, in media petrarum crepidine collocari.

Confusa sunt igitur virtutibus Christi persecutorum exquisita ingenia, & Traditorum iniqua consilia, quia ad hoc tale supplicium cogitaverant, ne umquam in testimonium eorum à populis Dei memoria Martyris posset honorari. Putaverant enim in illo præcipito corpus per frusta discerpi, & acutis cautibus laniari, ut cui ademerant vitam, nec sepultura superellet. Putaverant nihil pervenire usque ad terram posse, quod collectum pia fraternitas sepeliret. Cum per illa montis ardui confragosa singula rupes singula sibi membra tenuissent, vel certe cum semel integrum corpus inter fissuras petrarum aut rimosas latebras scopulorum hiatu aliquo fuisset absorptum: ecce consecratis artibus dura saxa & rupes asperæ pepercerunt; & quem Traditores occidere non timuerunt, montes lâdere timuerunt. Exceptis enim

Vet. Analect. Tom. IV.

H

ipfis, Creatorem suum omnis creatura veneratur; nec in hac causa ad promerendum Deum deesse poterat montibus sensus, quibus ad ejus laudem etiam vocem Scriptura concessit.

Interea Marculum gloriosum beatam certaminis sui perfecisse victoriam intra solas militum conscientias celabatur. Ita enim nocturno silentio furtivum consummaverant scelus, ut nec vel in castello, in quo fuerat adservatus, tam de extraneis quam de fratribus sciri potuisset, nisi rem gestam divinx virtutes & cælestia signa prodidissent. Nam ubi primum diei albescens ingressus pallorem globi noctis infudit, & discolem cæli faciem tenebratum ac lucis discordia variavit, continuò sub ejusdem montis gremio splendida nubes apparuit, quæ interdum fulgure promicante conscientiam se de martyris corpore blando lumine testabatur. Neque enim illa matutinis toribus grava fuso tegmine vividos * obumbraverat colles: sed candido vellere tota præfulgens sic membra felicia contegebat, ut cæstibis paullisper humanis officiis amictum quodammodo sepulturæ ipsa interim exhibere videretur; quæ ad hoc interdum tumulo fine dississa, per fluxuosos hiatus corusco igne vibrabat, ut aut tantæ passionis ignaros stupendis magnalibus admoneret, aut quia adhuc erat aliqua de vicinitate noctis obscuritas, inventi corporis viam devotè quærentibus demonstraret.

* al. ardor. His igitur admirabilibus Dei admonitus fraternitatis fervor* exarsit, totusque ille subito locus exultanti clamore completus est, ac religioso discursu vota invicem communia nuntiaverunt. Tunc derelictis domibus raptim omnis sexus atque ætas egressa ad montem pariter ac nubes desiderio martyris convolabat: nec ullam illic animam poterat aut senectutis debilitas, aut pueritiae infirmitas, aut sexus

fragilitas retardare. Omnes enim unius fidei ardor accenderat. Cum verò ad illa loca quæ præcipitio subjacebant, festinans turba venisset; quos congregatos fecerat intentio, una currendi mox per totum montem quærendi corporis cura dispersit. Erat illic cernere divisa per singulos officia pietatis. Alii enim condensos duris stirpibus fentes manu celeri pertractabant, alii tortuosis petrarum dehiscentium foveis testes oculos inserebant: alii, ne forte festinatio esset inlusa, sollicitis luminibus etiam quæ jam respexerant saxa lustrabant. Postremo, quia & hoc sine Domino esse non poterat, desideratum ab omnibus locum quæ ad hoc missa fuerant fulgura prodiderunt, & exoptatum fratribus corpus index nubis candor ostendit. Qui tunc illic fuit omnium mixtus cum gaudiis fletus, qui circa inlustria membra complexus? Vix denique à cunctis satietate percepta, suprema ingenti obsequia fratum latitia celebrata sunt, & religiosus* sepulturae honor cum triumphis maximis restitutus est. Totum enim in gloriam nominis sui repræsentaverat Dominus, quidquid fraudare temptaverat inimicus. O memorabile beati Marculi atque insigne martyrium! ô ad petendum devotis omnibus inconcussæ virtutis exemplum! ô necessarium universis ecclesiasticis gradibus documentum, quo ejus laudabilis vita meritum pervenit ad palmam, in primordiis fidei renuncians mundo, in tirocinis dignam se exhibens Sacerdotio, in Sacerdotio munera honorata martyrii, in martyrio divinarum virtutum testimonium. *Explicit.*

* al. glo-
riosus.

A D N O T A T I O N E S.

UT suos Ecclesia Catholica Martyres, sic Donatista & suos se habere gloriabantur. Hos inter insigniores fuerunt Donatus Bagajensis Episcopus,

H ij

& *Marculus Presbyter*, quem à *Macarianis seu Traitoribus* (sic illi *Catholieos appellabant*) ex abrupti montis supercilio altum in præcepis , necatumque iactabant . Res ita se habet . *Constans Imperator* super deploratissimo Africana ecclesia statu à *Grato Carthaginensi Episcopo pulsatus*, *Paulum & Macarium* primus non ad faciendam unitatem misit , teste *Optato Milevitano* in lib. 3 , sed cum eleemosynis , quibus sublevata per ecclesias singulas posset respirare , vestiri , pasci , gaudere paupertas . *Hi duo dum munere suo egregie fungerentur* , & pauperes ubique dispungерent , & ad unitatem singulos hortarentur : restiterè in primis *Donati* duo , alter *Carthaginensis* , *Bagaiensis* alter , *Donatistarum factionis Antifitites* . Et ille quidem ipsi Imperatori contumelias ingessit : hic Agonisticos (quos vocabat) seu Circumcelliones adversus *Paulum & Macarium armavit*. Legatis vero à *Taurino Comite militem armatum* , qui eorum furorem comprimeret , impestrarunt . Occisi plurimi , detruncati multi , quos pro *Martyribus Donatista* habuerunt . Ex his unus est *Marculus* , de quo *Dativus Episcopus Novapetrensis Donatista* in *Collectione Carthaginensi* , cap. 188. Adversarium non habeo , inquit , quia illic est dominus *Marculus* , cuius sanguinem Deus exigit in die judicii .

*Catholici apud Augustinam sub finem tractatus ii in Johannem negant Marculum à se præcipitatum : Sed se ipsum præcipitem egisse dicunt. Proferunt Donatista nobis nescio quos in persecutione suos Martyres. Ecce *Marculus de petra præcipitatus* est : ecce *Donatus Bagaiensis* in puteum missus est. Quando potestates Romanæ talia supplicia decreverunt , ut præcipitarentur homines ? Quid autem respondent nostri ? Quid gestum sit nescio. Tamen quid tradunt nostri ? Quia ipsi se præcipitaverunt , & potestates infamaverunt ... Sed illi qui se mortuos coli volue-*

runt, famosiorem mortem non invenerunt. Optatus in lib. 3 id ipsum significare videtur his verbis. Sic invenit Donatus Bagaiensis unde contra Macarium furiosam conduceret turbam : ex ipso genere fuerunt qui sibi percussores sub cupiditate falsi martyrii in suam perniciem conducebant. Inde etiam illi , qui ex altorum montium cacuminibus viles animas projectantes , se præcipites dabant. quibus verbis Marculum indicare videtur Optatus. Autamen in consequentibus idem auctor non inficiatur , Marculum & Donatum à militibus Macarianis occisos. Invitus cogor hoc loco etiam illorum , quorum nolo , hominum facere mentionem , quos vos inter Martyres ponitis : per quos ; tamquam per unicam religionem , vestræ communionis homines jurant. quos quidem vellem silentio præterire , sed ratio veritatis se sileri non patitur. Et ex ipsis nominibus contra unitatem inconsideratè latrat invidia , & aspernantes aliqui accusandam aut fugiendam estimant unitatem , quod Marculus & Donatus dicantur occisi & mortui. Quasi omnino in vindictam Dei nullus mereatur occidi , &c. Denique idem martyris titulum predictis abrogat , quod Christianorum nullum senserint bellum : quod non amaverint pacem , in qua prima sunt fundamenta martyrii : quod nullam habuerint caritatem , sine qua inane est martyrium.

ACTA
MARCVLI.

Nihilo minus cum hac acta in bibliotheca sancti Galli reperiissenus , ea in lucem dare amicorum consilio statuimus ad illustrandam antiquitatem. Alium codicem , in quo eadem acta continentur , nobis pro sua benevolentia utendum commodavit vir doctrina & eruditione clarus , idemque antiquitatis ecclesiastica , maximè Africana , studiosissimus Antonius Faurus , Doctor Sorbonicus : qui codex ab Adelelmo Episcopo ecclesia Laudunensi concessus est anno DCCCC XXI. In eodem codice exstat Macrobi epistola fragmentum de

A C T A
M A R C U L I.

*Isaac & Maximidno martyribus Donatistis, his actis
mox subjiciendum. Ceterum Marculi acta legerat Ra-
banus, qui Martyrologio suo eum adscriptis ad diem
vii Kal. Decembris cum horum aetorum brevi com-
pendio. Variat dies in codicibus mss. Sancti-Gallensis
habet, iii-Kal. Laudunensis viii Kal. ejusdem mensis.
Annum ccc xlviii his Macarianis turbis Baronius
assigpat.*

*In additionibus Molani ad Usuardum ex noho.
Beda Martyrologio, fit mentio de quodam Marculo
ad v i Kal. Decembris his verbis. In Nicomædia
beati Marculi sacerdotis & martyris, qui tem-
poribus Constantis * tyranni persecutioes maxi-
mas pertulit: ad extremum ab alta rupe præci-
pitatus est. Idem auctor in Appendice Usuardi se-
cundo editi suspicatur, hunc esse Marculum pseu-
domartyrem Donatistam. Baronius id negat in notis
ad Martyrologium Romanum, in quo ad eundem
diem hac leguntur. Nicomediae sancti Marcelli pres-
byteri, qui Constantii tempore ab Arianis è rupe
præcipitatus martyr occubuit. Quidam vir doctus
Molani conjectura favens opinatur, pro Nicomediae
legendum. In Numidia; deinde Marculi nomen reti-
nendum: & pro ab Arrianis, scribendum, à Maca-
rianis, quod veri simillimum est. Attamen in additio-
nibus ad Beda Martyrologium apud Bollandi socios,
fit mentio non semel de Marcello martyre in Nicome-
dia ad v Kal. Decembris. Primum quidem ex duobus
codicibus in hac verba: In Nicomedia Marcelli, Petri,
Serenæ, Victorini. Deinde ex duobus aliis, Nico-
media natale sanctorum Petri, Marcelli, & Sereni,
quorum alter pro fide Christi crucifixus, alter fuìt
capite plexus. ubi in uno è duobus mss. deest Marcelli
nomen. At in duobus aliis tres omnino leguntur his
verbis: Nicomediae Petri Marcellini & Sereni. Verò
simile est, Marcellum quemdam Nicomedie passum*

esse. Sed cum Marculum Donatistam eodem fere die necatum quidam legerent, eundem cum Marcello esse putaverunt: adeoque Marculi genus mortis Marcello tribuerunt.

F R A G M E N T U M
E P I S T O L Æ M A C R O B I I D O N A T I S T Æ
de passione MAXIMIANI & ISAAC Dona-
tistarum ad plebem Carthaginensem.

..... tamen cessit, qui velut alienus sui corporis de omnibus triumphavit. Sic illic bellum gestum est inter corpus & pœnas, inter sacrilegos & devotum, inter animi vites & laniantes, inter militem Christi & militem diaboli, inter patientem & judicem, & unus sufficit afflictus contra tantam dimicare suppliciorum hostiumque glorioius multitudinem, ut in uno certamine non unam victoriam reportasset. Posset illic adipisci supremi cruciatus examen qui cum triumpho mittit ad mortem, sed oportebat ut interim retardasset ad eum quem Christus illi delegarat comitem. Nam tunc illic inlustris ISAAC de lustamine sui socii non retinens gaudium, inter fratrem populos publica exultatione sancti Spiritus ferebatur, qui plenus cœlesti constantia liberius proclamabat: Traditores, Venite, salvate vestre unitatis insaniam. Cujus ad vocem Proconsul furibundus auctorem clamoris instanter Officium conturbabat inquirere.

Sed non deerant Traditores qui milites præcessissent: ex quibus statim ministri ipsi sacrilegi de uno minime satiati, & alterum tradiderunt propriis manibus similiter victimari; ut Patrum illorum mensura super illos manifestius posset impleri. Continuè judex vehementer incensus, remoto illo, quem

paullo ante torquebat, in hunc contorsit acrius quod furebat. quasi qui unam necdum digesserat, & alteram conciperet iracundiam. Repetebant iterum furiariam defatigati tortores, quorum lassa jam brachia faciebat sola crudelitas fortiora. Liciebat idem tidem classis illa carnivorum violentiam plumbatum, & totus vires imponderans egestis nisibus genti rabie grassabatur, quasi ipsa quod infogavera pateretur. Qualis fuerat sustinentia patientis, ubi gemebat grassatio levientis! Sed nec in secundo permisus est diabolus superare, quia victoriam Christi quæ fermebat fas non erat in aliquo posse succumbere. Denique sic rursus postquam plumbatis nihil valueré, tormenta similiter admovit immanitas furiosa, ut in nullo dispari genere tolerantiae discreparent cœlestes armigeri, & in nullo videretur hostis leniori supplicio mitigari.

Laniabatur Isaac, nomen scilicet victimæ, virgis rumpentibus, patientiam sui nominis imitatus, & cæsoribus iterum atque iterum repetitis, inconcussa permanebat devotio confitentis. Patuerant omnes compagines ruptis conjunctionibus madidatae; & quasi per tot vulnera exitum reperiret, vox illa videbatur confessionis præconia resonare. Nemo enim putet pro levi castigatione plagas tunc fuisse virginum, quæ pro certo lanienam vicerant ungularum. adeo ab ipso judice ungulæ fastiditæ sunt. Jam non erant vulnera, sed secreta corporis denudata; nec ab ullo dici poterat cæsus, qui madentibus frustis fuerat enervatus. Jam virgarum cesserant fasces, obtunderentur pæne si tantos comminuerent bipennes aut falces. Jam truces ministri ægris ductibus victæ feritatis hiatus languidos anhelabant, & adhuc esurientia membra mandendis ac devorandis pœnis omnibus inhiabant. Tunc illic insultavit cruciatibus corpus, mens læta levientibus tot torquentibus

unus & tortus ac judicii judicatus nulla protinus mora sententiam retardavit , sed ambos iudex pari sorte conjungens ad exilium religavit : quibus in carcerem trufis , Isaac statim martyrii consummavit effectum ; & , quod plus est , semel omnes carceres & corpus dimisit & mundum , ne in aliquo visionis ejus revelatione falleretur. Sic enim cuncta per ordinem percurrit , ut & in ipsa revelatione propemodum quod passus ejus fuerat ante jam passus sit. Nam cum quietis sopore paullulum teneretur , videbatur sibimet cum ministris Imperatoris habere certamen , non aliunde scilicet , quam unde sustinuit passionem. Et hoc planè non fuerat aliud nisi devotionis indicium , ut quod vigilans desiderio retractabat etiam dormiens pateretur. ut quod propheta de se professus est in eodem completeretur. *Ego* , inquit , *dormio* , & *cor meum vigilat*.

Vigilabat ergo devotio illa jam conamina virtutis exercens , & ministros nequitiæ cum iussionibus Regis constantius repellebat audacius repugnantes. Quos cum diurno certamine superaret , ipsum quoque Imperatorem respexit subito venientem : qui cum ad complendam iussionem ab eodem cogeretur , fortior refutabat sacrilegæ iussionis imperium , & minantis lava supplicia. Ipse quoque oculum se illi pariter eruturum frequenti comminatione terribilis promittebat. Cum his diu certationibus inter semetipsos ferocius dimicarent , non passus est tantum se differri victorem : sed injecta fortiter manu moram suæ comminationis intrupit , & oculum violenter eliciens , viduata facie sedem luminis evacuavit. De cuius victoria protinus juvenis miræ claritudinis visus est triumphare , & coronam subinde radiatam capiti ejus imponere : quibus radiis multæ fratribus atque sororum facies ejus videbantur infixæ , quam cum illi pro præmio traderet gaudens , adversarium

quoque magnis exprobationibus ludificabat inti-
dens. Tunc hostis vehementi dolore compulsus jus-
sit eum pœnis sçeyentibus laniari, ut quasi pœnam
suam posset ulcisci. Sed ille jam viator cernebat se
gestantium manibus ad superiora subduci, & volan-
tem celerius ad cælorum sublimia sublevari : quo
cum latus ascenderet, senis cuiusdam vociferantis
audiebat vocem desuper dicentem : Væ tibi sæcule
quia peristi. Hoc clamore ter iterato, visionis per-
venit ad metam, & iteravit postmodum faciendo
quod viderat.

Quid igitur hac visione manifestius ? quid agi per
dies possit expressius, quando in actibus digestus est
visus ? Nunc oppugnabit se contra ministros Regis
sic in nocte sibi soli conspexit, sicut per diem nobis
postmodum demonstravit : sic lumen Imperatoris
eruisse, sic eum habebat vincendo cæcasse, sic præ-
mia coronæ sortitus est, sic & publicè coronatus est ;
sic coronæ radiis plurimos inhærere viderat vultus,
sicut passioni ejus universus populus fuerat excuba-
turus : sic volavit ad cælum, sicut propere meruit
adipisci martyrium. Hoc solum plane de dictis ejus
adhuc usque restitisse cognoscitur, quod mundo pro-
phetavit interitum, quod eum, omnes siquidem sci-
mus non fuisse mentitum, aliquis fortasse de fratri-
bus expavescat, & MAXIMIANUM imparem dic-
cat, quia prior confessus, superstes est modico tem-
pore reservatus. Absit fratres videantur, quia æqua-
li prælio pugnaverunt. nam si per diversas horas ve-
nientes ad vineam Dominus de pacto mercedis æqua-
vit, quomodo dispares judicat quos uno tempore la-
borantes invenit. Sed quod Isaac prior videtur exce-
dere, inde magis eos dico Dominum comparasse :
ut sicut ille huic confessionis incitamento suggesse-
rat, sic eum & hic provocaret pariter ad coronam.
Ambos voluit Dominus sibi metipso esse Doctores,

ut de vicissitudine documenti fecisset æquales ; ne unus in omnibus antecederet , & unus in omnibus videretur se ipse sequentem. Nunc verò ambo se invicem præcesserunt , & ambo se invicem consecuti sunt.

Sed reclusis interim custodiis carceris , navis scilicet ad exilium præparatur. quod non humano consilio credo fuisse dispositum , quia claruit superna dignatione provisum. Ad hoc enim si voluit eos Dominus sibi metu unius diei dilatione concludi , ut secundum visum martyris sui faceret populorum excubationibus honorari , non consummato Isaac perfecti martyrii nuntius cunctorum aures impleverat. Ad cuius corpus universa continuò fraternitas latis cursibus properaverat , quibus cum sepultura corporis à carnificibus negaretur , excubias omnes , ne inhumatum corpus abjiceretur , cum magna exultatione tenuerunt , illic tota die cum nocte populi triumphantes , psalmis , hymnis , canticis in testimonium cunctis gloriae Domini decantabant : & omnis ætas ac sexus interesse tantis gratulationibus ardenti cupiditate gaudebant. Quale fuit illud , fratres , quod Dominus suis martyribus ad honorem dignatus est procurare , ut xviii Kal. Sept. die sabbato ad instar Paschæ permitteretur populus vigilias celebrare. Sic ergo peractus est dies , & nox ita consumta est. Mox ubi dies alter exortus est , exspectabatur Proconsul quid de corporis humatione jussisset , quid forsitan concederet miser , quod negasse nec homicidis nec adulteris ullus judicum solet , nisi è contra Traditorum sœva perniciēs ad crudelitatis capienda consilia vigilarent ! quorum suggestione Proconsul tunc coactus protinus à carcere jussit expelli vivum pariter cum defuncto , & marinis fluctibus mergi , ne quasi permitteret eos dignitatem Martyrum venerari.

ACTA
MAXIMIA-
NI &
ISAAC.

A C T A
MAXIMIA-
NI &
I S A A C.

* f. cunei.

Quam stulta crudelitas, qua corpora voluit nostris manibus abnegare, quasi venerationem nobis de mente posset auferre: aut si illi non sepelirentur in terra, non possent aliter regna intrare cælestia? Sed accessit illis ad felicitatis augmentum, ut & defuncti post terrena supplicia pro Christo marinis quoque vexationibus quaterentur, ne ullus locus remaneret in mundo, ubi non intiserant inimicum. Hoc illis ad cumulos triumphorum providerat Dominus, ut & in majori odio sæculi laborassent, & in defunctis corporibus posset sicut & in vivis exhibere virtutem. Venerant ergo ad carcerem militum * cuncti & trivarii fustibus onerati, & via cædis populos repellentes, cunctos pæne fecerant vulneratos. Tantum enim debuit Martyrum dignitati concedi, ut pro sepultura eorum mererentur & alteri confiteri. Postea quia vix valuerunt universos excludere defunctum pariter & superstitem, ex utroque latere non parvus numerus deducebat. Delusit se nesciens immanitas vana, ut ipsa illis præbuisset obsequia, quibus negavit aliena. Jam litus accellerat maris, jam navis acceptos martyres vehebat ut mergeret. Ast ubi profundi æquoris altitudinem perniciter introivit, non segnius satellites satanæ celerabant jussa complere, devinctos scilicet funibus, & binas orcas arenæ coniectas singulorum cervicibus pedibusque nectentes, intervallo non modico ab invicem separatos demergente pondere dimiserunt. Quos sinu pelagus projectos ut agnovit, continuò quasi flamnis totum cælestibus ureretur, sacrosanctos artus tenere non potuit: sed convolutis deorsum desuper fluctibus, ad ejicienda corpora detrusas arenas funditu subradebat, & ab imo fundo ad superiora terga subvertens undis resiliens removebat. Mergebantur scrutantes fluctus de summis cumulis ad inferiora rapienda vasto impetu descendentes ad fun-

dum, & tempestivum mare de inferioribus repulsum egesto potiori iterum citabatur parturiens membra sanctorum, donec impulsibus rapidis undarum turbo depresso artus excussit, & immensum pondus eliciens, corporibus raptis viator tandem fluctus evasit. Ergebantur proinde violentius cumuli solidatis aquarum montibus elevati, ut congeries congregata securius onerosa membra subvehereret, ne victa iterum laborassent, & sub adunatis undique molibus pelagi facta testudine pugnabat unda cum pondere, ne oneri violento valida maris terga contigere aperiret.

A C T A
MAXIMI-
NI &
ISAAC.

Sed adhuc restabat alterius laboris opus scilicet & conamen, ut intervallo infinito discretos, in quo quinques unum celeri congregatione colligeret, ne alienum sacrilegium ejus negligentia remaneret. Ducebant hinc aquæ, hinc geminis cornibus volumina sinuantia, & pari sibimet coitione subvesta corpora comminus inhiabat. Jam venientis occursus ex utraque cornuum brevi æquiperant medium, & utraque per partes propinquante, conventu intervalli longitudine decrescens venerat in angustum: cum semel utrique plenus spatiis exemptis tota intercapedo consumpta est, & redactis omnibus simul & undarum corporumque celebrata concordia est. Obsidebantur haec igitur à fratribus litora, quasi jam certius adventantes Martyres ulla præcederet fama, & diebus noctibusque sollicitè præmonita, defixis oppantibus* sperabatur quod credebant quandoque de Dei solita virtute venturum. Cum subito post bis ternos dies ad exemplum umere * scilicet geminatum templo Christi venire gaudebant, & occurrentes cuncti, quomodo poterant, oculis exultante alacritate pendebant: quorum extensis manibus optata membra cum tropæis suis unda festinans velut in gaudium resonans tradidit, & compoti desiderio devota fraternitas cum amplexibus lætis accepit.

Acta
MAXIMIA-
NI &
ISAAC.

Sic beati Martyres sepulturam debitam receperunt , & optatum reddiderunt fratribus obsequium , & frustrata Christus exhibuit consilia Traditorum , ne aut insepulta tantorum corpora remanere permetteret , aut devotionem populi ex parte ulla fraudasset , aut nefandos vota crudelitatis implere cum blasphemia sui nominis immotus adspiceret.

Lugeat nunc demensa sævitia perfidorum , quæ Dominicanum noluit recordari virtutum : non timuit eum posse de mari corpora liberare , quem novit ab inferis etiam animas posse eruere : aut si nihil aliud vel nec cetus qui se vomisset acciperet , perdidit misera crudelitas quo credebat magnum se comperisse consilium , cui nec mare voluit ferræ consensem . Male commendavit desideria sua , quæ contra creatorem suum pelagus negare non potuit . Quid agit humana jam rabies , ubi mare non persequitur mortes ? Quid agit sceleratorum feritas , sæva ubi maria revocant ad sepulturam ? aut quales à persecutoribus judicantur , quos & ipsa elementa violare timuerunt ? ô beatæ passionis memorabilis gloria , in qua dignatus est Christus tot exhibere magnalia ! ô felix exitus , qui talibus contigit , quem pro illorum meritis tantis virtutibus decoravit ! In devotione constantia , in passione tolerantia , in morte victoria , magnalibus in sepultura .

Ad vos nunc , fratres , cuncta jam redeunt , quæ vos ad regna cælestia deduxerunt . Vos exempla ista compellunt , quæ illos primo per vos ad has glorias compulerunt . Magistros vos illis confessionum frequentia crebris opinionibus fecerat , & ipsi nunc vobis de martyrio suggesterunt . Similiter documenta vestra vos adhortantur quæ alios adhortata sunt . Tendunt ad vos è cælo jam brachia , operientes tempus quo vobis occurrant . Properate naviter , concurrite pertinaciter : exspectant vobis um simul

capere dignitatem. Eia agite, fratres, accelerate quantocius, ut & de vobis non aliter gaudeamus. Inveniat apud vos reditus noster unde glorietur, sicut & de his secessio nostra sortita est gaudia gloriarum. Sed euntes ad tropaea vestra veniamus: ut sicut vobis horum victorias nuntiavimus, sic postmodum vestras huc ad Kartaginem secuturis ceteris nuntiemus.

Explicit epistola beatissimi Martyris Macrobi ad plebem Karthaginis de passione Martyrum Isaac & Maximiani. Deo gratias, amen.

I N C I P I T P A S S I O

T H E O D O R I T I P R E S B Y T E R I A N T I O C H I A E.

Tempore bonae memorie Constantini Imperatoris, Julianus cum esset adolescens, & ejus odio viveret; confugiens ad ecclesiam Antiochenensem lectoris fungebatur officio. Recepto vero de corpore Constantino, Julianus transgressus est Fidem, & prævaricator effectus, idola colens imperii regnum suscepit. sicque omnes Christianos non vi, nec minis, sed præmia & dignitates promittens persuadebat ad sacrilegam legem. Cumque avunculus ejus Julianus & ipse devians immolasset, accepto jure gladii, Comes factus est Orientis, qui statim restituit idola. Audiens vero ecclesiam Antiochenensem multitudinem auri & argenti habere, quædam opponens, clericos effugans, clausit ecclesiam Dei, qui vero dispersi erant, unusquisque Deo ubi poterat serviebat.

Sanctus vero THEODORITUS, supra memoratae ecclesiae presbyter, non discedens de civitate, sed congregans sibi quosdam fratres, sine cessatione collectam faciens, acceptabiles Deo fundebat orationes.

Audiens verò Julianus hunc facere collectam , volens placere Imperatori , sedens in secretario , eum sibi jussit exhiberi. Introducto ergo Theodorito , ligatis de post manibus , Julianus dixit : Tu es Theodoritus qui tempore Constantini Imperatoris prohibebas deos coli , & aras & templa destruebas ; & ecclesias ædificabas & sepulcra mortuorum ? Theodoritus dixit : Ego , in quantum potui ecclesias & basilicas ædificavi Martyrum : idola verò & aras dæmoniorum destruxi , ut animas errantium liberarem. Julianus dixit. I'a ergo diis honorem , quia ista confessus es. Theodoritus respondit : Tempore Constantini Imperatoris me ista fecisse cognoscas , nec ab eo umquam fuisse aliquando prohibitum. De te nunc miror prævaricatore , dæmoniorum vindicem apparuisse. Julianus dixit. Cædatur in plantis , quo modo idola deos negat esse. Theodoritus respondit : Peccas Juliane , transgressus Fidem ; & acquisitis tibi perpetuam mortem. Julianus dixit : Cædatur & in faciem palpis insipiens , ut non blasphemet. Theodoritus respondit : Noli errare , & me vera dicentem injuriis agere. Julianus dixit : Nunc vapulans indignaris ? Subsequentur verò te tormenta quæ non speras , si non sacrificaveris. Theodoritus respondit : Et paullo ante dixi tibi , & nunc dico , noli peccare dicendo deos qui sunt opera manuum hominum , sed depone hanc temporalem superbiam , & recole quid amiseris. Julianus dixit : Nolo mihi verba composita & emeditata loquaris , quibus miseris hominibus persuades. Theodoritus respondit : Quando' Deum colebas , confitebaris veritatem , & mendacium abominabar ! nunc verò elatus superbia , idola deos dicis , & veritatem mendacium putas esse. Julianus dixit : Disertaris , sacrilege , tamquam ab Athenis nuper adveneris. Theodoritus respondit : Ego neque ab Athenis neque ab Oratore , sed divinæ scripturæ

scripturæ initiatuſ, Spirituſancto tuis respondeo interrogatiōnibus, optans te iterum ad meliora reverti.

ACTA
THEODO-
RITI.

Iratus Julianus, jussit eum in contis fortius tendi. Cumque funib⁹ quibusdam & trochleis fuisse extensus, in tantum tendebantur nervi ejus, ut octo pedum videretur sanctus Dei Martyr. Julianus dixit: sentis tormenta, Theodorite? recede ergo à mortui doctrina, & sacrificia, & vive. Theodoritus verò ingenti voce & hilari vultu respondit: Oblitus es quia dixi tibi opera manuum hominum dixeris deos? sed recognosce Deum qui fecit cælum & terram, & Iesum-Christum Filium ejus, cuius precioso sanguine fueras liberatus, crucifixum, mortuum & sepultum pro nostra salute. Ips⁹ prædico resurrexisse à mortuis, per quem facta sunt omnia, qui est Verbum & sapientia Patris, quem tu quando sapiebas, recte cognoscens adorabas, si tamen aliquando sapere potuisti. Julianus dixit: Vel nunc time deos, & fac quæ ab Imperatore sunt jussa, quia scriptum est, *cor Regis in manu Dei*. Theodoritus respondit: Cor Regis cognoscentis Deum scriptum est esse in manu Dei, non cor Tyranni adorantis idola. Julianus dixit. Stulte tyrannum vocas Imperatorem? Theodoritus respondit. Si talia jubet, ut dicis, & talis est; non solum tyrannus dicendus est, sed miserrimus omnium hominum.

Repletus ira Julianus, jussit eum torqueri. Cumque diu torqueretur, ut nimius sanguis de ejus flueret lateribus; vultus ejus ridebat. Julianus dixit: Vel nunc cognoscens deos sacrificia. Theodoritus respondit: Ego non cognosco deos manufactos, nisi unum Deum qui fecit cælum & terram. Tu verò qui speras in eos, eorum particeps inveniaris. Julianus dixit: Nec dum, ut video, sentis tormenta. Theodoritus respondit: Non sentio, quia Dominus me-

ACTA
THEODO-
RITI.

cum est. Julianus rursus jussit eum vexari , dixitque ad eum : Audivi te sis. i esse debitorem, & ideo mori desideras, ne reddas quod debes. Sacrifica ergo & noli vereri. ego suggeram Imperatori , & omnia tibi donabuntur. Theodoritus respondit : Argentum & aurum vestrum vobiscum sit in perditionem. ego nullius sum debitor , nisi soli Deo , cui puram exhibens conscientiam, oro ut promissionibus suis me copulare dignetur.

Julianus dixit : Converttere ab stultitia , & lucrare animam tuam. Theodoritus respondit : Tu magis convertere ad Deum vivum à quo recessisti , ut salves animam tuam quam perdidisti. Iterum jussit eum vexari , dixitque ad eum : Infatuasti cor tuum magis obedere mortuo Crucifixo quam Regi. Theodoritus respondit : Infelicissime ! & te , & tyrannum tuum Crucifixus quem dicis , in die judicii , ut ipse optime nosti , habet mittere in gehennam. Julianus dixit : Interim ego igni te tradam, postea vero quid fuerit ? Sic jussit duas lampadas ardentes ejus apponi lateribus. Appositis vero lampadibus , elevans oculos suos ad cælum dixit : Domine Deus omnipotens qui fecisti cælum & terram & omnia quæ in eis sunt , salvator mundi repromissam spem famulo tuo qui propter nomen tuum hæc patitur , dare dignare , & inquis ostende tuam virtutem , ut cognoscant omnes quomodo gratiam timentibus te præstas , & tormenta denegantibus te : ut glorificetur nomen tuum quod est benedictum in sæcula. Et subito ceciderunt carnifices in faciem suam cum lampadibus.

Turbatus est vero Julianus cum adstantibus militibus , & jussit carnifices elevari , dixitque ad eos : Applicate iterum lampadas ejus lateribus. At illi responderunt : Alios jubeat nobilitas tua , nos vero hoc facere non possumus , quia vidimus quatuor Angelos in veste candida adstantes , & loquentes cum

eo. & ideo in faciem nostram cecidimus. Julianus
verò iratus, jussit eos in pelagum mitti. Et cùm du-
cerentur, Theodoritus dixit: Præcedite fratres, ego
verò superans inimicum sequar vos ad Dominum,
qui mihi palmam victoriæ dare dignatus est. Julianus
dixit: Quis est inimicus? vel quis dabit victoriam?
Theodoritus dixit: Inimicus est diabolus qui per vos
operatur: victoriæ verò palmam dat Dominus Jesus-
Christus Salvator mundi. Julianus dixit: Milerrime
hominum, quem omnes norunt, ante trecento plus
minus annos ex muliere natum, tu crearem &
remuneratorem dicis esse. Theodoritus respondit:
Quamvis indignus sis ad audiendum verbum Dei,
propter adstantes autem servos Dei ne me putes su-
peratum, audi quod amisisti. Deus qui fecit omnia
per Verbum suum, misertus est generi humano, quos
transgressos à fide idolis videbat servire, mittens
Verbum suum super Virginem carnem suscepit hu-
manam, quia Divinitas videri non poterat & sic
sponte passus, salutem quam amisisti dare nobis dig-
natus est.

A C T A
T H E O D O-
R I T I.

Julianus dixit: Perseverantem te video in argu-
mentis verborum tuorum, audi me & sacrificia, ne
gladio te percuti jubeam, quia tormenta contemnis.
Theodoritus respondit: Ego renuntiavi diabolo patri
tuo. Oro autem ut cursum consummem in conspectu
Domini, nec inveniam gratiam ante tyrannum.
Julianus dixit: Quanta vis dic, ego verò te non in-
terficiam. Theodoritus respondit: Tu quidem Julianus
malis cruciatibus in lecto tuo morieris: nam tyran-
nus tuus qui sperat in paganos victoriam facere,
non poterit vincere; sed ita occidetur, ut ne quis
cognoscat à quo fuerit imperfectus, & nec in terram
Romanorum revertetur.

Timens vero Julianus ne alia graviora diceret, data
sententia eum gladio percuti præcepit. Theodoritus

dixit : Deo meo gratias ago , qui mihi tolerantiae finem dare dignatus est. Cum fuisset percussus , & se Julianus recepisset , inquietam habuit noctem. Alia verò die procedens ad palatium , & adorans secundo Imperatorem dixit : Quantus modus auri & argenti inventus in ecclesia , illatusque tuis thesauris fuerit , ostensis ratiociniis pvideat tua clementia. Nam & hoc cognosce quod impiissimum Theodoritum presbyterum , quem propter ministeria ecclesiae inquirebas , comprehensum adhibitis tormentis gladio percuti jussi. Audiens verò hæc Julianus Imperator contra suum propositum esse factum , exclamavit dicens : Quod mihi erat contrarium , hoc egisti. Ego enim multis argumentis legem Galilæi conabar destruere , ut neque sui facta * aliquem eorum interficerem. Tu verò male fecisti. dedisti enim occasionem Galilæis , ut multa adversum me conscribant , sicut & præcessoribus meis fecerunt , qui imperfectos maleficos Martyres vocant. Vide enim neminem eorum occidas , & aliis manda ne faciant.

Videns hæc Imperator , quia confusus & velut mortuus factus est Julianus , volens eum animare , dixit ei : Nunc euntes sacrificemus diis , ut adspersus sacrificiis sanus efficiaris. Euntibus verò eis , cor Juliani tristitia erat repletum. Offerentibus verò Sacerdotibus idolorum volatilia & alia multa , extrahentes se de igne obtulerunt Juliano Imperatori : & cùm manducasset , dedit avunculo suo Juliano. Ille autem verecundia faciente vel timore , parum gustavit , & recessit in prætorio suo , pñnitens in malis quæ gesserat , nec se gratiam apud Imperatorem invenisse cognovit , nihilque accipere voluit. Vespere ergo facto comprehendit eum dolor ventris , & acriter torquebatur. Nam sacrificium quod accepérat particulatim disrumpébat ejus siccotum * , & ejiciebat per os foras : ille verò masticans parum projiciebat ,

* id est
jecur.

parum verò deglutiebat. Et cùm jam sufferre non posset , intuens rogabat Imperatorem ut ecclesiás aperire juberet. Mandans verò Imperator, ego nec claudi , nec aperire præcipio. Iterum mandavit ei. Propter te inquit Imperator ista patior , & male consumor. Iterum remandans ei Imperator dicit : Incredulus inquit fuisti diis : ob hoc ista pateris tormenta multis diebus. Infelix quidem Julianus multis diebus cruciatus , diversas accipiens escas , suo tantum pastus est ficoto ; secundum prophetiam beatissimi Martyris totus à vermis comestus mortuus est. Audiens verò Julianus Imperator dixit : Quia non fuit fidelis diis , ideo ista perpessus est.

Nam post paucum tempus Julianus profectus ad bellum adversus Persas, non valuit superare eos. Et cùm omnia se obtinuisse putasset , subito ei irruit multitudo exercitus Angelorum. Et timore perterritus , suum exercitum armari præcepit , nesciens infelix , quod cœlestis militia apparuerat ei. Et subito veniens sagitta de aëre percussit eum in mamilla. Cumque sanguis influeret , aspiciens putavit se Dominum Jesum videre , implens manum suam de sanguine , jactavit in aëra dicens : Usque in agonem Galilæe persequeris ? etiam hîc denegabo. Satia te de cetero Christe , quia superasti me. Et sic veniens in quamdam civitatem , crudeliter mortuus est. Et tota prophetia beati martyris Theodoriti impleta est. Nos qui Antiochiæ in palatio eramus , & cum ipso in Persida fuimus , licet peccatores servi Dei , hæc quæ gesta sunt circa famulum Dei Theodoritum decima Kalendas Aprilis vera conscripsimus : ut legentes nos memores esse dignentur , & ejus edocti exemplis , passionique participes inveniamini in laudem & gloriam Domini nostri Jesu- Christi , cui gloria & potestas in sæcula sæculorum , amen.

A D N O T A T I O N E S.

Aud Socios Bollandianos ad diem 23 Martii notatur inter praetermisso Theodoritus Antiochiae Presbyter, cuius acta mox retulimus ex membraneo codice Einsidensi, ex quo ea rogatu nostro descripsit religiosus & eruditus vir Placidus Redingus. Hac auctoritatem habent ex Iohannis Chrysostomi oratione contra gentes, in qua Juliani Orientis Praefecti infestatio in Dominicum aureum (sic Antiochenae ecclesia vocabatur) & in Theodoritum Presbyterum ejus custodem describitur; simulque caelstis de Juliano vindicta, qualis à Theodorito prædicta fuerat. Quod vero de Juliani Imperatoris interitu hic legitur, narrat Theodoritus in historia ecclesiastica lib. 3 cap. 20. tameisi Ammianus alsique auctores, etiam Christiani, rem aliter commemorant.

I N C I P I T P A S S I O
S A N C T I P H I L I P P I E P I S C O P I ,
in Adrianopoli Thraciæ, quod est
x i K a l . N o v e m b r i s .

Beatus itaque PHILIPPUS diaconus primùm, mox presbyter, aliquot laboribus probatus ecclesiæ, & stipendiiorum suorum devotione laudabilis, conscientia bonis letus, & vita honestate securus, consensu omnium tandem decus episcopale suscepit, nullo mirante, quod dignus: aliquantis stupentibus fortè, quod seriùs. Statim Apostolum Paulum prædicationis ornavit eloquium in epistulata * est, in qua inter cetera illud adjectum est: *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Tunc discipulos suos

* f. in epis-
tola ad Ti-
motheum.

SE VÉRUM Presbyterum , & HERMEN Diaconum
frequenti ad doctrinam disputatione confirmans ; si-
miles nō solum animo, sed etiam passione sibi fecit :
ut quos habuerat in glorioſi illius mysterii traditione
conſortes, haberet etiam in confefſione collegas.

ACTA
PHILIPPI.

Diligens itaque divina præcepta talem glorioſiſſi-
mus ſenex agebat ætatem , viſtimam ſe offerens Deo
in Adrianopolitana civitate paſſurus : qui ut peritus
& optimus gubernator, fluctibus naue frequenter
oppoñens , r eſiſtendo aliquotiens , aliquotiens & ce-
dendo , omnem procellam m o d e r a t u r u s magiſter ex-
cludit : aut quaſi peritus auriga , nunc relaxando ha-
benas , nunc retinacula ſtricta cohibendo , nec plus
juſto vagari equos patitur , nec ſegnes nimio torpore
retinéri.

Ad hujus ſimilitudinis modum beatus PHILIPPUS
populum cœleſti gubernavit imperio , & epifcopali
amore ſervabat. Sed cum duræ p e r f e c t i o n i s immi-
neret excidium , non eſt mente turbatus , ac ſuadentib⁹
multis , ut à civitate profiſcens pœnam tantæ
crudelitatis effugeret , exire detieſtans , docuit hæc
expetenda eſſe potiū quām cavenda , dicens : Com-
pleatur cœleſte mandatum. Itaque de eccl esia non re-
cedens , & ad tolerandi patientiam ſingulos fratres
docta oratione confirmans , hujusmodi verba profu-
dit. Prædictum jam , ſi creditis , fratres tempus ad-
venit. Nutantis ſæculi extrema volvuntur : imminet
pertinax diabolus , & potestate paullisper accepta
ſervos Christi non venit perdere ſed probare. Epi-
phaniæ dies ſanctus incunabit : quæ res admonitionem
nobis p r e ſ t a t ad gloriam. Nullæ ergo impiorum
minæ , nulla tormenta vos terreant. nam & patien-
tiam preferendi , & mercedem tolerandi doloris mili-
tibus ſuis Christus indulget. Credo enim quod in-
caſsum omnis illorum procedit intentio.

Hæc adhuc beato Philippo diſſente ARISTEMA-

I iiiij

chus Stationarius civitatis advenit , ut Præsidis iusta impressis cera signis ecclesiam clauderet Christianis. Homo stulta persuasionis & frigidæ , qui habitare omnipotentem Deum in parietibus magis , quam in hominum corda credebat , Esaiæ sancti dicta non retinens qui dixit : *Calum mibi sedes est , terra vero scabellum pedum meorum . quam domum mibi adifica .*
 * id est sa-
 era sui el-
 lectile.

bitis ? Postero die Stationarius ministeriis * omnibus ecclesiæ inventis atque signatis , egrediebatur mæ-
 rore. Tunc omnes fratres instantem luctum atque angustias civitatis agnoscimus. Beatus Philippus cum Severo & Herme & ceteris cogitabat inten-
 tius , quid fieri necessitas ista mandaret , & Domi-
 nici * foribus innixus , à sede sibi credita non patie-
 batur abscedere : futura tractabat , ac meditabatur singulo ; in dolore , ut medici Doctores inutile in ægris quocunque resecando auferunt putria , &
 quæ adhuc aliquid prosperitatis habent medicamine malunt curate quam ferro : alia vero resecare so-
 lent , ne attacatu inutilis carnis ac rancidæ , vicina etiam quæ sanitatem non indigent , corporis membra solvantur. Itaque ne vitientur incolumia , inciduntur infirmitia. Sic eo tempore beatus Philippus secer-
 nens ab optimis malos , ut meliores fierent cogebat imperio ; illos , ne mutarentur , dulci hortabatur eloquio , medicinam ægris , incolumibus præbendo consilium.

Postea cum in Heraclea ad Dominicum conveni-
 fent , Philippum cum ceteris ecclesiæ foribus adstan-
 tem Præses Bassus invenit . qui cum judicaturus solito more resedisset , inductis ad se omnibus , ait Philippo & ceteris : *Quis ex vobis Christianorum magister aut est Doctor ecclesiæ ?* Respondit Philip-
 pus : *Ego sum ille quem queris.* Ait Bassus : Legem Imperatoris audistis , jubentis nusquam colligere Christianos , prorsus ut in toto orbe terrarum hujus

* id est
 ecclesiæ.

sectæ homines aut ad sacrificia convertantur , aut pereant. Vasa ergo quæcumque vobiscum sunt aurea , vel argentea , vel cujuscumque metalli aut artis insignis ; scripturas etiam per quas vel legitis , vel docetis , obtutibus nostræ potestatis ingerite , ne hæc eadem , si dubitandum putaveritis , post tormenta faciatis. Ad hæc Philippus sanctus eloquitur : si te nostra , ut dicas , tormenta delectant , paratus est animus ad ferendum. Corpus ergo istud infirmum , cuius potestatem habebis , qua volueris crudelitate dilacera . tantum ne quid tibi in animam potestatis adscribas. Vasa verò ea quæ postulas , quæcumque apud nos sunt , mox accipe. Facile enim quæ à vobis petimus , ista contemnimus. Non enim pretioso metallo Deum colimus , sed timore : nec ornatus ecclesiæ Christo plus potest placere , quam cordis. Scripturas verò nec accipere tibi , nec dare mihi convenit.

Ad hæc sancti Martyris verba carnifices mox præses jussit adduci. Tunc ipsius naturæ expers , atque humanitatis ignarus Mucapor ingreditur. Mox SEVERUM presbyterum intromitti Præses jussit . qui cum investigari facile non posset , Philippum affligi præcepit injuriis. Sed cum diutino pñæ adficeretur incommodo , propter assistens HERMES sanctus edixit : Et si omnes scripturas nostras , dure inquisitor , acceperis , ut nulla prorsus in orbe terrarum vestigia veteræ hujus traditionis appareant ; posteri tamen nostri & paternæ memoriae & suæ animæ consulentes , majora voluminum scripta conficient , & vehementius timorem qui impendendus Christo sit edocebunt. His dictis , diu ante verberatus , ingressus est ubi vasa omnia & scripturæ latebant . securus est eum PUBLIUS Adsestor Præsidis , homo furandi avidus , & rapiendi ardore devinctus. Itaque cum vasa aliqua ab inventorum numero callidus occultator au-

A C T A
PHILIPPI.

ferrer, pænæ inscius imminentis, contradicentem sibi, ne id auderet, Hermen, fræcta facie, effuso etiam aliquanto crurore fœdavit. Quibus cognitis Bassus, & vultu ejus aspecto, iratus est Publio, & curari præcepit Hermen. Inventa verò vasa & scripturas omnes tradi jussit Officio. Philippum & ceteros val. latos hinc inde custodibus ad forum præcepit adduci, ut & populum juvaret spectaculum, & videntes ceteros qui negalserent terneret exemplo.

His itaque ad forum euntibus, Præses scripturas omnes militibus imposuit. Tunc ad palatium magna festinatione tendebat, cupiens nudare ecclesias omnibus qui essent ubique cultoribus; ipsud etiam Dominici testum devoluto omni tegularum fraudabatur ornatu. Hi ipsi quoque qui hæc agebant, ne ad diruendum segniores essent, cogebantur verbere. Bellum itaque domesticum & seditio subita fuit ac privata confusio: igne subposito, adstantibus etiam peregrinis civibusque collectis, Scripturas omnes di-
vinas in medium misit incendium. Tanta subito ad cælum flamma præcessit, ut stantes singulos formido ab spectaculo tanti ignis arceret.

Quidam verò circa beatum Philippum in foro se-debant, ubi venale quodcumque proponitur: ad quos cum pervenisset hinc nuntius, præsentibus exponebant dicentes: Viri qui Heracleam incolitis, Judei, pagani, vel cujusque religionis aut sectæ, jam nunc extremi temporis futura cognoscite, Paulo Apostolo commonente qui dixit: *Revelatur enim ira Dei de calo super omnem impietatem & injustitiam hominum;* & in Sodomis, & ideo venit ira justa propter injusticias eorum, ut excidio domorum timeant judicium, & in justitiam fugiant, & quærentes qui sit qui hoc facit judicium, ad eum convertantur ex vanis lapidibus & sint salvi. Quare his quibus per orientem in Sodomis ignis apparuit, signum judicii, & indicium

fuit iræ cœlestis. Ac ne in solo oriente prius se ignis ostenderet, in Sicilia quoque atque in Italia vila est res digna miraculo. Ex Sodomis enim per Angelos cum filiabus suis Loth sanctus expulsus est, quia immunis videbatur à crimine, & longè à civitatis ejus vitiis abhorrebat. In Sicilia quoque aquarum copia divini crateris alveo clausa dissiluit; & statim peccatorum ultrix à cœlo flamma descendit: ubi crematis omnibus, duæ tantum virginis pœna effugète discrimen, habentes in ipsa etiam trepidatione consilium. Patrem namque senectute & debilitate confessum piis manibus abstulerunt: quem dum eripere conabantur incendio, dulci onere tardata, crepitantis flammæ coronâ circumdatae, necessitatem subito desperatae salutis habuerunt. Sed omnipotens Christus affectum tantæ clementiæ perire non passus est, filiabus Patrem, Patri filias præsenti majestatis suæ favore concessit; ut possit intelligi, illis omnibus quos flamma consumlit, non Deum defuisse, sed meritum. Statim itaque immunis à pœna via est facta virginibus; & quo ire cupiebant, lectus agger apparuit. Collodium quoddam ipsius videres incendi, sic se omnis ardoris anhelitus contrahebat, sic venientibus locum blandiens flamma faciebat, ut eatum crederetur arbitrio cuncta vegetari. Tantum itaque sanctorum virginum meritum fuit, virtus tanta pietatis, ut ignem non sibi tantum, sed ipsi etiam loco per quem evaserant mererentur innoxium. Qui locus nullo tunc vastatus ardore, vocabulum sumvit ex merito: PRO RUM enim adhuc hodie nuncupatur, ut hæc posterius probet non solum lectione, sed nomine. Hic erit ignis ille divinus justus factorum omnium & optimus judex, qui ad terram defluebit quodcumque inutile invenitur exurit. Hic Hercules, incensos fieri Deos putans, in amorem experendæ mortis impegit, qui infelix in Ygiæ monte combusitus

est ; & Scolapium medicum in monte Cynasuridos fulminatum consecrationem mereri à gentibus fecit, non aliqua potestate, sed pæna, proprio infelix commendatur exitio. Minus credo putaretur valere si vivet. Hic exussit eum quem Ephesini Deum habere se credunt. Hic Romanæ urbis & capitolium incendit & templum. Hic Eliogabalim pari cremavit incendio : nec in Alexandria Serapis perpercit hospitio. Arsit namque cum templo. Quis rogo ab his speret auxilium, qui se nec poslunt servare, nec facere. Fit ab illo quo colitur : & si incensus subito mane fuerit, per vigili artificis cura nocte reparatur. Numquam his itaque numen deesse poterit, si hæc ligna facientibus suggesterantur aut saxa. Arsit libenter in Athenis Liberi Patris habitaculum, sciens Deum suum fulmine consecratum. Arsit & armata Minerva. Nihil illam gorgoneum peccus, nec defendit ille picturatus splendor armorum, melius infelix si pensa tractasset. Similiter Delphicum Apollinis templum primum affectit turbo nescio quis, post ignis incendit. Nulli hic ignis gratia intercedente colludit. Sic probatur justus, ut exponitur injustus. Itaque bonis non flamma, sed lux est.

Dum hæc longo sermone meditantur, viso CATHARONIO Sacerdote, & ministris ceteris infelices epulas & profana sacra portantibus, sic ad circumstantes se Hermes edixit. Cœnam istam. quam certnitis, diabolica invocatione pollutam nobis constat allatam. Cui Philippus ait : Fiat illud quod Domino placet. His dictis forum Præses Bassus ingressus est cum multitudine diversi sexus & ætatis. Tunc ut se semper vulgus ostendit, alios tristes sanctorum pæna faciebat, alios major accendebat insaniam, ut dicerent servos Dei omnes ad sacrificium debere compelli : specialiter tamen Judæos, juxta scripturarum ordinem. Dicit enim Spiritus-sanctus per Prophetam:

Sacrificaverunt deoniis, & non Deo. Tandem Philippum sic Præses interrogat dicens: Immola victimas numini. Respondit Philippus: Quomodo possum lapides colere Christianus? Ait Bassus: Domini nostris sacrificia rite solvenda sunt. Respondit Philippus: Docti sumus parere majoribus, & obsequium Imperatoribus exhibere, non cultum. Ait Bassus: Civitatis saltim sacrificia fortunæ: aspice quām pulcra, quām lēta est, quām ad obsequium suum omnem plebem libenter admittit? Respondit Philippus: Vobis debet placere qui colitis; me vero non poterit ars hominis ad cælestem honorem subtrahere. Ait Bassus: Moveat te vel præsentis Herculis tam pulcrum ac tam immane simulacrum. Respondit Philippus: Heu miseros & deflendos, qui divinitatis sacrosanctum numen ignorant! heu infelices vos, qui ad cælestia terrena transfertis, & veritatis ignari invenitis & facitis quod colatis! Quid aurum, argentum, æs, ferrum, vel plumbum? nonne ex terra & nutriuntur & constant? Ignoratis Christi numen, quod nec comprehendere æstimatio, nec quantum sit potest humana mens capere; & habere aliquid illa asseritis potestatis, quos faber oscitans aut vinolentus efficerit? si diligentius subito expressit effigiem, continuo simulacro illi & potestas adscribitur & numen aptatur. Domuum vestrum sive villarum ædificia tot sunt numina. Cotidiana ergo vobis sunt blasphemia, cotidiana peccata. Nam cum ad usus domesticos lignum aliquod incenditur, Dei vestri corpus exuritur. Qua te enim in hoc criminé excusatione defendis? Dicis enim lignum illud non erat Deus. Respondebo tibi sed esse poterat; cum placuisse artifici. Ne adhuc quidem in quibus sitis tenebris pervidetis. Bonus lapis parius, numquid si sculptus est, bonus poterit esse Neptunus? Bonum ebur, numquid pulcrius illud expressus in eo

Jupiter fecit? Hac bene cupidi artifices invenerunt, ut cuicunque metallo vultus aptatus pretium majus efficeret, non potestatis gratia, sed estimatione mercedis. Ex terra ergo sunt omnia, quæ calcare, non adorare debemus. Nobis enim illa ad possidendum Deus fecit: vobis, ut video, deos illa generavit.

His cognitis Bassus Philippi constantiam vehementer admirans, vietus à primo, ad Hermem se convertit iratus dicens: Vél tu sacrificium solve numinibus. Respondit Hermes, non sacrifico, Christianus sum. Ait Bassus: Cujus sis conditionis expone. Respondit Hermes: Uecurio sum, & Doctori meo in omnibus obsecundo. Ait Bassus: Si Philippus ad sacrificium fuerit adductus, sequeris auctorem! Respondit Hermes: Nec ego sequar, nec ille vincetur. Par enim nobis & virtus & animus est. Ait Bassus: Traderis incendio, si in hoc furore permanseris. Respondit Hermes: Flammam mihi levis istius minaris ardoris, quæ deficit pæne antequam surgat, ignorans violentiam illius perennis incendii, quod sine remissione semper exæstuat, & discipulos diaboli longa tabe consumat. Ait Bassus: Sacrifica vel dominis & Imperatoribus nostris, & dic, Valete Principes magni. Respondit Hermes: Festinamus ad vitam. Ait Bassus: Sacrificate ergo si queritis vitam, & horridas catenas ac sæva vitate tormenta. Respondit Hermes: Numquam nos, judex impie, ad ista perduces. Ita enim minæ aliquid nobis ad fidem virtutis, non ad perfidiam timoris incutient.

Tunc Bassus truci vultu & oratione terribili recipi eos jussit in carcerem. Quibus pergentibus, protervi quidam ex assistentibus viris impulsu crudelis dexteræ Philippum solo sæpe fundebant, ut ne illo quidem tempore quo ibat ad carcerem, vacuus esset à pæna: sed quasi nihil passus sanctissimus senex ergebatur à terra, læto vultu, ut nec indignationem

ostenderet nec dolorem. Stupor omnium corda per-
vaserat. mirabantur singuli tot acerba à sene con-
tentā mente tolerari. Tunc psalmum dicentes Do-
mino , qui eos fecerat fortiores , latos se dedere
custodiis. Paucis in carcere diebus effectis , divinæ
majestatis auxilio Pancrati cuiusdam vicina domus
complacuit , in qua sub custodia reciperentur hos-
pitio. In ea ut diximus , commandantes , multos ad
se fratres certatim hinc inde venientes libenter ex-
ceptos divinæ legis docebant sacra mysteria. Quæ
cum diabolus pervideret , dolens auferri à se omnes
illorum vel traditione vel fabulis , denuo eos remitti
f. cit in carcerem. Erat vicinus theatro carcer circulo
camera cohærens , & ad clausum undique theatrum
ex carcere secretus ingressus. In ea spectaculi ordine
sedentes suscipiebant convenientem ad se turbam.
Tanta autem cupiditate currebatur à singulis , ut
nec nox à salutatione cessaret : prostrati quotidie
solo , Philippi vestigia sancta lambebant , scientes
quantum in eo divini esset auxilii.

Dum hæc aguntur , Bassus Præsidi annuus successor
advenit JUSTINUS quidam nomine , sed mente per-
versus , qui nesciret Deum vel intelligere vel timere.
Hæc res fratres vehementer adfecit. Mitior enim
fuerat Bassus ; & ratione sibi reddita vincebatur , eo
quod uxor ejus Deo aliquanto jam tempore servie-
bat. Tunc Zoillus magistratus illius civitatis populo
militibusque circumdatus ad tribunal eum Præsidis
jussit adduci. quo introducto , Justinus ait : Tu es
Episcopus Christianus ? Respondit Philippus : Ego
sum , negare non possum. Justinus dixit : Domini
nostrí jubere dignati sunt Christianos omnes ad sa-
crificium , si noluerint sponte , necessitate compelli;
negantes pena affici. Parce ergo ætati tuæ , ne ne-
cessè habeas juvenibus etiam non ferenda sufferre.
Respondit Philippus : Vos accepta à similibus vobis

hominibus præcepta servatis pœnæ brevis timore : quanto magis nos Dei iussis obtemperare debemus, qui merentibus tribuit sine remissione supplicium ? Justinus dixit : Imperatoribus parere nos convenit. Respondit Philippus : Christianus sum ; ideo hoc quod dicis facere non possum. iussus es punire, non cogere. Justinus ait : Nescis quæ te tormenta circumstent. Respondit Philippus : Poteris torquere, non vincere. nam ad sacrificium nemo me perducet. Justinus ait : Per medium urbem trahere pedibus ; & si vixeris, ad renovanda supplicia recipiēris in carcerem. Respondit Philippus : Utinam velles confirmare quæ dicis, & satisfacere impiæ voluntati.

Tunc Justinus trahi eum vinclum pedibus iussit. qui acceptis tot silicum offensione vulneribus, & per singula corporis membra laceratus, rursus ad carcerem fratrum manibus reportatur. Sed paullo post admodum seragarentium* contulerunt. Grandi præterea inquisitione & magnis agebatur excubiis, ut SEVERUS Presbyter inveniretur, qui se occultioribus latebris ab hac inquisitione subtraxerat. quem cum investigare non possent, impulsu sancti Spiritus in medium ipse prorupit. Nec enim diu latere poterat quem passio ipsa poscebat. Cum ergo ad judicium fuisse adductus, Justinus ait : Jam nunc moneo te, ne seducaris insanis, quâ Doctor vester Philippus irritatus, paenam proprio furore sibi peperit : sed magis iussis Imperatoris obtempera, parce corpori, vitam dilige, & bona sæculi hujus latens amplectere. Respondit Severus : Me necesse est tenere quod didici, & in perpetuum servare quod colui. Justinus dixit : Omnes & pœnæ & salutis rationem animo concipe, & intelliges sacrificium tibi istud optandum. Cumque ille nomen ipsud sacrificii iratus horret, iussu Præsidis etiam ipse receptus in carcerem est. Tunc Hermes exhibito Justinus ait : Hos quos Imperatoria

Imperatoria constat neglexisse mandata, videbis cito quæ p̄tēa conficiat. Ne ergo cruciatibus eorum etiam ipse jungaris, memor salutis propriæ, memisque filiorum, effuge mala omnia sacrificando numinibus. Respondit Hermes: Nunquam hoc poteris impetrare quod postulas. In hac si le crevi, hanc mihi ab ipsis cunabulis veritatem sanctus magister impressit: ab hac claudicare non possum, nec aliqua ratione discedere. Tu ergo, Præses, quemadmodum vis lacera confitemem. Justinus ait: Securum te facit ignorantia futuri mali, nam cùm subjauceris p̄tēa, pænitentia sera torqueberis. Respondit Hermes: Quamvis graves dolores à te impositos per Angelos suos nobis pro quo patimur Christus imminuet.

ACTA
PHILIPPI.

Itaque cum Justinus fidem ejus firmissimam cognovisset, etiam ipsum recipit in carcerem. Duobus sanè diebus jussit eos in hospitio custodiri, paullum à sua severitate discedens. quem statim diabolus inflamat. Jubet enim ut iterum mittantur in carcerem, & septem continuos menses in illo cunabularum pedore confiant. Tunc Adrianopolim eos præcipit adduci, quibus egredientibus fratres mæror subito invaserit, quippe qui tanti magistri doctrina fraudarentur & visu. Ut infantes vix dum adhuc cunabulis violenter abstracti, dulcibus nutricum uberibus inhærentes, auferri sine lacrymis à grato sibi lacte non possunt: sic discipuli salubrem pastum perdere se credentes, solatia capiebant fletibus, quia remedia impetrare non poterant. Sed cùm Adrianopolim pervenissent, in Sempori cuiusdam suburbano usque ad præsentiam Præsidis servabantur. Tandem Præses advenit, statimque alio die publicè in thermis sedens Philippum præcepit induci, & ait illi: Quid huc usque tractasti? nam dilatio ista ad mutandum tibi fuerat permissa consilium. Sacrifica ergo si vis liber

Vet. Analect. Tom. IV.

K

effugere. Respondit Philippus : Si in illo carcere in quo huc usque permansimus , voluntate non necessitate perreximus , concessum nobis breve hoc tempus adsignas. Sin verò pœna fuit potius quam voluntas , cur ad veniam tempus imputas quod posuisti ? Ego verò & ante jam dixi : Christianus sum , & hoc quotiescumque interrogaveris respondere curabo ; nec simulacris umquam satisfaciam , sed æternō Deo quem cœpi exhibeo famulatum. Tunc Præses spoliari eum jussit iratus. Cumque ei etiam ipsa linea corporis fuisset ablata , ait Præses : Facis que jussimus , an recusas ? Respondit Philippus : Numquam me sacrificaturum jam ante testatus sum. His Justinus auditis , virginis præcepit eum verberari. Qui cum omnia contente mente toleraret , stans super Petram Christi robusta mole solidatam , ipsos quoque per quos pœna mandabatur exterruit. Erat incredibile miraculum. Nam pars lineæ , quæ honestum peccatum velabat , inlæsa permanxit : illa verò quæ dorsum tegebat , per partes rapta discesserat. Omnes artus virgarum ictibus vehementer incisi penetralia ipsa corporis atque intestina patefecerant. Securus tamen Christi perdurabat athleta : cuius animum Justinus expavit , & recipi eum jussit in carcerem.

Tunc vocavit Hermes. cui cum minas judex , consilium verò Officium ejus ostenderet : nec terrori metu potuit , nec persuasione perduci. Diligebatur enim tam ab apparitoribus judicis , quam ab omnibus viris. Nam magistratus ante jam fuerat ; & obsequiis suis Officium sibi Præsidis obligarat , qui occasione redhibendæ gratiæ pro ejus salute trepidabant. Sed his omnibus victis atque prostratis , quasi ad quemdam portum quietis refugit ad carcerem : ubi gaudium inmane celebratum est. Agebant autem gratias Christo , & tropæa gloria ex diaboli eversione referentes , principio ipso passionis elati , majus

robur ad futura tormenta capiebant. Beatus itaque Philippus , qui tactu ipso antea corporis habebatur semper delicatus ac mollis , nulla tunc sentiebat incommoda ope rectus Angelica. Ecce post triduum Justinus solitum judicantibus tribunal ascendit , & eos jussit adduci. quibus exhibitis , ait Justinus ad Philippum : Cur tanta temeritate aptaris , ut salute contemta , Imperatoris detrectes obedire mandatis ? Respondit Philippus : Ego non vitio temeritatis inflammar , sed Dei qui fecit omnia , qui judicaturus est vivos & mortuos , amore & timore compellor. Hujus mandata præterire non audeo : Imperatoribus vero per singulos annos patui , & cum justa impenitent parere festino. Præcepit enim Scriptura divina : *Reddite qua sunt D .i Deo & qua sunt Casaris Casari.* Inculpabiliter itaque huc usque servivi. Jam superest ut relictis secularibus blandimentis cælestia fettinem præferre terrenis. Repetita itaque sæpius verba cognosce , quibus me Christianum afflro , & diis vestrīs sacrificare detrecto.

Tunc relicto eo Hermen Justinus adloquitur : Si hunc senectus vicina jam morti cogit bona hujus lucis horrere ; tu sacrificando securiora non neglege. Respondit Hermes : Breviter tibi , & his qui assistunt , ô Præses , dilucideque monstrabo quod ex vanitate miserabili facta est odiosa tibi pietas. Nam unde est ut veritatem falsitas , innocentiam malivolentia , post remo homo hominem festinet appetere ? Quid enim simile homini Deus aliquando formavit : sed conatus est diabolus opus cælestè violare. Invenit illa quæ colitis , & servos juris sui sacrificando vos fecit. Nam ut subito equi ferventes insaniam , non obtemperantes lupatis , auriga contempto , relicto salubri camo , mortis ignari ad præcipitia festinant : ita vos ipsos præcipitatis insania , & prætermisso Dei verbo , consilia diaboli scelestæ tenuistis. Hæc est

itaque cælestis vera sententia , ut bonos ac pios gloria , malos persequatur infamia ; atque ut illis merces , ita istis pœna succedat. Sic Phropheta Zacharias eloquitur dicens : *Increpet in te Dominus Satanam , increpet in te qui elegit Jerusalem.* nonne hic torris ambustus abstractus de flamina est ? Quæ ergo adhuc hominibus est cupidus , qui ad lignum obtusum ac letiferum configistis ? Cumque pariter ardeatis , licet brevissimum infirmæ lucis circulum sic transigere , ut ad bona lucis æterna veniamus. Vos autem qui cum ingenti inluvie vestis & corporis , capillis sordidis ac dimissis , quibus tumulos & tempula observatis & carceres , videmini mihi Deos vestros non colere , sed lugere , & ante judicium , pœnam jam sustinere peccati. Quid hæc videntes in cæcitate consistitis , nec ad Liberatoris vestri auxilium convolatis ? Canes dominum odore vestigant ; & auditore electoris sibilo equus quem ignarus paullo ante projectit , inquit ; præsepe agnito bos currit ad Dominum , & asinus stabulum possessorem invenit : Israël Dominum ignorat , juxta quod lectum est : *Israël non me cognovit omnium Dominum , nec timuerunt iudicium justi.* Per undam pereant sicut sub Noë ; aliorum verò in solitudine genua sunt soluta , alios ignis exussit , ideo quod præcepta nemo servabat.

Hæc audiens Justinus à beato Herme , iratus exclamat : Tu sic loqueris , quasi me possis facere Christianum ? Respondit Hermes : Non te solum , sed circumstantes singulos opto fieri Christianos. Ceterum me sacrificaturum esse ne credas. Tunc Præses à fortissimis Dei victus athletis , communicato cum participibus & adesse ore consilio , talem edidit sævo ore sententiam , & ait : Philippus & Hermes , qui præceptum Romani Imperatoris negligentes , alienos se ab ipsa etiam Romani nominis compellatione fecerunt , vivos jubemus incendi :

ut ceteri facilius agnoscant quanto constet exitio
Imperialia contempsisse mandata. Tunc egressi ibant
gaudentes ad flammam, quasi gregum principes
gemini arietes, omnipotenti Deo quasi sanctum
quoddam munus oblaci. Beatus autem Severus solus
in carcere, quasi navis in pelago fluctuabat gubernatore
deserta, aur quasi ovis relicta in solitudine,
perdito pastore trepidabat. Gaudio tamen attolleba-
tur immani, quod eos duci ad dulce & expetendum
sibi passionis munus audierat. Tunc inflexis genibus
orabat cum gemitu magno dicens ad Dominum.
Omnium fluctuantium quies, portus placidus, spem
sperantibus tribuens, salvator ægrotorum, auxiliator
egentium, dux cæcorum, misericors in eos quos
pœna circumstat, fatigatorum murus, tenebrarum
lumen, fundator terræ, ordinator pelagi, & totius
distributor elementi, cuius verbo cælum, astra &
cuncta perfecta sunt, qui servasti Noë, & Abrahæ
divitias obtulisti; qui liberasti Isaac, & parasti pro
eo victimam, qui cum Jacob exercitatus es palæstra
dulcedinis, & eduxisti Ioth ex Sodomis de terra
maledicta, qui visus es Moysi, & Jesu Nave pru-
dentem fecisti, qui cum Joseph iter habere digna-
tus es, & eduxisti populum ejus de terra Ægypti
ad terram repromissionis adducens, qui auxilio
fuisti tribus pueris in camino, quos sancto majestatis
tuæ rore perfusos flamma non attigit, qui leo-
num ora clausisti, vitam Daniheli & cibum tribuens,
qui Jonam nec maris profundo, nec morsu ceti cru-
delis exceptum lædi passus es aut perire; qui Judith
armasti, qui liberasti Susannam à judicibus injustis;
qui Hester gloriam dedisti, qui Aman perire jussisti,
qui eduxisti nos de tenebris ad lumen æternum, Pater
Domini nostri Salvatoris Jesu-Christi, qui es lumen
invictum, qui donasti mihi signum crucis & Christi,
ne ihdignum me censeas Domine ab hac passione

quam mei obtinuere collegæ ; sed da mihi partem coronæ , ut sim cum illis junctus in gloria , quibus eram junctus in carcere ; habeam cum illis requiem , cum quibus nomen tuum venerabile confessus tormenta judicis leva non timui.

Hac itaque oratione completa , tantum fidelia verba potuerunt , ut postero die id quod postulabat acciperet Itaque & ipse ut fortis Athleta cum illis cum quibus vixerat confessurus ingreditur , & voti compos , non solum quod poscebat obtinuit , sed etiam cito quod quarebat invenit. Beatus vero Philippus manibus portabatur ad flammam. Dolor enim pedum aliter eum ire non passus est. quem tardo passu beatus sequebatur Hermes simili pedum dolore constictus. Sed Hermes iter suum hoc sermone mulcebat dicens Philippo : Doctor optime , festinanter pergamus ad Dominum. Nulla nos cura pedum sollicitet , quibus jam nullus eorum futurus est usus. Saturata sunt enim ministeria terrena , cum ad caelestia fuerit regna perventum. Tunc ad multitudinem quæ sequebatur adjicit. Hoc me passurum Deo ac Domino jam ante annunciantे cognoveram revelatione certissimi. Nam cum dulci sopore devinctus jacerem , columba mihi visa est niveo candore perlucida cubiculum illum ingressa , subito in medio capite consedisse : quæ & inde descendens in pectus , escas mihi gratissimi cibi offerens , statim cognovi quod me Dominus vocare dignatus est , & dignum habuit passione.

Dum hæc loqueretur , ad locum illum in quo pœna parabantur adveniunt. Tunc ex more carnicices beati Philippi pedes humo usque ad genua texerunt , religatas post tergum manus clavis in fusce configunt. Similiter & Hermes descendere jubetur in foissam . qui fusce sustinens trepida hinc inde uestigia , risu nimio sic locutus est dicens : Neque hic

me , diabole , potes sustinere. Et statim super pedes ejus ministri congerunt terram. Ante tamen quām supponeretur incendium , Hermes sanctus quemdam ex fratribus Christianis ibi adstantem vocavit VELOCIUM , quem magna per Dominum Jesum-Christum adjuratione constrinxit , ut ad filium meum * PHILIP-
PUM patris mandata perficeret , diceretque ei , ut red-
deret omnibus quod deberet. Nam & mundi hujus Imperatoris similia sunt præcepta. Præcepit enim singulos ut si quid ab aliis suscepient sine contra-
dictione redhiberi. Reddat itaque singulis quæ de-
bentur , ne mihi aliquem scrupulum doloris incutiat. Hæc autem dicebat de illis quæ à multis tutè sibi credita redditurus acceperat. Addidit etiam hoc amo-
re pietatis & ait : Juvenis es , debes victum labore
tibi quærere , ita ut patrem fecisse meministi , quem scis cum omnibus bene esse versatum. Hac voce
completa , ligatur & ipse post tergum. Tunc à mi-
nistris flamma subponitur : quibus ardentibus quam-
diu sermo duravit , gratiæ reddebantur , & in ultima
gratiarum , amen dulce resonavit.

Sic beati Martyres testimonium vitæ implevere ; felices Christi discipuli , ejus secuti vestigia , per quem illis fuit concessa victoria , comitati etiam doctrinam Apostolorum , & eorum Martyrum qui Apostolos sunt secuti , quorum jam exutæ à labe terrena animæ ad cælestia regna properarunt. Extensæ beati Philippi manus , ut in oratione fuerant , inveniuntur : in corpore & ipse ex sene juvenis reparatus , in pœna & in agone coronandus , quasi adversarium provocans repente conspicitur. Similiter & beatus Hermes facie florens , & colore pretiosus , lividis paullisper auriculis , quasi ex certamine quodam post illud omnibus monstratur incendium. Tunc omni-
potenti Deo gratiæ omnium ore funduntur , qui
dat gloriam in se sperantibus & coronam.

K iiiij

His tamen diabolus contentus esse non potuit : mox Justino Praesidi audaciam furoris menti injectit , ut fortis sanctorum corpora Hebro juberet immergi : ut quibus abstulerat iusta persecutione vitam , ipsam etiam invideat seruituram. Quod cum fuisset effectum , Adrianopolitanæ civitatis veridicos Dei cultores urgebat tanta crudelitas , per aspecta apparant retia , navidia condescendunt ; si cui pescanti eveniat sanctorum corporum grata captura . quibus orantibus non negatur . nam mox inlæsa reti reliquæ involuta retibus extrahuntur. Tunc grata urnatio & auro pretiosior & omni decore gemmarum duodecimo ab ea urbe lapide per tres dies celabatur in villa , qua sermone patrio *Ogetislyron* , interpretatione vero latine linguae *locus possessorum* vocatur. Ea possessio & fontibus abundabat , & nemore ornata , messibus , & vineis. Tunc omnibus Dei est probata majestas , famulos ejus latere non posse quos etiam flumium profunda restituunt ; nec in trepidatione sentire penam , sed festinare potius ad coronam , amen.

A D N O T A T I O N E S.

ET hujus Philiippi passionem ad principatum Juliani referunt. Id non satis exprimunt acta , qua extant in veteri codice , qui olim fuit ecclesia Landunensis. Martyrum pertulit Philippos eo tempore , quo Bassus Praesidis officio in Thracia fungebatur : cum Christianorum ecclesiis claudi , sacramque supellectillem expilaris ab Imperatore mandatum est . quod Juliani temporibus recte quadrat cum ex superioribus actis , cum ex aliis historicis etiam profanis.

INCIPIT PASSIO

SANCTORUM SCILLITANORUM,
quod est XVI Kal. Augufti.

IN diebus illis praesidente bis Claudio Consule, XVI Kal. Aug. Kartagine in Secretario impositis SPERATO, NARHALO, & CATTINO; DONATA, SECUNDA, VESTIA; SATURNINUS Proconsul dixit: Potestis indulgentiam Domini nostri Imperatoris promereri, si ad bonam mentem redeatis. Speratus dixit: Numquam male fecimus; iniuritati nullam operam præbemus; numquam malediximus, sed male accepti gratias egimus. Propter quod Imperium nostrum * obſervamus. Saturninus Proconsul dixit: Et nos religiosi sumus, & simplex est religio noſtra: & juramus per ingenium Domini nostri Imperatoris, & pro ejus salute ſupplicamus. quod & vos quoque facere debetis. Speratus dixit: Si tranquillas præbueris aures tuas, dico mysterium....

* f. vel
traham.

ADNOTATIONES.

Optandum eſſet, ut hec acta Sanctorum Scillitanorum integra eſſent in codice Augiensi, ex quo ſuperiora deſcripſimus. Sed nescio quis folium ſequens detrahendo, præclarum hoc monumentum nobis invidit. Exſtant quidem acta integra apud Baronium ad annum 202. at cum non levi diſcrimine ab hoc fragmento. ſic apud Baronium. Exſtente Claudio conſule, quarto decimo Kalendas Auguftas, Carthagine metropoli, ſtatuto forenſi convertu, præceperunt maſtratus adſtare ſibi Speratum, Narzalem, Cittinum, Donatam, & Vestinam. Et adſtantibus eis

Saturninus Proconsul dixit : Potestis veniam à Dominis nostris Imperatoribus Severo & Antonino promereri, si bono animo conversi fueritis ad Deos nostros. Speratus dixit : Nos minime aliquando malum fecimus ; neque iniuriam sequentes, in peccatis egimus operationem ; nec aliquando cuiquam malediximus : sed malè suscepisti à vobis , gratias egimus semper. Quam ob rem Dominum verum & Regem adoramus. Saturninus Proconsul dixit : Et nos electi sumus , & mitissima est elegantia nostra : & juramus per genium Domini nostri Imperatoris , & pro salute illius intercedimus. quod & vos facere debuistis. Speratus dixit : Si tranquillas adhibeas mihi aures tuas , dicam mysterium , &c. *Hec referre visum est ad excitandam apud Studiosos aliorum auctorum inquisitionem.*





V · A · R · I · A
O P U S C U L A
E T M O N U M E N T A.

F R A G M E N T U M.

C A N D I D I A R R I A N I ad Marium
Victorinum.

Dei est omnis substantia. Deus igitur non est substantia. Per Deum enim substantia. Quomodo igitur, posterius cum sit substantia, Deum substantiam dicimus? Si enim dicimus Deum substantiam esse, cogit nos ratio & in istud, ut confiteamur substantiam priorem esse à Deo. Etenim verè substantia subjectum quiddam est. Quod autem subjectum est, simplex non est. Simul enim intellectus accipit aliud quid esse in subjecto, cùm subjectum audierit. Sed enim simpliciter Deus est. Insubstantialis ergo Deus. Si autem insubstantialis, nullum ergo consubstantiale à Deo est, etiamsi à Deo aut appareat, aut natum sit. Dicunt quidam generationem esse à Deo, juxta nomina à motu typum nominant. Quid deinde verò ab istiusmodi typo? Deus enim spiritus est: Spiritus autem naturam suam nunc intendit in se, mox ipsum residit. Illius modi motione repente erumpit filietas quadam: & hæc est generatio à Deo. Quomodo

CANDIDI
PIST.

igitur ? ut effusio , an ut emissio , an ut resurgentia , an ut aliud quid horum ? Quid deinde rursus ? ut pars à toto , an totum ? quorum quocumque est , aut imperfectus est si partem effundit , & diminutio efficitur , Patris pars cum sit filius : aut vana generatio , si totum à toto apparuit . Nulla etenim causa ab eodem ipso idipsum generari , et si duplex generari necessitas fuit . Utrumque ergo imperfectum , & id quod est prius in conversione .

Sed enim insurgente in se Spiritu apparuit tantummodo aliud sine aliqua effulgentia . Id est manifestum . Quomodo quod secundum est ? ex his est quæ non fuerunt ? Factum est ergo non natum , & idcirco non quod substantiale . A Deo igitur nulla generatione . Quid autem ex ipsis omnibus cogitur atque colligitur , ô mi dulcis VICTORINE ? Quomodo Dei filius qui est $\Delta\gamma\epsilon$ apud Deum Jesus-Christus per quem effecta sunt omnia , & sine quo nihil factum est , neque generatione à Deo , sed operatione à Deo est primum opus & principale Dei . Sed dedit ei nomen supra omnia nomina , Filium meum appellans & unigenitum . quod solum opera sua fecit . Effecta autem ex his quæ non sunt , quoniam potentia Dei quod non est adducit ut sit . Hoc autem & Jesus per quem facta sunt omnia , hoc est ex his quæ non sunt ea quæ sunt effecta .

Sed esto distat , quod Deus fecit Jesum perfectum omnimodis : Jesus autem alia non eodem modo , et si perfecta , fecit . In quo igitur Jesus effector est eorum quæ sunt de his quæ non sunt secundum operationem ? Et in Patre est ipse , & in ipso est Pater , & ambo unum sunt . In quo autem non idem potest , ut alter accipitur . Non enim aliud omnimodis perfectum operari valet : sed neque propria operatione operatur , neque propria voluntate : sed eadem vult quæ Pater & ipse . Etiam si habet voluntatem , dicit

tamen , sed non ut ego volo , sed ut tu . Et multa in voluntate Patris non scit , sicuti judicii diem : & iste passibilis est , ille impassibilis : & ille qui misit , iste qui missus est : & alia istiusmodi in eo quod induit carnem , in eo quod mortuus est , in eo quod resurrexit à mortuis . quæ ista Filio contigerunt , Patri autem incongruum . Operi autem ejus non incongruum . Sit opus in substantia , quæ receptrix est diversarum qualitatum , & magis contrarium *.

CANDIDI
EPIST

Quod autem Deus fecerit Iesum Christum , sacra lectione dicit in Actibus Apostolorum . Certissime autem sciatis omnis domus Israël , quoniam fecit nobis Deus Dominum Iesum-Christum , quem vos crucifixistis . Item apud Salomonem : Fecisti me propositum ad omnes vias Hoc antem significat & in Evangelio secundum Johannem , Et quod effectum in eo est , vita fuit . Si in ipso aliquid factum est , & ipse factus est , magis autem si ipse vita est . Nullus igitur velut insuave accipiat , Iesum opus esse Dei omnimodis perfectum Dei virtute , Deum Spiritum supra omnes Spiritus ; unigenitum operatione , potentia filium , substantia factum , non de substantia . Etenim omnis & prima substantia Jesus , omnis actio , omnis ἀρχή , initium & finis . Eorum enim quæ facta sunt est initium , & finis omnium quæ sunt corporum aut incorporum , intellectibilium aut intellectualium , intelligentium aut intellectorum , sensibilium aut sensuum , præ principium aut præcausa ; & præstatio & effector , capacitas , plenitudo , per quem effecta sunt omnia , & sine quo nihil ; salvator noster , universorum emendatio , ut servus in nostram salutem ; Dominus autem in peccatorum & impiorum punitionem , gloria vero & corona iustorum atque sanctorum . Explicit .

* I. con-
trarium.

R E S P O N S I O

MARII VICTORINI Rhetoris urbis Romæ
ad CANDIDUM ARRIANUM.

MAgnam tuam intelligentiam , ô generose CANDIDE quis fascinavit ? De Deo dicere super hominem audacia est. Sed quoniam funditus , est animæ nostræ nūs malexīs ; sensus paternus , & Spiritus desuper missus figurentes intelligentiarum inscriptas ex æterno in nostra anima vovet ; ineffabiles res & investigabilia mysteria Dei voluntatum aut operationum quasi quædam mentis elatio animæ nostræ vult quidem videre , & etiam nunc vitalis ita corpore difficile intellegere solum , edicere autem impossibile. Dicit enim beatus Paulus . *O altitudo divinitarum & sapientia & cognoscencia Dei , quomodo ininvestigabilia sunt iudicia Dei , & sine vestigiis ejus via !* Dicit etiam Esaias : *Quis enim cognovit Domini mentem , aut quis fuit ejus consiliator ?* Vides igitur beati * cognitionem de Deo. An istas scripturas vanas esse opinaris ? Sed nomine Christianus , necesse habes accipere atque venerari scripturas in clamantes Dominum Jesum-Christum. Si istud tibi necessarium est ; & hoc necessarium , ea quæ in ipsis de Christo dicuntur , sic quemadmodum dicuntur , credere. Dicunt enim Jesum-Christum Filium Dei esse unigenitum , ut dicit David Propheta : *Filius meus es tu , ego hodie genni te.* Dicit & beatus Paulus : *Qui ne suo quidem filio separavit .* Et rursus : *Benedictus Pater Domini nostri Iesu-Christi.* Deinde frequenter & ipse dicit : *Ego & Pater unum sumus.* Et , *Qui me vidit , vidit & Patrem.* Et , *Ego in Patre & Pater in me.* Hæc dicens , si Deus fuit , non mentitus est. Filius ergo Dei Christus. Si mentitus est , nec

opus est Dei. Sæpe & multis milies dicuntur ista. An tibi non apparet ubique sic dici? Audi aliud de nobis. Nos dicimus esse nobis Patrem Deum, & maximè. Quæ causa, & juxta quid? quoniam Deus caritate prædestinavit nos in adoptionem per Christum. Numquid & Christum per adoptionem Filium Deus habet? **N U L L U S A U S U S E S T D I C E R E :** fortasse nec tu. Vide qualis blasphemia ex isto dicto nascatur. Dicimus esse nos heredes Deo Patri, & per Christum heredes per adoptionem existentes filii: & Christum dicimus non esse filium, per quem nobis efficitur filios esse, & coheredes fieri in Christo? Multa dixisti de Christo & vera omnia, & ut se habent, & ut omnia, quoniam potentia est Dei, & omnipotens potentia, & universus $\lambda\gamma\sigma\tau$, & omnis operatio, & omnis vita, & alia plurima. Assecutus ergo est istiusmodi bona effectus ab his quæ non sunt? & beatum* est quod non est ab eo quidem sine dubio intellectus, & sacrilegus plenusque blasphemiae: Dominum super omnia, omnia quæ sunt, omnia quoque quæ non sunt ab his quæ non sunt facere quod sit, non ab his quæ sunt. Quid enim putandum esse? Et siquidem putandum, Deum esse supra omnia, & quæ sunt, & quæ non sunt: advertamus* id quod sit, non id quod non sit Deum esse credimus. Præstat igitur quod est, & præstat per ineffabilem generationem, & præstat existentiam $\tau\pi\tau$ vitam, non qui sit ista, sed supra omnia. Si igitur Deus quod non est, non est, est autem quod supremum, id est quod vere $\tau\pi\tau$. Potentia ipsius $\tau\pi\tau$ quæ operatione in generationem excitata ineluctibili motu genuit $\tau\pi\tau$ $\delta\eta$ omnimodis perfectum à toto potentia totum $\tau\pi\tau$ $\alpha\tau$. Deus igitur est totum $\tau\pi\tau$. Jesus autem ipsum hoc totum $\alpha\tau$. Sed jam in existentia & vita & intelligentia universale omnimodis perfectum $\alpha\tau$. Hic est filius, hic omnis

VICTORI-
NI LIBER.

λόγος, hic qui apud Deum & in Deo λόγος, hic Jesus-Christus ante omnia quæ sunt, & quæ vera sunt; prima & omnis existentia, prima & omnis intelligentia, primum & omnimodis perfectum ἐστιν, ipsum εἶναι primum; nomen ante omnia nomina. Ab isto etenim omnia nomina, sicuti declarabitur.

Volo autem audire, ὦ μήδι dulcissime Candide, quid esse *αξιότερον* quod non est? Si enim Deus omnium causa est: & ejus cui est esse, & cui est non esse, causa Deus est. Sed si causa non est; id quod non est. Causa enim ut ἐστιν, sed cui sit futurum esse ἐστιν. Sed esto hoc ipso quod causa supra vere ἐστιν. Quod igitur *ανόδημον* ἐστιν, idest quod non est, hoc autem quod ad ἐστιν causa est, vere per * εἶναι dicitur, & juxta istam rationem causa est Deus; & eorum quæ sunt, & eorum quæ non sunt.

Definiendum igitur id quod non est, quod quidem intelligitur & vocatur quatuor modis juxta negationem omnino omnimodis, ut privatio sit existentis: juxta alterius ad aliud naturam: juxta nondum esse, quod futurum est, & potest esse: juxta quod supremum omnia sunt est esse. Quid igitur dicimus? Deum ἐστιν? An τὸ μὴ ἐστιν appellabimus? itaque omne εἶναι, quoniam eorum quæ sunt Pater est, sed Pater eorum quæ sunt non est τὸ μὴ ἐστιν. Nondum enim sunt ea quorum Pater est, & non licet dicere, nefas est intelligere, eorum quia sunt causa ἐστιν appellare. Causa enim prior est ab his quorum causa est. supremum ἐστιν igitur Deus est, & juxta quod supremum est μὴ ἐστιν Deus dicitur, non per privationem universi ejus quod sit, sed ut aliud ἐστιν ipsum quod est μὴ ἐστιν juxta ea quæ futura sunt τὸ μὴ ἐστιν, juxta quod causa est ad generationem eorum quæ sunt τὸ μὴ ἐστιν. Verum est igitur dicere Deum Patrem esse, & juxta causam esse & eorum quæ sunt. Voluntate igitur Dei in generationem veniunt, & quia sunt, & quia non sunt.

Et

Et non aestimes quæ non sunt quasi per privationem eorum quæ sunt. Nihil enim istorum neque intelligitur, neque existit. Si enim mundus & illa superna subsistunt omnia, & sunt nullum $\mu\nu$ $\sigma\tau$ juxta privationem, sed subintelligentia quædam est ab his quæ sunt privationem eorum subintelligere non subsistentis, ne ipsius quidem subintelligentiae, neque sic existentis ut eorum quæ sunt. Quædam igitur quæ non sunt, quodammodo ut ipsa quæ sunt, quæ post generationem aut in potentia sua, aut in alio fuerunt, unde generata sunt; secundum illos modos juxta circa aliud natura, & juxta quod nondum est, esse quod futurum est & potens esse.

Primo igitur Deus, & super quæ sunt est, & super quæ non sunt. Quippe generator ipsorum & pater juxta quod causa est. Deinde secundum generationem à Deo aut secundum effectionem quæ sunt apparuerunt. Apparuerunt autem & $\mu\nu$ $\sigma\tau$. Ipsorum autem quæ sunt, alia sunt vere quæ sunt, alia quæ sunt, alia quæ non verè non sunt, alia quæ non sunt. Ad illa quæ verè non sunt, non recepit esse plenitudo Nēi. Juxta enim quod est esse, & aliquo modo esse plenitudo. Plenitudo est, sola emphasi existentiae. In intelligentia eorum quæ verè non sunt, quæ juxta subjectionem ab his quæ non verè quidem sunt, quodam tantum modo sunt, incipiens imaginata est circa id quod verè non est. Audi quemadmodum dico. Sunt quædam ejus quod sit natura manifesta, sicuti sunt quæ verè sunt, & omnia supremum * cœlestia, ut spiritus $\nu\tau\sigma$, anima, cognoscencia, disciplina, virtutes, $\lambda\gamma\pi\iota$, opiniones, perfectio, existentia, vita, intelligentia, & adhuc superioris existentialitas, vitalitas, intelligentias, & supra ista omnia $\sigma\tau$. Solum istud ipsum quod est unum, & solum $\sigma\tau$ in ista nostra $\nu\tau\sigma$ si recte ingreditur, comprehendit ista: & ab his formatur & stat intelligentia,

Vet. Analect. Tom. IV.

L

VICTORI-
NI LIBER.

jam non in confusione inquisitionis existens.

Sed quoniam intelligentia talis de altero est, apprehensio & definitio quædam efficitur. Alia *īrta* solum *ōrta* esse : quoniam in eo quod est alterius est, & aliud intellectuale ad intellectibile. Ergo intellectibilia ea sunt, quæ verè sunt intellectualia quæ sunt tantum. Sunt autem ista omnia animarum in natura intellectualium, nondum intellectum habentium, sed ad intelligentiam accommodata. Excitatus enim in anima *rū*, intellectualem potentiam animæ illucrat, & illuminat, & invultuat, ac figurat : & inhaesitur animæ intelligentia & perfectio. Et idcirco & substantia dicitur anima, quoniam omnis substantia subjectum est : subiectum autem alteri alicubi subjacet. Subjacet autem anima *īr vī* & spiritui. Substantia igitur anima. Omnia ergo quæ animæ sunt solum *īlæ* sunt, non quæ vere sunt. Anima igitur non causa apprehendit quæ vere sunt : quoniam si ingreditur *vī* in animam intellectualium, apprehendit item & *īlæ*, hoc est ipsa illa intellectualia. Intelligit enim anima, quoniam anima est : & sic ab his quæ sunt intelligentia efficitur ipsorum quæ sunt, hoc est eorum quæ vere sunt. At verò alia duo quæ non vere non sunt, & quæ non sunt, ab istis intelligentiam sumunt per conversionem intelligentiae *īr vīos*. Etenim non intelligit *īr unī* *ōr*. Accipit ergo *īr unī* *ōr*, veluti exterminatio *īr vīos* est. Exterminatio autem insiguratum quiddam est : sed tamen est, non tamen sicut *īr* est. Omne enim *īr* & in existentia & in qualitate figuratum & vultuum est. Ergo *īr unī* *īr* insiguratum, est aliquid quod insiguratum est. Ergo *īr unī* *ōr* est aliquid. Sunt igitur *unī* *ōrta*. & idcirco sunt quæ non vere non sunt ; & posteriora sunt ad id quod est esse ea quæ non vere non sunt, quamvis quæ *unī* *ōrta* sunt. Propter quod efficitur *īr vīos* iste naturalis ordo *ōrta*, *ōrta*, *unī* *ōrta*, *unī* *ōrta*.

Diximus autem quæ sunt, quæ vere sunt, & quæque sunt. Nunc autem dicemus quæ sunt, quæ non vere non sunt, & quæ sunt quæ non sunt.

VICTORI-
NI LIBER.

Intelligibilis & intellectualis cum sit Dei potentia, juxta intelligentiam apparuerunt cuncta quæ sunt: Sed intelligentia dupliciter operatur sua propria potentia intellectuali, & juxta imitationem intelligenti etiam sensu. Rursus autem sensus simulacrum cum sit intellecti & imitamentum intelligendi, si perfectè percipit operationem intelligentiæ, quæ illam fortificat in operari atque agere, efficitur sensus propinquus atque vicinus puræ intelligentiæ: & ista est quæ caelestia apprehendit, & ea quæ in æthere, & ea quæ in natura & in æther gignuntur & regnuntur, & alia hujusmodi quorum est potentia in sensuali intelligentia, & est illis esse quodammodo esse, & non esse. Cælum etenim & omnia in eo, & universus mundus ex eo consistens & specie in commixtione est. Ergo non est simplex. Hujus igitur mundi quæ partes sunt participantes animæ intellectualis, in potentia & in natura sunt eorum quæ vere non sunt, utuntur enim intelligentiæ. Sed juxta sensum intelligentia & sunt juxta sensum versibilia & mutabilia: juxta verò intelligentiam inversibilia & immutabilia. Quomodo autem istud sensus nihil aliud apprehendit nisi qualitates: subjectum autem, idest substantiam nec percipit nec apprehendit. Versibiles enim qualitates sunt, substantia autem inversibilis. Sed cum sit anima substantia, dicitur & ita versibilis. Quomodo istud? sic habeto.

Cum suscipit & intelligit anima quæ sunt in mundo, si illa intelligit quæ sunt animalia, & animata, in eo quod est habere animam sunt quæ non vere non sunt. Quodam enim modo *in* juxta quod animam habent, quodam modo *ex* juxta quod conversibilem *in* habent, & qualitates versibiles;

VICTORI-
NI LIBER.

& sunt hæc quæ diximus μὴ ἐντος μὴ ὄντος. Cùm autem subintelligimus solam in animam ψυχήν (in animum autem dico quidquid sine intellectuali anima est circumlatu sensu circa qualitates) quasi apprehendit quæ μὴ ὄντα sunt. Versibiles enim qualitates & juxta hoc μὴ ὄντα. Etenim idipsum subjectum , quæ ψυχή dicitur , indeterminatum est. & ideo sine qualitate dicitur. Si autem determinatur , qualitas dicitur . non qualis ψυχή ; & sunt primæ qualitates , ignis , aér , aqua , terra , ipsa secundum se sine commixtione vel alicujus unione. Si igitur ista qualitates , & ista ψυχή qualitates : igitur ψυχή. Non enim , ut accidens , accedit εἰς ψυχήν , sed ista est qualitas. Non potest enim esse qualitas ipsa per semet , sed eo quod est , hoc ipso ψυχή est , & semper hylica cum sit , nihil aliud quam ψυχή est. Sicut & anima juxta quod intellectualis est , anima est : & juxta quod semper movetur , & à se movetur. Non secundūm duplicationem neque secundūm accidens ista anima est : sed quod istae qualitates substantia est anima , sic etiam εἰς ista qualitas ipsa substantia ψυχή. Differt autem anima ab ψυχῇ. Dicunt enim quidam quod anima ψυχή est , quod subjectum & qualitas eadem ipsa sit substantia & anima , & ψυχή. Sed differt , ut dixi , quoniam anima intellectualis cùm sit , intelligit & semet semetipsam. At verò ψυχή omnimodi omnino intelligens cum sit , neque intelligentiam , neque sensum in sensu habet. Et idcirco anima ea est , quæ sunt cùm ipsa sola pura & mixta τῇ ψυχῇ. ea quæ non verè non sunt , omnium nutrix anima , & ψυχή omnium nutrit , sed anima propria virtute omnium nutrit est & vita generatrix. ψυχή autem sine anima effecta & densa facta num manet animationem ab anima animam habens. Sunt igitur & dicuntur ista μὴ ἐντος de his quæ non sunt.

Habes igitur quatuor , quæ verè sunt , quæ sunt ,

que non verè non sunt, quæ non sunt. Per conversionem autem & complexionem horum nominum adhuc duo modi subaudiuntur, quæ non verè sunt, & verè quæ non sunt: Sed enim quæ non verè sunt ea quæ tantum sunt significant: solum enim sunt quæ non verè sunt. At veò quæ verè non sunt, ad id ut sint locum non habent. Deo enim plenis omnibus nefas & impossibile, quia verè non sunt, & dici, & esse, quæ intelligentiæ sola, sicuti declaravimus, non ab his quæ non sunt, sed ab his quæ sunt secundum privationem adnascantur in anima, neque in sua substantia, neque in intelligentia positis quæ verè non sunt. Eamus ergo ad videndum quid sit Deus, & in quibus est. Verè quæ sunt prima & honoratiora sunt. Numquid in ipsis Deus! Sed & his causa est, & horum dator & Pater, & non est dicere hæc esse ipsum, quibus ut essent dedit. Cùm sit enim unus & solus & simulata esse voluit, non illud ipsum unum, sed illud quod est unum esse, hoc voluit multa esse.

Fortè nunc dicas, ô Candide, meus hic sermo est. Et secundum istam rationem dico ex his quæ non sunt natum esse filium Dei secundum effectionem, non secundum generationem. Sed *in virtute* quæ esse diximus, numquid omnino quæ non sunt? Sed jam in confessio est, quod non & hoc in confessio est, quoniam quæ non sunt juxta modos dicuntur quatuor: ex quibus duo juxta nihilum omnino, & juxta super omnia. Alii verò, hoc est juxta ad aliud naturam, & juxta quod nondum est, quod est potentiam esse, non jam actionem esse.

Quid igitur verò Deus? Si ne unum quidem est, neque quæ verè sunt, neque quæ sunt, neque quæ non verè non sunt, neque quæ non sunt. Ista enim præstat Deus, ut causa ipsis omnibus. Eorum autem quæ verè non sunt, Deum esse, nefas est suspicari

VICTORI-
NS LIBER.

necessario per prælationem & per eminentiam τὸν
 ἐντὸν. Deum dicemus supra omnem existentiam ,
 supra omnem vitam , supra omnem cognoscentiam ,
 supra omnem ὥραν & ἡμέραν. Quippe inintelligibile,
 infinitum , invisibile , sine intellectuali , insubstan-
 tiale , incognoscibile. & quod supra omnia , nihil de
 his quæ sunt , & quoniam supra quæ sunt nihil de
 his quæ sunt. μὴ ὥρα ergo Deus est. Quid autem istud
 τὸ μὴ ἔστι ? super τὸ ὥρα est , quod non intelligatur ut
 ὥρα neque τὸ μὴ ὥρα. Sed ut in ignoratione intelligi-
 bile , quoniam ὥρα , & quoniam non ὥρα , quod sua ip-
 sius potentia τὸ ἔστι in manifestationem adduxit & ge-
 nuit. Est autem λόγος istud sic se habere. Quid verò
 Deus ? qui super ὥρα est , ab eo quod ipse est , sicuti
 ipse est produxit. An ab alio ? an à nullo ? ab alio ?
 Et quo alio ? nihil enim ante Deum fuit. Neque ut
 Deo ex altero par. A nullo igitur. Et quomodo Deo ?
 Si enim τὸ ὥρα produxit , verum est dicere quoniam à se
 metipso qui super τὸ ἔστι est , τὸ ἔστι generavit quamquam
 de nihilo. Quid enim supra ὥρα primè est ? abscondi-
 tum ὥρα est. Absconditi verò manifestatio generatio
 est. Siquidem & potentia ὥρα operatione ὥρα generat.
 Nihil enim sine causa in generatione est. Si Deus
 causa est , omnium causa est , & τὰ ὥρη in genera-
 tionem . quippe cum super τὸ ὥρα sit , vicinus cum
 sit τῷ ὥρη , & ut pater ejus & genitor. Etenim gra-
 vida occultum habet quod paritura est. Non enim
 fœtus non est ante partum , sed in occulto est ; &
 generatione pervenit in manifestationem ὥρα opera-
 tione , quod fuit ὥρα potentia. Et ut quod verum est
 dicam , ὥρα operatione τὰ ὥρη etenim foris opera-
 tione generat. Quid autem generat ? Quod fuit in-
 tus. Quid igitur fuit intus in Deo ? nihil aliud quàm
 τὸ ὥρα , verum τὸ ὥρα , magis autem τεχνητὸν quod est su-
 pra generale ὥρα genus quod supra ὥρη ὥρη , ὥρα jam
 operante potentia. Hic est Jesus-Christus. Dixit enim

enim ipse : *Si interroga verit quis te misit ? dico*, ô ων. Solum enim illud è semper èr, ô ων est. Filius ergo Jesus-Christus, & solum natus filius. quoniam illud περιον nihil aliud genuit quam èr ante omnia & omnimodis perfectum èr, quod non potest esse cum altero.

VICTORI-
NI LIBER.

Et quoniam quod omnimodis perfectum est altero non eget : (universale enim è unum est & solum èr, & super genus generale èr) unum est & solum èr. Quoniam verò hoc èr non illud est èr quod potentiam perfectam habet, ante omnia quæ verè sunt, & quæ sunt primum èr, à quo sunt omnia quæ sunt & per quæ, & in quo. Hujus gratiâ èr quod operatione est, imago est illius èr. Quid potentius est ? secundùm nullum progressum semper in semet manens.

Quid deinde nos dicimus Jesum ? τὸ εἶ , primum ante omnia èr, per quem omnia quæ sunt. Hoc est enim nomen supra omne nomen. Principium enim nominum τὸ εἶ , & principium substantiarum, sicut frequenter & in multis declaravi. Rursum verò Jesum, non λόγον circa Deum esse diximus, & magis & in principio λόγον, & ipsum istum λόγον Deum esse dicimus. Clamat res ipsa per cervicem * Johannem : Αἴones etiam confidentur istud se sic habere.

Dictum est autem quia in principio fuit λόγος &, ut tu dicas, non est principium quod praecedit aliud principium. Sine principio enim principium, siquidem & est & dicitur principium. Qui igitur in principio fuit ex æterno est sive in Deo, sive circa Deum. Erat enim circa Deum λόγος, & in principio erat. Ergo semper fuit. Si semper fuit, necesse est enim eum ab his quæ non sunt neque factum esse. Dicit Johannes : *Deum nullus vidit aliquando. Unigenitus filius qui est in gemitio Patris enarravit.* Habemus igitur ista eadem, quoniam Deus èr est, quoniam

VICTORI
NI LIBER.

$\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ est , quoniam in principio fuit , quoniam circa Deum fuit , quoniam in gremio Dei est . Ista omnia num manifeste & dilucide significant filium esse , cui attribuuntur ista & ante omnia ? Si Pater Deus antequam est , esse potentia accipitur ipsius quod est . quod quidem non est à sua potentia in suo Patre exsiluit ipsum non manifestationem accipiens , quod fuisset occultum . & ista divina & ineffabilis generatio est . Exterminandum igitur dogma est , ex his quæ non sunt esse Deum .

Videamus rursus aliud si $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ est Jesus ? Quid est $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$? Dico quoniam patrica activa quædam potentia , & quæ in motu sit , & quæ seipsa constituant , ut sit in actu , non in potentia . Si istud sic est , quare $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ circa Deum erat ? necessario circa istud ipsum , ut per istum $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ gignerentur omnia , & sine illo nihil . Operatur ergo Deus per $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$, & semper operatur $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$. Igitur activa potentia est & in motu , & quæ constituant ut sit actione quod fuit in potentia . Istum igitur dicimus , quoniam in principio fuit . In principio autem esse , non generatum esse significat . Et verè propterea Deus est $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$, quoniam circa Deum & in principio fuit , sicuti & Deus non genitus est $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$, cum Deus ipse $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ sit , sed silens & requiescens $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$, ut videas necessitatem cognoscendi : multo magis non genitum esse $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$, quām ipsum fieri ex his quæ non sunt . Quid deinde cognoscientia nostra ? quemadmodum fertur ? quomodo movetur ? juxta $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$? non sic $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ videt . quoniam aut propter aliud est , aut alterius est juxta quod est . Ad hoc est , ut aliud esse constituant , & omnino non aliter . Pater ergo omnium & generator $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ per quem omnia effecta sunt , & sine quo factum est nihil . Sed hujus hoc est . non $\lambda\acute{o}\gamma\sigma$ hujusmodi potentiam aliud constituendum & faciendi potentiam . Non sic oportet audire , sicut in omnium causando .

Ipse enim constitutivus est & ipsius $\pi\lambda\gamma\varsigma$ si enim prima causa non solum omnium causa , sed & sibi ipsi causa est. Deus ergo à seipso & $\lambda\gamma\varsigma$, & Deus est.

VICTORI
NI LIBER.

Sed quoniam esse ipsum , quod est moveri & intelligere , hoc est agere ; primum est potentia & constitutiva potentia , primum inquam est. Necessario igitur ipsum esse præcedit & moveri , & intelligere , & agere ab eo est quod est esse. Est autem secundum quod est in actu esse , hoc est filium esse. Filius ergo & Pater idem ipse , & magis istud quam illud ipsum esse quod est Pater : quod est esse , hoc est agere & operari. Non enim aliud ibi esse , aliud operari. Simplex enim illud unum , & unum & solum semper. In Patre igitur Filius & in Filio Pater.

Quomodo igitur effectum est ? quomodo Pater & Filius si simul ? Neque simul ambo , sed unum & solum & simplex , si hoc oportet querere : sufficit enim solum credere. Dicamus in quantum fas est. Primum manifestum est , quoniam $\lambda\gamma\varsigma$ neque alias neque ab altero circa Deum. Dicit enim Evangelium. *In principio erat $\lambda\gamma\varsigma$, & $\lambda\gamma\varsigma$ erat circa Deum.* Rursus dicit : *Unigenitus Filius , qui est in gremio Patri.* Quomodo ista dicta aut accipis aut intelligis ? Romani $\tau\epsilon\zeta\pi\eta\theta\sigma\tau$, apud Deum dicunt , quasi penitus intus , id est in Dei existentia. & hoc verum. In eo enim quod est esse , inest & operari. In Deo enim $\lambda\gamma\varsigma$, & sic in Patre Filius. Causa enim est ipsum esse ad actionem. oportet enim esse primum cui inest operari : & sunt ista duo secundum virtutem Dico duo : secundum autem intelligentiam simplicitatis unum & solum. Si igitur causa est ipsum esse ad actionem , generatur autem genere ab eo quod est esse. Esse autem Pater est : operari ergo Filius.

Quæ igitur generatio est , aut apparentia actionis ?

VICTORI-
NI LIBER.

Primum autem , si oportet istud dicere , neque empha-
sim temporis accipiat. Primum secundum intel-
ligentiam dico. Primum igitur ipsum esse in semetip-
sum conversum & moveri & intelligere intus in re-
quie positam beatitudinem omnimodis perfectam
custodit. Est autem & ipsum beatitudinis & magni-
tudinis Dei , & intus , & foris & moveri , & ope-
rari. omne enim quod est omne , & intus , & foris
est. Quomodo istud & intus & foris Deo exsidente
& in onini , & in toto postea dicendum.

Nunc autem accipe causam intelligendi , empha-
sim temporis juxta prius & posterius , omnino sine
tempore effectis omnibus : ex aeterno enim omnia.
Deus igitur omnimodis perfectus , & supra omni-
modis perfectus is qui omnia creavit , & qui om-
nium causa est , non ipsum illud solum quod unum
fuit & solum , sed & multa , & omnia quae potentia
& esse fuit , & voluit esse omnia. Alia vero omnia
sine actione , quomodo possibile fuit esse ? Exsilivit
igitur Dei voluntate actio ipsa , aut actio ipsa volun-
tas fuit. Simplex enim omne ibi $\lambda\omega\rho\varepsilon$. Ergo qui est
in Deo ipse Deus , qui est ipse & voluntas , ipse in-
telligentia , & actio , & vita , ex se genito motu ab
eo quod est esse processit in esse suum proprium , id
est in quod est agere apparuit ipsum agere , quod
quidem effectit omnia. Ipsum vero natum est ab eo ,
quod esse in id quod est agere , habens in eo quod
est agere & esse. Sicut illud esse & agere habet &
esse ; sic hoc agere habet & esse ; ipsum autem agere
hoc est esse , ut illud esse hoc est quod agere. Unum
ergo & simplex haec duo. Id si ita est , neque ex
nihilo Jesus , qui ab eo quod est esse apparuit actio :
cum ipsa actio & in eo fuit quod est esse neque non
quod est ; quia esse quod substantiale est , unum utriusque
est , & una actio. quippe cum ipsum esse & agere ,
ipsum & agere & esse. Hic est Filius , hic a Patre ,

hic circa Deum , hic qui est in gremio Patris : hoc est intus , & hic foris. Opere enim foris in eo quod est esse ; intus & in Patre , in Deo ipse Deus qui sit : actione autem qui sit Filius : & ubicumque est , & esse est & actio : & isto modo Pater est , & Filius & Deus & $\lambda\delta\sigma\tau\alpha$.

VICTORI-
NI LIBER.

Ubi igitur est intellectus nefandus & blasphemus ? ubi habet locum aliud quid esse , & ab alio , & magis ex nihilo Jesum-Christum & Filium ? Ubi est ipsum illud quod nihilum est ? Quod verè nihil est , non incidit in Deum , neque in excogitationem Dei. Vera enim excogitatio Dei ex veris est. Porro autem quod verè non est , falsum est. Non igitur excogitat Deus quod vere non est , sed nos fallit. Quomodo Dei potentiam in isto magis credimus , si ab his quæ verè non sunt , efficiat illa quæ sunt ? sed in quantum Dei potentia omnia potest , in tantum juxta quod potentia est , nihil aliud generat quam quorum potentia est , ut sint eorum aut quæ verè non sunt omnimodis omnino nulla potentia.

Quomodo igitur nulla existente potentia eorum quæ non sunt , effecta est actio eorum quæ sunt ? Quippe si est Dei potentia esse ex his quæ non sunt ea quæ sunt , jam secundum potentiam esse sunt $\delta\pi\tau\alpha$ illa ipsa $\mu\eta\pi\tau\alpha$. & idcirco non esse illa diximus , quæ in abscondito posita & in potentia nondum apparuerunt actione. Fuerunt enim omnia in Deo. eorum enim quæ sunt semen $\lambda\delta\sigma\tau\alpha$ est. $\lambda\delta\sigma\tau\alpha$ autem in Deo operatione id est virtute Deus qui est filius , appauerunt omnia & facta sunt.

Sed dicunt quidam sacrilegi : Si circa Deum fuit $\lambda\delta\sigma\tau\alpha$ & supra gremium Dei existens filius non intus in gremio : foris intelligitur non intus. Quid vero ? Animam hominum inspiravit Deus intus ex se : Omnim autem creatorem & liberatorem & sanctificatorem ipsius illius animæ , & totius ipsius hominis

VICTORI-
NI LIBER.

salvatorem & erectorem in Angelicam virginem non intus emisit ? Quid verò autem hominem dextra formavit , & altera pecora & quadrupedia & omnia ? & rursus ex aqua animam viventem avium & aliorum in aqua ? hoc est ab alio in aliud , & hoc est ab his quæ non sunt . Jesum verò unde dicis ? Ante omnia enim filius . num ergo ab inani & omnimodo de nullo ? Deinde corpus ejus firmavit animam , an spiritum ? Corpus non habuit antequam in mundum ingrederetur , sed animam ? Jam igitur & in eum insibilavit , neque in eum . Quomodo autem in ipsum ? Non enim habuit corpus : sed si quod insibilavit , ipsum fuit Filius . Si ita istud est , à Deo Filius , sic & Spiritus . A nihilo enim non est spiritus . Dicit enim Deus : *Cmnes spiritus ego emisi insufflando* . Si ipse insufflavit : à Deo Filius & natus est Filius , non fecit illum Deus . Non igitur & circa Deum , nec super gremium Dei foris est , sed intus utrumque significat .

Testatur & David ubi Deus dicit : *Eruavit cor meum verbum bonum* . An numquid sicut Filius factus est , sic & omnia ? Dixit Deus , & factum est : antequam fuit Filius nec Verbum fuit Dei . Quid igitur dicimus ? Non necessarium est confiteri , si Verbum Dei fecit omnia , primum esse Verbum , & Dei generatione esse Verbum universale , Verbum omnimodis , perfectum Verbum . quod nos & Prophetæ , & Evangelistæ , & Apostoli & λόγον nominamus , & Filium .

Moïses sic dicit : *In principio fecit Deus calum & terram* Secundum Aquilam hoc idem sic : *In capitulo fecit Deus* : & Hebrei istam intelligentiam habent . Sive in capitulo , sive in principio , in Christo fecit Deus . Principium enim & caput Christus , & hoc frequenter dicitur : *Creavit omnia in Christo* . λόγος enim Christus ut semen est omnium . Primus igitur

Christus. Ante enim omnem creaturam fuit. Unde igitur Christus? si Verbum est, à Deo: si voluntas, à Deo: si autem motus aut actio à Deo: & si ipsum agere & esse est juxta ipsum esse Pater est, Filius autem actio est: & quoniam ipsum esse actio est & agere esse est, id circa ὁμοίων & Pater & Filius. Sed quomodo ἡμῖν nondum existente substantia? Nomina ab his quae posterius sunt, ab his quae post Deum & inventa sunt & assumta. Et quoniam non est invenire dignum nomen Deo; ab his quae sumus nominamus, Deum habentes in intellectu. Quoniam non propriè appellamus, quemadmodum dicimus, Vivit Deus, intelligit Deus, provideret autem nostris actionibus. Dicimus actiones Dei, existente illo supra omnia, neque existente, sed quasi existente, neque & existente, sed ut &c. Isto modo etiam substantiam & existentiam apponimus Deo, & ejus esse &c. dicimus, aliter se habenti ad quod est ei esse.

Similiter & cum dicitur, quoniam factus est Christus, non quod verè factus sit: sed cùm unas sit, & in omnibus sit, & omnes in ipso; idcirco dicitur omnibus omnia factus est, non quod factus sit ut esset, sed quod effectus sit ad ita esse. Si quidem non dicitur Filius factus est, sed factus est nobis Dominus. Sic & Salomon dicit: *Et fecisti me supra vias tuas*, nam de spiritali generatione supponit statim: *Ante omnes genuit me*. Dicit & Johannes: *Et quod in eo factum est vita est*. Quid deinde: Nonne Deus creaturam fecit, & in creatura primum cælum & terram? Non ergo fecit Christum. Natus est ergo Christus, non factus. Ubicumque ergo dicitur quoniam factus est, post primum ubi fuit generatio, dicitur effectus est. Sic & de muliere factus est. Et in Actibus Apostolorum: *Certissime igitur cognoscat dominus Israël, quoniam istum Christum Deus fecit, quem in crucem tulistis*. ista omnia post generationem,

quæ una est & sancta & ineffabilis, ista omnia dicuntur, non in ejus existentiam, sed in actus, & in ministrationem ejus potentia atque virtutis. De generatione igitur manifestum quia filius est Dei, & quod ὁμοίωσι substantia ejus in maiestate in propria significantia intellectu secundum esse existente substantia. Et sic demonstratum quomodo ὁμοίωσι.

Habes nunc quod reliquum est, ô mi Candide, dicere. Si Filius Jesus, generatione Filius: si autem generatio motus, & motus immutatio. Immutationem autem esse in Deo impossibile est intelligere, nefas dicere. Necesse est [ergo] à Deo nihil esse generatione dignibile. Non igitur Jesus à Deo generatione Filius: Bono quidem ordine circumduxisti, ô amice Candide: sed quem circumduxisti? forte me: sed magis te. Dicis enim, quoniam fecit Iesum Deus. Quod deinde, facere non est motus nihilominus quam agere. Immutatio igitur & in faciendo, si motus in agendo Agere autem facere est, & quod facere agere. Ambobus in motu existentibus, necessario consequitur immutatio. quod incongruum in Deo, sicut declaratum est. Confitendum igitur aut facere non esse motum, aut non omnem motum esse immutationem. Sed enim facere motus est, & Deus juxta motum fecit, cui omnino non contingit quomodo cumque mutari. Relinquitur ergo non omnem motum immutationem esse. Si non omnis motus immutatio, quid eligendum magis juxta Iesum? secundum generationem illum esse, an secundum effectionem? juxta divinam intelligentiam, quod secundum generationem. Etsi enim Deus ac dicit, facit Deus quæ facit. Sed dicere motus est præexistente silentio. Mutatio igitur silenti dicere. Si autem per verbum fecit Deus, antè fuit Verbum quam facere. Si antè fuit Verbum: juxta generationem, ante fuit. Generat enim res Verbum. Ge-

neratione igitur Jesus , quoniam $\Delta\gamma\sigma$ Jesus.

VICTORI
NI LIBER.

Qui ignari sunt rerum , dicunt secundum tres modos Filium esse , veritate , natura , positione. Secundum veritatem esse Filium , hoc ipso quod est substantiae. Et idcirco ipsum & simul & ejus debet substantia esse. Quomodo & Deus & $\Delta\gamma\sigma$ est Pater , & Filius. Naturam autem Filius in animalium generatione. Positione vero ut adoptione. Sunt & alii modi , ut in oribus , ut aetate , ut disciplina , & ut Paulus dicit : *Ego vos genui*. Modus igitur secundum veritatem alter modus , si ante fuit Verbum quam facere & divinior ab omnibus. Quis autem modus ista generatione filietatis ejus , sive juxta significatos , sive juxta alios modos : (confiteor Deo , illius enim potentiam factum est) dictum a nobis sufficienter in aliis libris , & omnis progressio , & descensus , & regressio permisus sancti Spiritus declarata est , & de triplici unitate , & de unali Trinitate. Non enim audio dogma vestrum de Spiritu-sancto blasphemiam plenum : Quoniam iste Spiritus in significationem est , & tantummodo qui doceat , & quoniam & ipse factus est sicut omnia in creatura. qui quidem Spiritus-sanctus propria sua actione differre [debet] a Filio , Filius cum ipse sit , sicuti Filius actione est differens a Patre . ipse qui sit Pater juxta id quod est esse. Et sic istorum trium unum & idem existentium una divinitas , & non multifida maiestas , tria unum , & unum tria , & ter tria unum , & idem & unum & solum est. Sed de his tribus alia nobis oratio. Salva nunc nos Pater , concede nobis peccata nostra. Est enim peccatum de Deo dicere , quid est , & quomodo : & humana voce divina non venerari , sed enunciare velle. Sed quoniam dedisti spiritum nobis , sancte omnipotens Pater ; particularem de te cognosciam & habemus , & dicimus omnigenis , aut ignorationem de te habentes cognoscen-

tiam de te habemus , & rursus per fidem perfectam
de te cognoscentiam habemus. Te Patrem Deum,
& Filium Jesum Christum Dominum nostrum & san-
ctum Spiritum in omni verbo semper confitentes.

A D N O T A T I O .

Marius Victorinus Afer , vir consularis , scripsit
libros quatuor adversus Arrianos , editos in
Bibliotheca Patrum : idemque conditor est superioris
opusculi , sub cuius finem predilectorum librorum me-
minit. Utraque lucubratio directa est Candido Arria-
no , ut Candidi littera , qua Victorinum ad scribendum
impulere , utrūque premissa testantur. In Augustano
sancti Udalrici codice , ex quonos partim , partim R. P.
Amandus Supprior hunc libellum descripsimus , mutila
est à principio Candidi epistola. Obscurissimum reddit
hunc libellum tum genus auctoris , tum mordaci quis-
dam loci , quos ope exemplaris sanare non potuimus.
Hieronymus in libro de Scriptoribus ecclesiasticis Vic-
torinum tanum ab eruditis intelligi scribit. Hac ejus
verba sunt in capite 101. Victorinus , natione Afer ,
sub Constantio principe Rhetoricam docuit : & in
extrema senectute Christi se tradens Fidei , scripsit
adversus Arrium libros more dialecticō valde obscu-
ros , qui nisi ab eruditis non intelliguntur ; & com-
mentarios in Apostolum. Eum tamen praeclarè laudat
Augustinus in lib. 8 Confessionum cap. 2. ubi omnium
liberalium doctrinarum peritissimus , Doctor tot no-
bilium Senatorum appellatur : quiq[ue] etiam , ob in-
signe praeclari magisterii , statuam in Romano foro
meruerit & acceperit. Idem edidit librum contra Ma-
nicheos ad Iustinum ejusdem sectæ discipulum : qui
liber à Iacobo Sirmundo , clarissima memoria viro
inter quinque opuscula dogmatica , Parisis vulgatus est
anno M. DC XXX.

INCIPIT

I N C I P I T

DILIGENTIA BEATORUM MONACHORUM

ARMENII * ET HONORII de libris
canonicis veteris atque novi Testamenti:
sed etiam confessio fidei catholicæ quam
breviter viro inlustri THEOPHILO
direxerunt.

*f. Ammo-
ni.

INTER cetera & ad locum divinarum scripturarum testimoniis introduci Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, tres personas coæternas, coæquales, unius substantiæ, unum Deum pia fidei credulitate confitemur atque veneramur. Et quoniam Deum Patrem, Deum Filium, Deumque Spiritum sanctum in scripturis divinis legimus: atque secundum dogma catholicum & apostolicum confitemur. Absit à nobis & longè repellatur gentilis erroris impietas, ut utrum in una deitate personarum tres deos facteri videamur. Absit, absit hoc à nobis, & procul à piorum mentibus excludatur. Nos enim juxta sanctæ (ut ostendimus) scripturæ auctoritatem nominum tantummodo ac personarum distinctionem in Trinitate facimus Ceterum deitatem unam invincibilem, inenarrabilem, incapabilem, incomprehensibilem confitemur: quia ipsa est in Patre, ipsa est in Filio, ipsa est in Spiritu sancto una & perfecta divinitas. Non enim tres deos dicimus, qui unam divinitatem fatemur: neque oblii sumus scripturam dicentem: *Andi Israël, Dominus Deus tuus dominus unus est.* Et rursus: *Dominus Deus tuus ipse est in celo sursum, & in terra deorsum, & non est alius nisi ipse.* Et ideo denique cum gentibus aut

Vet. Analect. Tom. IV.

M

hæreseis numerum in deitate non facimus , neque cum Judæis mysterium Trinitatis negamus : sed confitemur existere Patrem , existere Filium , existere Spiritum-sanctum , in personarum proprietate unitatem deitatis , in Trinitate credentes atque venerantes , id est personas Patris , & Filiī , & Spiritus-sancti unum Deum esse confitemur. Et ideo Deus omnipotens , quia ante omnia initia , & ante omnia principia & ante omnia secula , omnipotentem coæternum sibi , sine ullo omnino inicio genuit Filium. Genuit enim , non creavit , neque fecit quoniam neque factura , neque creatura est : sed coæternus , coæqualis Filius Pater & Spiritui-sancto ab omnibus catholicis confitebitur. Qualiter autem secreto illo & inenarrabili consilio sit genitus , nullus catholicus prorsus debet hoc proloqui , neque mente vel qualibet cogitatione concipere , cum propheta apertissime increpans dixerit *Generationem autem ejus quis enarrabit?* Deus est ergo Pater , Filius Dei est Christus , id est unctus , eo quod in nostro seculo unctus sit oleo lætitiae pœ consortibus suis. Jesus , eo quod salvator est omnium nostrorum credentium. Dominus ob quod majestatis est Dominus , qui etiam pro nobis crucifixus est. Verbum , eo quod ex persona Patris loquitur Propheta. *Eruxit cor meum verbum bonum.* Virtus , eo quod omnia quæ sunt in cælo , & in terra , & in mari , & in his quæ in eis sunt , ipse dixit , & facta sunt ; ipse mandavit ; & creata sunt. Sapientia , eo quod omnia in sapientia facta sunt , & sine ipso factum est nihil. Lux , eo quod in hoc mundo venit , sicut & ipse dixit : *Ego sum lux mundi.* Veritas , eo quod in illo nihil mendacii sit. Via , eo quod per ipsum accessum habemus ad Patrem. Vita , eo quod in ipso vivificati ex mortuis in hac qua nunc sumus carne resurgimus. Rex , eo quod ipse est Rex regum.

& dominus dominantium Sacerdos , eo quod ipse est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Brachium , eo quod sua excellentia & fortitudo nos de manu mortis liberavit. Dextera , eo quod nihil in illo sinistræ sit Rétia , eo quod in mundum , tamquam in mare , veniens , maiestate sua complexus est & elegit nos. Lapis , eo quod positus est in caput anguli , & continet duos parietes vetus atque novum Testamentum. Fundamentum , eo quod redemptio & salus nostra sit , sicut Apostolus ait : *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod possum est Christus-Jesus.* Aquila eo quod ad cælestem altitudinem de terrena humilitate remeavit: Leo , eo quod viator est diaboli , sicut scriptum est : *Absorptia est mors in viatoriam.* Vitulus , eo quod hostia pro nobis voluntariè oblatus & immolatus est. Homo , eo quod unus in utriusque naturis inanentibus , id est deitatis & humanitatis homo Christus Jesus est. Agnus , eo quod innocens pro nobis condemnatus , passus , crucifixus , ac mortuus est , & tertia die resurrexit atque abstulit peccata mundi. Gigans , eo quod gemina in eo substantia est , id est Verbi & carnis & virtute & fortitudine sua omnia transcurrit. Vermis , eo quod sine coitu & semine conceptus & de Virgine natus est. Speculum , eo quod est absque macula vel ruga , quippe imago deitatis. Janua , eo quod per ipsum ingredimur ad vitam æternam. Sponsus , eo quod virgo de Virgine natus Ecclesiam sibi immaculatam copulavit. Pastor , eo quod discernit agnos ab hædis , & utrisque in resurrectione secundum meritum reddit. Panis , eo quod ipse sit panis vivus qui de cælo descendit. Vitis , eo quod ejus sanguine potamur in remissionem peccatorum. Forma Dei , eo quod æqualis est Patri & Spiritui sancto in eadem substantiæ divinitate. Fons , eo quod ipse est fons vitæ , qui nobis plen-

180 V E T E R A
tudinem gratiae donavit in generationem baptismatis. Ignis, eo quod ipse est qui in columna nubis patribus nostris apparuit, & in rubo Moysi, & nos ignivit eloquio.

Omnipotens vis trina Deus. Pater optime rem,
Quo generante natus sine semine, tempore, matre,
Oru, sine, loco, vel membris post caro natus
Permittens cerni multo quoque nomine dictus:
Spes, Ratio, via, vita, salus, sapientia, mens, mons,
Index, porta, gigans, Rex, gemma, propheta, sa-
cerdos,
Messias, Sabaoth, Rabbi, Sponsus, Mediator,
Virga, columba, manus, petra, Filius, Emmanuel-
hel, Lux,
Vinea, pastor, ovis, pax, radix, vitis, oliva,
Fons, Eros, panis, agnus, vitulus, Leo, Jesus,
Verbum, homo, rete lapis, Dominus, Deus, omnia,
Christus.

A D N O T A T I O .

QUi sint monachi isti, incertum. Facile crederem, Theophilum, cui directa est premissa Fidei Confessio, esse Patriarcham Alexandrinum, nisi viri illustris titulus, qui ei tribuitur, potius Comiti, quam Episcopo conveniret. Si tamen id de Theophilo Patriarcha interpretari placeret, hac Confessio tribui posset Ammonio monacho & fratribus ejus, quos Longos Fratres appellabant. Horum enim fidem suspectam reddere contendebat Theophilus Alexandrinus. Quamquam potius Latinis monachis, quam Gracis prae-
dicta Confessio assignanda videtur. Sed ha conjectura sunt, in codice Augiensi grandi & preclaro reperitur ista Confessio cum aliis antiquorum Patrum Confessionibus, eorumque expositionibus in orationem Dominicam. Inter illas porro Confessiones exstat Breve Fidei,

quod Faustinus Presbyter Luciferianus Theodosio Imperatori direxit post libellum supplicem à Sirmundo editum: quod Breve eruditus Zuesnelius nuper vulgavit in 2 tomo Operum sancti Leonis.

I N C I P I T

EPISTOLA AVITI PRESBYTERI
ad Papam Palconium.

BEATISSIMO dilectoque semper in Domino Papæ PALCONIO atque universo clero & plebi sanctæ ecclesiæ Bracharensis AVITUS presbyter in Domino æternam salutem. Memores vos esse mei cupio & precor, sicut & ego in quantum valeo in sanctis locis memoriam vestri habere non cœlo. Tribulationibus vestris meo dolore compatiens, & pro discidio patriæ in locis sanctis incessabiles lacrymas fundens, ut & vobis Dominus restituat libertatem, quos admonere voluit, aut illis tribuat mansuetudinem, quos prævalere permisit. Et ego quidem, beatissimi fratres, teste Domino nostro Iesu Christo frequenter volui venire ad vos, ut vobiscum vel mala tolerarem, vel bonis fruerer: sed impeditum est desiderium meum per totas jam Hispanias hoste diffuso, veritus ne & sancta loca relinquent, & ad vos forte non venissem, & ubicumque interceptus irrationabilis audaciae pœnas luerem. Sed quoniam misericors Deus meo voto velroque merito procurare dignatus est indulgentiæ suæ gratiam; primùm ut dilectissimus filius & compresbyter meus Orosius usque ad has partes ab Africanis Episcopis mitteretur; cuius mihi caritas & consolatio vestrum omnium præsentiam reddit. Deinde ut diebus ipsis, in quibus jam ipse redditum ad vos incredibili desiderio parabat, beatus & san-

M iii.

Cetus verè corona gloriæ nostræ in Christo Jesu Domino nostro primus martyr Stephanus se revelare & manifestare signis & virtutibus evidentissimè consequentibus dignaretur. Quem ego tantarum rerum ordinantis Dei occasione percepta, dignum duxi caritati vestræ præmittere, ut ipse prælens advocatus & patronus obsequentium sibi petitionibus dignetur assistere, qui cum pateretur etiam pro inimicis suis orare dignatus est. Itaque dilectissimi fratres memoriam vestri incessanter habens, & tam congruentem ordinantis Dei dispositionem videns, promeritus fui de Presbytero cui fuerat revelatum partem aliquam inventi corporis promereret; quam fessilato expetitam, secretoque perceptam ad vos dirigere non distuli. Quam ob rem misi vobis per sanctam filiam & compresbyterum meum Orosium, reliquias de corporis beati Stephani primi Martyris, hoc est pulverem ejus carnis atque nervorum. Et quod fidelius certiusque credentibus esset, ossa solida atque manifesta, suis antiquis non novis pigmentis vel odoribus pinguiora. Ut autem nulla esset dubitatio; ipsam ad vos subditam scriptis meis sancti Presbyteri, cui haec omnia revelata sunt, epistolam conscriptionemque transmisi; quam me pro fide veritatis plenius cognoscenda, rogante & petente dictavit graco primùm ipse sermone; sed per me postea in Latinum versa est. Quæ ut vesp. sancti & beati fratres quam veraciter gesta sunt, tam fideliter habeatis, suscepit imploro. Certus sum enim quoniam sicut ipse beatus Martyr dignatus est nuntiare, pro salute mundi periclitantis se manifestavit: ita auxilio & præsentia tanti patroni si vos tale pignus digno studio diligatis, mihi in Domino dilectissimi, terti ex hoc quietique vivetis. Gra tia Domini nostri Jesu Christi & sancti Spiritus vobiscum.

A D N O T A T I O.

Cum Lucianus Presbyter revelationem corporis Protomartyris Stephani , temporibus Honorii & Theodosii Augustorum sibi factam , graco sermone in litteras retulisset , teste Gennadio ; Avitus Presbyter , homo Hispanus genere , antè relatam Luciani Presbyteri scripturam in latinum transtulit sermonem , & additâ epistolâ suâ per Orosium occidentibus edidit , ut scribit idem Gennadius de scriptoribus ecclesiasticis cap. 47. Hac est illa epistola , quam ex veteri codice sancti Galli descriptinus .

I N C I P I T V I T A
S A N C T I H I E R O N Y M I P R E S B Y T E R I.

Auctore (ut videtur) GENNADIO.

Hieronymus noster in opido Stridonis , quod à Gothis eversum , Dalmatiæ quondam Pannæaque cotinuum fuit , Patre EUZEBIO natus est. Vestem Christi puer Romæ suscepit , ibique litteris græcis ac latinis à primævo eruditus est. In arte quidem Grammatica DONATUM habuit præceptorem , in Rhetorica autem VICTORINUM oratorem. Postquam verò onine studium mundanarum litterarum adeptus est ; probatissimorum quoque monachorum habitum factumque imitatus est. Cupiditatem siquidem animæ jugi sinceritate calcans , voluptatemque corporis perenni frangens jejunio , plerosque bonorum religiosorum meliores fore suo docuit instituto.

Quodam igitur tempore , dum ex more idem

M iiiij

Miserere mei Domine , miserere mei . hæc vox inter flagella resonabat . Tandem ad Præsidentis genua pro voluti qui adstiterant precabantur , ut veniam tr bueret adolescentiæ , & errori locum pænitentie commodaret , exacturus deinde cruciatum , si gentilium litterarum libros aliquando legilsem . Ego qui tanto constrictus articulo vellem etiam majora promittere , dejecte cœpi & nomen ejus obtestans dicere : Domine si unquam habuero codices sœculares , si legero ; te negavi . In hæc sacramenti verba dimissus revertor ad superos , mirantibus cunctis , oculos aperio tanto lacrymarum imbre perfusos , ut etiam incredulis fidem facerent ex dolore . Nec vero sopor ille inanis fuit , ut vana somnia quibus saepe deludi mur . Teste est tribunal ante quod jacui ; judicium teste quod timui , ita mihi numquam contingat calam incidere questionem . Liventes me habuisse scapulas , plagas sensisse per somnium , & tanto dehinc studio divina legisse , quanto mortalia antea non legeram .

Interea Hieronymus Romanæ ecclesiæ presbyter , os D'amasi Sacerdotis , sacrae bibliothecæ scrutator * , * al. ser divinorum dissertor voluminum , dum per triennium continuum carus acceptusque popularibus veneratur , omniumque judicio dignus esse summo sacerdotio decernitur , quidam ex clericorum monachorum que ordinibus pro petulantia proque ingluvie discursantes ad effugandum Urbe Hieronymum , qui utrorumque eorum vitia scribens deprehenderat , insidias paraverunt . Verum enimvero , hunc ego felicem dixerim , hujus fugæ eventum corridentis , Christi judicio dispensatum , quia pravorum hominum persecutionibus pacatum fore existimo : scilicet ut Romana ecclesia Petri instituta regimine , omniumque veteris Testamenti librorum edocta veritate , Christo Deo volente , & Hieronymi speciali studio desudante ,

HIERONY- Hæbraicam quoque habeat veritatem; & Græcorum
MI VITA. quorumdam levitas, quæ sibi Romanos à se omnes
scripturas divinitus inspiratas accepisse plaudebat, eos
habere quod non habet recognoscet.

Igitur Hieronymus Roma egressus, ad Orientem
tendens, profectus est ad Gregorium Nazianenum
Constantinopolitanæ urbis Episcopum: ubi ita pro-
ficere studuit, ut sanctarum scripturarum studiis eru-
diretur. Supplex docibilisque discipulus adiit præcep-
torem, eumque Constantinopolitana urbe observa-
bat. Hoc discipulatu Hieronymus peracto, in Syriam
perrexit: & dum in possessione Evagrii Presbyteri
moraretur, Malchum monachum & aliquando cap-
tivum repperit: percunctatusque eum, omnem ejus
captivitatis accepit historiam, quam poslea edidit,
scriptam & Romanis fidelibus misit, hæc in hujus
historiæ prologo interserens. Scribere, inquit, dispo-
sul, si tamen Deus vitam dederit, & si vituperatores
mei saltem fugientem me & clausum persequi desie-
rint. Ad deserta deinde loca, ad quæ olim ad agen-
dam inibi pænitentiam properare cupierat, ita lœtus
accinctusque accessit, ut volasse eum magis quam
issem * crederes. Quomodo verò per quadriennium con-
tinuum Christi potitus auxilio penituerit, idem Hie-
ronymus que sponte pertulerit, ipsius Dei adfuisse
gratiam verbis hujusmodi indicavit. Quotiens in
heremo constitutus, & illa vasta solitudine quæ
exusta solis ardoribus horridum monachis præstat
habitaculum, putavi me, inquit, Romanis interest
deliciis. Sedebam solus, quia amaritudine repletus
eram. Horrebant facio membra deformia, squalida
cutis situm æthiopicæ carnis * adduxerat. Cotidie la-
crysæ, cotidie gemitus: & si aliquando repugnan-
tem somnus imminens oppressisset; nuda humo vix
ossa hærentia collidebam, de cibis verò & potu taceo,
cùm etiam languentes ibi aquâ frigidâ utantur, &

* al. meas-
ic.

* al. cu-
tis.

coctum aliquid accepisse, luxuriæ sit. Ille igitur ego qui ob metum gehennæ tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius & feratum, saepe choris intereram puellarum. Pallebant ora jejuniis, & mens desideriis astuabat: in frigido corpore, & ante hominem suum jam carne præmortua sola libidinum iucendia pullulabant. Itaque omni auxilio deflitutus, ad Jesu jacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inediâ subigebam*. Non erubesco in felicitatis meæ, quin potius plango non esse quod fuerim. Memini me clamantem dictin crebro junxisse cum nocte, nec prius à pectoris cæsasse verberibus, quam à Domino rediret imperante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationem consciac pertimescebam: & mihi iratus & rigidus solus deserta penetrabam, sicuti concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi me in oratione miserrimæ carnis ergastulo locabam; & (ut mihi testis est Dominus) post multas lacrimas, post cælo oculos inherentes, nonnumquam videbar mihi intetesse agminibus Angelorum, & lætus gaudensque cantabam: Post te in odore unguentorum tuorum curremus.

" HIERO-
NYME
VITA

" * al sub-
sidiem.

Quadriennio itaque dedicatae pænitentiæ exacto, ad Bethleem opidum Hieronymus remeavit, ubi prudens animal ad præsepe Domini sese obtulit permansurum. Bibliothecam suam, quam sibi summo studio ipse condiderat, clausam, omniumque librorum orationes quas pene memoriter retinebat, iterum relegens, diem jejunans ducebatur ad vesperam. Plures ad eum religiosorum, quibus vita ejus fama comperta erat protinus confluxerunt: bonumque Doctorem parvo adhuc sub tugurio boni observâre discipuli: nec multum post cellulam sibi ob discipulorum copiam & propter frequentiam adven-

HIERO. tantium ad Bethleemiticam portam , quæ ad Occidentem conspicit , & egradientibus ad Septemtrionem videtur , parvulum habitationis locellum construxit.

Interim Hieronymus dum eximiorum eremitarum , monachorumque humilia subterraneaque peragrans habitacula contemplatur , vitasque eorum supplici voce sciscitans , scribensque veritatem expónit , multaque alia libellis suis , epistolisque suo in monasterio conficiens edisserit ; beatus Damasus , Romanæ urbis ecclesiæ eloquentissimus pontifex , ut ad suam idem Romanæ urbis ecclesiam , ad scribenda mitiendaque volumina assiduo opere non desisteret .
 » Iustus modi verbis exhortatus est iudeo etissimo filio Hieronymo Damasus . Dormitantem te , & longo
 * al. ne- » jam tempore legentem * potius quam scribentem ,
 gligen- » quæstiunculis ad te missis excitare * disposui , non
 tem .
 * al. scis. » quo legere non debeas , hoc enim veluti codiano
 citati . » cibo alitur & pingue scit oratio , sed quod lectionis-
 * al. finis. » fructus * sit iste , ut scribas . Itaque quoniam & ta-
 » bellario ad me remisso , nullas te jam habere epi-
 » stolas dixisti , exceptis his quas in eremo aliquando
 » dictaveras , quasque tota aviditate legi atque scripsi ;
 » & ultro pollicitus es , furtivis noctium operibus ,
 » aliquas si velim posse dictare : libenter accipio ab of-
 » ferente , quod rogare volueram etiam si negasses . Ne .
 * al. verd. » que enim * ullam puto digniorem disputationis nostræ
 » confabulationem fore , quam ut de scripturis inter-
 » nos sermocinemur , idest , ut ego interrogem tu res-
 » pondeas , qua vita nihil in hac luce puto jocundius ,
 * al. epu- » quo animæ pabulo * omnia mella superantur . Quam
 lo. » dulcia , inquit Propheta , gutturi meo eloquia tua !
 » super mel oris meo . Nam cum idcirco , ut ait præci-
 » puus Orator , homines à bestiis differamus quod lo-
 » qui possumus : qua laude dignus est , qui in ea re ce-
 » teros superat , in qua homines bestias antecellunt ?

Accingere igitur , & mihi quæ subiecta sunt edissere , servans utrobique moderamen , ut nec proposita solutionem desiderent , nec epistolæ brevitatem . Fateor quippe tibi , quia libros quos mihi de fide Lactantii dederas , ideo non libenter lego , quia plurimæ epistolæ ejus usque ad mille versuum spatha tenduntur , & raro de nostro dogmate disputat : quo sit ut & legenti fastidium generet longitudo ; & si qua brevia sunt , scholasticis magis sunt apta quam nobis . De metris & regionum situ & disputando Philosophis disputans , quid sibi vult , quod in Genesim scriptum est . *Cennis qui occiderit Caïn , septem vindictas solvet .* Sed et si Deus omnia fecit bona valde , quare ad Noë de mundis & immundis animalibus mandat , cum immundum nihil bonum esse possit : & in novo Testamento post visionem quæ Petro fuerat ostensa dicenti : *Absit Domine quia commune & immundum numquam intravit in os meum , vox de cælo respondit : Quod Dominus Deus mundavit , tu ne commune dixeris .* Cur Deus ad Abraham loquitur dicens . Quod quarta progenie filii Israël de Ægypto essent reversuri ; & postea Moyses scripsit , *Quinta autem generatione vel progenie exierunt filii Israël de terra Ægypti ,* quod utique nisi exponatur videtur esse contrarium . Cur Abraham signum circumcisionis suscepit ? cur Isaac justus & Deo carus , non illi cui voluit , sed cui noluit deceptoris errore benedixit ?

Nunc quibus ausibus quantisve laboribus solus omnium Romanorum Hieronymus Hebraicam linguam litterasque , immo Chaldaeam ligiam didicerit , sicut ipse perhibuit , subiectandum est . Dum essem , inquit , juvenis , & solitudinis me deserta valarent ; incentiva vitiorum ardoremque ferre non poteram . quem cum crebris jejuniis frangerem , mens tamen cogitationibus astuabat . Ad quem edendum , cuidasti fratri qui ex Hebreis crediderat , me

" HIERO -
" : YMI
" VSTA.
" "
" "
" "
" "
" "
" "

- H I E R O . " in disciplinam dedi , ut post Quintiliani acumina ,
 N I M I . " Ciceronis fluvium , gravitatemque frontonis & le-
 V I T A . " nitatem Plinii , alphabetum discerem , stridentia an-
 " helantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris suscep-
 * al. in- " perim * , quid difficultatis sustinuerim , quotiens des-
 sun. pse- " peraverim quotiesque cessaverim , & contentionem
 rini. " descendit rursum incepitem , tuis est conscientia mea ,
 " quid passus sum , quam eorum qui mecum vixerunt
 " vitam sustinui , scio & gratias ago Domino , quod de
 " amato semine litteratum , dulces fructus capio. Porro
 * al. Job. " librum Daniel * Hebraicis quidem litteris , sed Chal-
 " daico sermone conscriptum , cum Hieronymus ver-
 " teret in Latinum , hunc qui subter adnexus est habuit
 " praeceptorem. Memini me , inquit , ad intelligentiam
 " hujus voluminis Lideum quemdam praeceptorem ,
 " qui apud , Hebreos peritus habebatur , non parvis
 " redemissé nummis , si ejus doctrina aliquid profec-
 " rim , nescio : hoc unum scio ; non potuisse me nisi
 " quod ante intellexeram interpretari. Quo verò La-
 " bore sudoreque Chaldaicam linguam didicerit , idem
 Hieronymus ita scribens atque adfittmans dicit.
 " Ego adolescentulus post Quintiliani & Tullii lectio-
 " nem ac flores rhetoricos , cum me in linguae hujus
 " pistrinum reclussem , & multo sudore multoque
 " tempore cœpisse anhelantia stridentiaque verba re-
 " sonare , & quasi per cryptam ambulans ratum
 " desuper lumen aspicere , impegi novissime in Danie-
 " lem , & tanto tædio affectus sum , ut desperatione
 " subita omnem veterem laborem voluisse contem-
 " nere. Verum adhortante me Hebreo , & illud mihi
 " sua lingua crebrius ingerente , Labor omnia vincit
 " improbus , qui mihi videbat sciolus inter eos , cœpi
 " rursus esse discipulus Chaldaicus , & (ut verius fa-
 " rear) utque in præsentem diem magis possum ser-
 " monem Chaldaicum legere & intelligere quam so-
 " nare.

Christi itaque gratia Hieronymus fidem adeptus, literisque Græcis ac Latinis atque Hebraicis doctus, cuncta Hebræorum volumina, quæ in Canone continentur ex veteri Testamento, vera editione in lingua Latinam vertit, eaque omnia commentatus est: Danielem quoque Chaldaico sermone locutum Romano stilo descripsit. Psalterium videlicet à Sophronio postulatus Hieronymus ex Hæbreo canone latina modulatione canendum, verbum ad verbum exposuit, eumque breviter disséruit, & Enchiridionem appellavit. Duos libros Salomonis explanavit Cantica vero canticorum ex Origenis interpretatione, sicut & de Spiritu-sancto Didymi videntis librum in Latinam transtulit linguam. Matthæi nihilominus Evangelium ex Hæbreo fecit esse Romanum; quodque compendiosa potius quam fastidiosa explanatione studiosis lectoribus interpretatus est. Se-decim quoque Prophetarum volumina seu vaticinia à nullo quandoque Romanorum vel meminisse, vel scribere inchoasse reperta disséruit, quatuor & septuaginta libris editos commentatus est. Plerasque præter ea Pauli epistolas, & Johannis revelationem disséruit. Inter has itaque numerosas operis sui paginas suis . . . prefationibus prænotatas, quinque & centum triginta viorum illustrium ecclesiasticos scriptores à passione Christi usque ad quartum decimum Theodosii Imperatoris annum, in ordinem digessit, omnesque qui de Scripturis sanctis memoriae aliquid tradiderunt, breviter exposuit. Verum & contra Celsum Porphyrium & Julianum Augustum, rabidos adversus Christianum canes, & contra insectatores Ecclesie, vel eos qui putant Ecclesiam nullos philosophos & eloquenter habuisse doctores, magno sudavit ingenio: ut sciant quanti & quales viri eam fundaverint, extruxerint, adornaverint, & desinant Fidem nostram rusticæ simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam recognoscere.

Tanta denique lassitudine fatigatus est, ut etiam in strato suo jacens, funiculo trabem suspenso, supinisque manibus apprehenso erigeretur, ut scilicet officium monasterii prout poterat exhiberet, transeuntes in squalore corporis, vocisque tenuitate dies plurimi. Dehinc Hieronymus librorum abundantia fultus dictis suis sancto Spiritui dedicatis immobilem catholicæ Ecclesiæ turrem contra perfidorum jacula consummavit. Nam contra Helvidium, contraque Pelagium & adversus Jovinianum evidentissima volumina, catholicaque correptione roborata, magno scripta acumine laxavit, ad juris quoque consultos singularem sonantemque edidit librum. Plerotumque * Eremitarum Patrumque vitas insignium veracissimo eloquio texuit historiæ. De mansionibus quoque Israëlitici populi scripsit librum unum. Namque de frugi & luxurioso si: o eleganter exposuit Evangelii historiam, ita consolatoris dissertacionibus declaravit, ut unicam fore arbitretur, Plurimus quippe, ait, qui me dicunt hoc opus inflammatum invidiæ facibus scribere, breviter respondebo, numquam me hæreticis pepercisse, sed omni egisse studio, ut hostes Ecclesiæ mei quoque hostes fierent, Pergunt itaque ad visitandum, consolandumque Hieronymum, dum in labore esset, identidem catholici seniores. Ad beatum quoque Augustinum episcopum secum quidem animo in Ecclesia catholica cooperantem, corpore autem in Africa scribenter, sit inter cetera scripsit. Nostra habuimus tempora, & cucurrimus quantum potuimus: nunc te currente & longa spatia transmittente, nobis debetur otium. Igitur Hieronymus, quam Christo Deo adolescens voverat, hanc perfectam eidem jam corpore senex obtulit vitam suam, castam, placibilem, unicam in eremo pænitentiam Bethlemiticam. Libris præterea suis per sex & quinquaginta

* a/l. Ple-
que.

ginta annos sine ullo otio apud Bethleemiticos , to-
tum replevit orbem , spirituali opere irreprehensibili-
ter consummatis , octavo & octogesimo ætatis suæ
anno in Domino requievit Bethleem eum alma
tenet, iterum venturo Domino offerendum. Dormi-
vit autem beatus Hieronymus anno imperii THEO-
DOSII Junioris XII. Omnes autem anni vitæ ejus
sic colliguntur. Ordinatus est Romæ Presbyter
XXVIII annis , tribus vixit apud Bethleem , in pro-
posito suo annis quinquaginta & mensibus sex. Omne
vitæ suæ tempus implevit annis LXXXVIII , & men-
sibus sex.

[Dormivit in Domino pridie. Kal. Octobris.]

Explicit vita Actusque beati Hieronymi Presbyteri.

AD NOTATI Q N E S.

Superior Hieronymi vita , qua ab auctore antiquissimo scripta est , nobis se se obtulit primo in duabus codicibus perverstis , uno Luxoviensi , altero sancti Gallensi. Deinde vero eamdem in quibusdam codicibus regiis invenimus . Optandum esset , ut auctor ad singulare facta tanti Doctoris magis descenderet. Sed quod antiqua tulerunt tempora , nobis messuissè sat est. Hieronymi breve elogium retulimus in tomo 2 Analectorum ex Gennadio , quem hujuscè vita auctorem sui & breviatorem esse existimamus.

Huic vita aliam subiecere visum est , qua est sancti Aredu Abbatis Atanensis , Gregorio Episcopo Turo- nensi in vetustissimo codice sancti Galli , ex quo eam in nostri graiam exceptit amicus noster Hermannus Bibliothearius. Aliam ejusdem Abbatis vitam edidimus in Seculo I Benedictino ; sed hac amplior & probabi- lior est. Nullum de Aredu patre debet restare dubium , quin Focundus fuerit appellatus . sic enim vocatur in suo ipsius testamento & in subjectis ipsius vita actis.

Vet. Analect. Tom. IV.

N

HIERONI-
MI VITA.

Et verò apud Gregorium Turonensem Episcopum in lib. 2 de mirac. S. Martini cap 39. ubi Rinoscindus Areddii pater legitur, non pater, sed frater dicitur in optima nota codicibus, quos vidimus, mss.

**I N N O M I N E D O M I N I N O S T R I
J E S U - C H R I S T I** incipit Prologus sancti Gregorii Turonici Episcopi, de vita beati ARIDI Lemodecini Abbatis.

Quotiens Sanctorum gesta narramus, & in eorum actibus & exemplis mentem figimus, vel imitatores esse desideramus, ne in hujus exsilio ærumna laqueo capti teneamur. Tantum igitur à supernâ gratiâ illustramur, quantum humiliato corde ad alta Dei contemplatione descendere valemus. Ideoque libere non audemus cum possimus sermone vel tenui adificationis pandere historiam plebi : præsertim cùm apostolica admonemur auctoritate de sanctorum vita seu virtutibus nonnulla commemorare, ut scriptum est, *Laudemus viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi* ut sit memoria eorum in benedictione, & nomen illorum permaneat in eternum. & illud : *Memoria sanctorum cum laudibus.* Cùm ergo anniversario curriculo sanctorum sollemnia celebramus, aliqua ex eorum gestis ad ædificationem convenientibus Christianis in laudibus Christi recitare debemus. Quomodo igitur omnium pæne miracula Confessorum, & multiplices Martyrum victoriæ jam monumentis litterarum habentur inditæ ; nos modò juxta qualitatem ingenii, vel exiguum aptare tentavimus hunc libellum : in quo de ortu, vel vita, seu & de gloriose sancti ac beatissimi ARIDI Confessoris obitu, adjuvante gratia Christi, explicare curamus : ut cuius est vita

cum Christo ; memoria ejus cum gloria celebretur in mundo. Sancti scilicet Patres nostri studuerunt in sæculo nihil amare , ut legaliter ac perfectè proximos diligenterent, ut in una caritate congregati coheredes Christi efficerentur & participes. Plerique verò à primæva ætate , nonnulli in adolescentia vel in juventute , multi in senectute militantes Domino adhærere conati sunt : ut qui dudum tentamenta mundi toleraverunt , quandóque ad Christum sine macula remearent. Plus namque ædificat exemplum boni operis cum simplicitate vigoris , quām multa prædicatio cum tumore vanæ gloriæ. Prædictor verò egregius , Doct̄or gentium perhibet dicens : *Stulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* & illud : *Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum.* Electi verò in prosperis mundi non elevantur , ut apprehendere valeant post triumphum coronam. Quia si consideremus , quæ & quanta nobis promittuntur in cælis , vilescent animo , quæ cernuntur in terris.

Igitur beatissimus Aridius Aquitanæ provinciæ , in ulteriore Gallia , quæ ad plagam respicit occidentalem parentela nobili generatus Lemodia* civitatis oriundus fuit , ut esset lucerna cunctis fidelibus , Domino condonante , militibus suis. Pater verò ejus , cognomento *Jocundus* , genitrix verò beata *Pelagia* vocitata est . quibus vita testatur esse religiosa , ut imitantes exemplum Zachariæ & Elisabeth , nisi quod Johannes in medio non erat , incidentes in mandatis Dei , ut essent sine querela.

Natus ergo Aridius atque nutritus est in fide recta , denique à parentibus Christianis catholica religione imbutus , iam pueritiae annos excedens , ævum adolescentiæ cum magna industria gerebat. Cùm autem cernerent parentes ejus , in adolescentia filium salubre viam adeptum , studio religionis ornatum , tradunt litteris erudiendum . qui mox in tantum di-

A R I D I U
V I T A.

*Gregorii M.
phrasis.*

* *Limoges.*

N ij.

A R I D I U
V I T A .

*Gregorii M.
phrasis.*

vinâ gratiâ inlustratus est, ut multi mirarentur ejus eloquentiam in ejus verbis, cuius sermo dulcis ore mellifluo flagrabat cunctis. Cor senile gerens, nulli animum voluptati dedit, ne captus ærumna sæculi teneretur obnoxius.

Interea Regi præcellentissimo THEOTBERTO commendatur, ut eum instrueret eruditione palatinâ. Invenit ergo Aridius gratiam coram Domino, & coram Rege, & ferebatur ejus testimonium ab omnibus, in tantum, ut Cancellarius prior ante conspectum Regis adlisteret; crescebatque honor cum magno favore de die in diem. Omni ex parte probatus vernabat in aula. A quo tanta familiaritate habitus est, ut plurimis felicitas ejus ingens gigneret odium. Oderat quippe superbiam, diligebat veritatem: sed planè illum boni admirabantur. Secatabatur itaque indeficierter caritatem, mansuetudinem, & humilitatem. Diligebat enim Dominum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua. Erat quoque serenus conspectu, tranquillus moribus, semper opera bona factis amplius quam verbis ostendebat, spem suam semper Christo commitiens, orationi frequenter incumbens, nihilque amori Christi præponens, semperque mens ejus præcepta cœlestia meditabatur.

His ita gestis non post multum temporis, cum jam virilem ageret ætatem, cupiens se vas Domino exhibere sanctificatum, ac metuens futura tremendaque judicia, ut ne aliqua suum peccatum delicta fuscarent, omnia acta adolescentia suæ coram conspectu viri beatissimi NICETII Episcopi confessus est. Denique commonitus interea divinitus per præfatum Nicetiun Trevitorum civitatis Episcopum, sæculi pom-pam fugiens, mundi oblectamenta, ac regalis palatii vanas superstitiones, & indiscretas sociorum fabulas declinando, se sub Regulæ censura, ad con-

*S. Benedicti
phrasis.*

templandam cælestis patriæ palmam contulit. Sicque sibi austera imponens paenitentiam, cœpit vitiliter colluctationi carnis, spiritus fervore resistere. Proponebat namque sibi adversus præsentes carnis ardores, futuri supplicii ignes. In laboribus scilicet, secundum Apostolum, in vigiliis, in jejuniiis, in castitate, in suavitate, in patientia multa, atque in caritate non fixa. Precabatur igitur Dominum pro donis cælestibus, orabat Christum diebus ac noctibus, adimebat sibi saturitatem panis, ut posset cælestem sibi promitteri panem. Ora quidem ejus jejuniiis pallebant, corpusque ejus valde aridum marcescebat, sed mens ejus æternorum æstuabat desiderio. Semper autem præsentis vita terminum intuens, ac futuram Domini sententiam, seu metuenda judicia formidabat, sciens quod scriptum est : *Bearns homo qui est semper pavidius.* nec non & illud, quod à Job dictum est : *Semper enim quasi iumentes super me fluctus timui Dominum.* & illud Apostoli : *Cum timore & tremore vestram salutem operamini.* Ante Dei namque conspectum noctibus jacebat, manibus peccatus tundens, genas lacrymis rigans, oculis ad cælum elevatis, illum semper respiciebat, quem fortasse vel in minimis delinquendo se offendisse timebat : ac cum lacrymis Davidica voce hæc verba enixius deprecabatur : *Tibi soli peccavi, miserere mei Domine secundum magnam misericordiam tuam.* Et semper ad illud tendens, quod Apostolus dixit : *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod preparavit Dominus diligentibus sc.*

Hæc igitur meditando, quanto plus proficiebat tanto amplius humiliabatur, juxta quod Veritas in Evangelio dicit : *Qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur,* quanto plus humiliatus fuisset, tanto amplius proficeret ; & ut etiam quanta fuit ei mæstitia, tanta fieret venia. O profunda be-

A R I D I U
VITA.

nigritas Domini, ô simplex pænitentia! frequentius que jejuno, misericordiam quam poscebat, à Domino impetrarat. De talibus quippe per Prophetam Dominus dicit: *Dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pavebat.* Hinc iterum scriptum est: *Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pavebit, quoniam ipse est.* & rursus: *Timor Domini expellit delictum.* Inter hæc autem Dominum pleno vigore deprecatus est, ut ejus pænitentia ante Christi conspectum esset accepta. Deinde his initiatus armis, in Christi militia se artius stringens, ad normam irradiebat Ecclesie.

Quadam die dum Cursum teniens purissimæ conscientiæ, veniens columba delapsa de camera, confidens super ejus caput, pergebat cum eodem, comitata per plateam, quam removere à se vir Dei Ariadius non poterat, donec sui Pontificis ingredieretur cellulam. Cum verò declinaret dies ad vesperam, redibat ipsa qua venerat. Mane autem facto, revertente jam clero ad ecclesiam, ipsa super caput ejus, sicut prius fecerat, descendebat. Qua per dies x x x, sicut ipse secretè locutus est, non cessante columba, hanc verecundiam vir Dei pertulit, datam supernam gratiam præsigiebat, ut aperte daretur intelligi, jam tunc divinâ largitione semel super eum Spiritum defensurum. Unde & Veritas discipulis testatur dicens: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum venientur, & mansio nem apud eum faciemus;* quia dignum erat ut innocentiam mentis custodisset, ei visitatio Spiritus-sancti adesset.

Tum deinde audita vir beatissimus morte patris, pro mattis suæ consolatione Lemovicum regressus est. Igitur beata Pelagia, mutato sæculari habitu, induitur sanctimoniali vestimento, efficitur in Dei amore religiosa, filium bene conversum Deihorta-

tur ad præmium. qui mox vir beatus eremum petuit, & in concavum saxum se retrudens, ibique diebus ac noctibus sine cessatione Domino supplicabat, & hostem invisibilem orationibus & precibus repellere jupiter contendebat, pugnans ore, non gladio; precibus, non ferro; orationibus, non telo. Cunctis horis, cunctisque momentis Dei flagitabat præsidium, ut dignus post mundi laborem posset pervenire ad bravium. Cum per aliquot dies inibi esset cum magna abstinentia, auditis his ejus genitrix, ad pedes filii provolvitur, rogavitque eum, exinde egredi, ut monasterii cellulam, ubi prosperè asperceret, in villis amœnis ædificaret.

Tunc & locum amœnum vir Dei Aridius repexit, de eodem saxo, in quo erat reversus, fere trium millium, ibique monasterii cellulam ædificare cum magna industria cœpit, quod cœnobium nuncupatum Atano, ibique orationi intentus, & incumbens lectio, quo vacabat, venerabilis mater ejus, labrans per agros, alimoniam corpori quærebat: quæ verò post conversionem vita acta sit.... Deinde pollebat vir beatus magis magisque in vigiliis, & jejuniis, vel in orationibus, atque in caritate. Cœpitque ejus fama divulgari, confluēbantque ad eum undique viri religiosi, advenæ, vel monachi.

Multitudo etiam pauperum, sicut apes ad alvearium, ita conveniebant ad eum, in tantum, ut quantumque pauperes confluēbant ad eum, nullus vacuus ab eo recederet. Quid plura? quidquid ex possessione parentum nobilium habuit, totum in pauperibus, vel in cœobiis, præcipue ad beati Martini Turonensis, vel ad sancti Hilarii Pictavensis ecclesiam, seu per diversas ecclesiias, vel etiam Monasterio suo omnem possessionem distribuit; auri verò argentique metalla in pauperibus dispersit, sciens Apostoli præceptum, *Habentes autem viatum & ves-*

**A R I D I U S
V I T A.**

tum, his contenti simus, & Qui volunt divites fieri
in hoc mundo, incident in tentationem & laqueum
diaboli &, Desideria multa inutilia & nociva, qua
mergunt hominem in infernum & perditionem. Con-
siderans quippe quod scriptum est, Date elemosynam,
& omnia munda sunt vobis. Et Veritas ait,
Centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit. Et
alibi scriptum est, Eleemosyna à morte liberat, & qui
eam fecerit, non ibit in tenebras. Hæc autem quotidie
adimplebat; semper ad elemosynam largus, in
vigiiliis sedulus, in oratione devotus, in humilitate
profusus, in caritate perfectus.

Numquam otio indulxit, quo non aut lectioni va-
caret, aut opus Christi perficeret, aut certè manibus
opus aliquod ageret, aut denique factos codices scri-
beret. Maximè autem decreverat, ut in vicinas dice-
ceses sacros codices quos ipse manibus suis scrip-
serat, distribueret; memorans illud, quod Apostolus
dixit, quia *Otiositas inimica est anima*. Ad ista igitur
omni tempore non cessabat. Cum autem jam mo-
nasterii Cellulam ædificasset, quo opus cœptum pere-
gisset; necesse est, ut de ipsius miraculis aliquid
Christo auxiliante explicare valeamus. Qualiter ele-
mosynis, vigiliis & orationibus se Dei servus indul-
serit, prædicanda miracula publicaverimus alacriter;
de quibus multis brevissimè credidimus pauca nar-
rare.

Accidit homini Dei, Arvernus iter ut ageret, eo ir-
tuente rote, aquam non inveniret, ut ad manen-
dum se conderet. cumque quærerent ministri ejus huc
atque illuc, & non invenissent, tum Aridius defixit
in arena baculum. Quo retracto, de terræ forami-
re fons abundans exsiliuit, ut fluenta aquæ undan-
tis sufficerent, & in tantum postea irrigarent, ut
illuc pecora biberent. Sic vir iste magnus fuit in mi-
raculis, & Moysi typum gerens; qui percutiens

petram, aquam populis in solitudine præbuit.

A R I D I I
V I T A .

Dedit deinde operam, comitésque sui itineris, quos religio claros reddebat, elegit. Collecto sanè cœtu omnium, orationum suffragia postulat, ut venturo itineri solamen largitor pietatis tribuat; & sic cum eisdem Christo duce, ad locum ubi sancti Dei martyris Juliani membra sancta fuerant sepulta, accedit, agnitis, qui secum clementis judicis voluntate adfident. Cumque ad eum locum pervenissent, postulat, ut reliquias sancti Martyris votiva mente suscipere mereretur sed custos basilicæ beatissimi Martyris petenti denegavit. Moratus ibi paullulum, & quærens, nec prolsus inveniens, progressus exin accedit ad locum, ubi venerabilis Martyr à persecutoribus, transactis jam longævis temporibus decollatus fuerat, & cum plenissima devotione de eodem loco parvissima saxorum, quod vulgo fabulum dicitur, in chrismarium quod collo suo gestabat, læto animo pro sacrificatis sancti Martyris reliquiis condidit. Cumque de eadem provincia remeare cœpisset, tanta horum multitudo, qui à malignis spiritibus vexabantur, ejus vestigia cum magnis clamoribus prosequebantur, ut tantorum vix scribantur tot nomina. Peruenit ergo fama beati viri ad aures Pontificis civitatis illius. Qui illico cum suis sancti viri vestigia proscutus, & mox ejus pedibus provolutus, cœpit ab eo petere, ut tandem ad tumulum sancti Martyris remearet, & sacras ejus reliquias deportaret. Tunc ille ait: Hoc quod mihi omnipotens Deus largitus est munus, cum eodem iturus, ipso comitate pergam. Nam Creator omnium Dominus duo virtutum miracula in eodem loco ostendere dignatus est. Cumque vir Dei suum chrismarium aperuisset, reperit diversos pretiosos lapides de saxis, quæ de fonte abstulerat, ut mira virtus sancti Martyris per diversa terrarum loca declararetur, & viri Dei fides proba-

A R I D I I
V I T A.

retur , & multis ostenderetur. Cúmque ad locum hunc , ubi vir Dei oratorium condiderat , sacrum munus cum magno gaudio condidit , ibi quoque omnipotens Deus multa signa & mirabilia declarare dignatus est.

Nec non prætermittendum est quod Christi famulo collatum est. Quadam die viator dum iter arreptum incederet , flante ventorum turbine , cum pluvia talis circa Aridium sic fremeret , ut rivis imber efflueret , & ipsum agmen ac suos ministros gutta nec una perfunderet : quo divisa tempestate , alicubi turbo se verteret , & ipsa nubila aërem fugarent , dum pavescunt viatorem. Si igitur Conditori omnium mare & venti obedierunt in fluctibus , & facta est tranquillitas magna , immo & fideli suo jussit hanc virtutem cunctis videntibus ostendendam.

Quodam tempore cum ad maturitatem segetes aristas armassent , & jam se aggravatae meti poscerent à cultore ; innormitas erupit pluvia , ne quisquam fruges colligeret , ut in suis spicis grana latitia germinarent. Interea suggерitur ipsi à populo , facit vigilias intercessor. Sequenti igitur die Reliquis sanctorum apprehensis , oportune & venerabiliter coopertis de palliolo serico ; Diacones in albis exeunt ad processum : plebs clamat pro nimborum incursu . quibus vir sanctus respondit. Qui jussit aquam creari , potens est hunc imbrem sedare. Tunc mox de templo progressi sunt , subito nubes excisae sunt , sol in claritate reducitur , serenitas cæli mundo redditur , ad opera cultor trahitur , & ad manipulos colligendos meisor frugibus invitatur.

Nec illud prætereundum est in simili causa quod gestum est. Dum Nonjaco colonica sua in honore beati Juliani martyris oratorium conderet , & imber gravis irrueret ; ipso verò orationem Dominicam memorante , nimbus impetum detorsit , tempestas

repulit turbinem , pluvia abscessit , locum vel sanc-
tum virum Aridum cadens gutta non terigit.

ARI D I
VITA.

Addatur hoc in pagina , quo rerum crescunt mira-
cula. Quadam die eodem sancto viro in oratorio
orante , ACTARDUS quidam NIVARDI filius
adolescens exanimatus deportatur , & ante sacrum
altare in oratorio beati Juliani martyris deponitur à
parentibus. Rogatur ut vivus reformaretur à Do-
mino. Tunc vir reverentissimus pietate scilicet mo-
tus , lacrymis vim ingerens , aspiciens ad cælum ,
Dominum deprecatur. Dehinc appellat infantulum ,
sed corpus jacet exanime. Hora ferè transacta , ex-
fuscitatur puerulus , clausos aperit oculos , & loqui
posse incepit redivivus. Sic fidelis miles tantis virtu-
tibus pollens , & gratia divina cinctus , ut sicut
Creator omnium rerum filium viduæ adolescentem
resuscitavit de grabato , & reddidit matri suæ inlæ-
sum , ita vir Dei Aridus valuit obtinere orationibus
suis apud Dominum adolescentem esse vivificatum.

Quædam mulier grande vulnus habens in facie ,
occurrit sancto Arido sanari exorans. Tum illâ ve-
xillo crucis signata , illico circumstante populo , tu-
mor vulneris aperitur , & in similitudine nucis mino-
ris velut petra de ipso progrereditur : quæ sine dila-
tione sana domi revertitur.

Adjiciatur operi res adjecta mysteriis. Filius Dul-
cissimi quidam , Ingratius nomine , in grabato ja-
cens , funeri exhibitus à patre , tantum distentus tu-
more , ut intra se sua lumina ablata fuissent. Tum
vir Domini Aridius , oratione pro eo data , de oleo
benedicto perungit oculos ejus : quos cum inliniret
ex fide , mox quidquid morbi fuerat , tacto fugit ab
unguine.

Dum ad profectum sancti viri atque ad altam Dei
contemplationem se sublevant quantum possunt , di-
vinitus eos [agi] credendum est. Quodam tempore

A R I D I U S
V I T A.

affectu pietatis Lemovicum civitatem veniens, audit complures nuper mortis sententia damnatos teneri in carcere vincitos. Aridius ergo memor Verbi Domini dicentis; *In carcere eram & venisti ad me, & quandiu fecisti uni ex minimis meis, mihi fecisti,* cogitavit si quomodo possit liberare eos. cumque ad requirendos reos appropinquaasset carceri, confessim divino nutu, velut magno ferientis impulsu confacte seræ, dissipati cardines, ostia carceris patefacta, & omnia vincula compeditorum resoluta sunt. Eadem nocte quasi solis claritas intus apparuit, & lux in tenebris emicabat, custodes pressi à somno, & ad tumulum sacratissimum S. Martialis Antistitis cuncti fugerunt de ergastulo. sicutque orationibus beati viri de carcere vel de morte liberati sunt.

Profit auribus populi Dei quæ profuit lumini. Nivardi præfati filia, nomine Aetefledis, lumen oculorum perdiderat, ut nullatenus videre potuisset. Quadam die deducta ad vitum Dei Aridium à parentibus suis, ut inluminaretur, exoratur. cumque prosternerent se ad Sacerdotis vestigia, tunc vir sanctus signatis ejus oculis atque intra se Dominum rogans, mox incolumis redditia, quæ fuerat duce pertracta, duxtrix redit ad patriam.

Exempla quoque justorum avidius instruunt sequaces, quām sermo prædicationis multorum. Cum quadam vice properaret vir Dei Burgundiam ad Regem pietatis pro causa, invitatur sedulò à Duce ANTESTIO, ut diverteret ad ejus domum, cui semiviva filia decubabat in lectulo. quæ cum ad extremum exhalaret spiritum, ingressus vir Dei Aridius domum, data oratione pro ea, lætificata domum adipiscendo remedium puella redit de transitu. Ille etenim qui jussit filiam Archisynagogi intra cubiculum resuscitari, mortuam petenti se tribuit, ut

hæc de morte reverteretur ad vitam.

Quædam mulier nomine Bessa pro infirmitate debilitatis membris, digitis attractis, incurvatis articulis, suis gressibus imbecilla, prona precatur se sanari, devota supplex attenuata: mox Aridius cruce à sancta manu tacta crutum tendit in pagina, nervi laxantur in organa, & diutius præstolata, tandem sese membra recognoscere meruerunt. sicque orationibus sancti Viri sana facta est.

Adscribantur præconia quæ justè referuntur ad palliam. Quædam mulier propè jam morti credita, vulnus in collo gestabat: occurrit sancto viro obsecrans, ut super hoc sanctæ Crucis armaret vexillum, mori timens. Cumque super vulnus Christi signum deprimeret, repente mortui sunt vermes, femina rediit incolumis.

Dum majora miracula sanctorum conspicimus, & amplius in amore Dei enixius convertimur. Puella namque de urbe Petrocoria ad Dei hominem veniens taliter contracta, ut de suis calcaneis adhæsa sibi tangeret crura, longo jam tempore gressibus condemnata: quam vir sacratissimus non prius dimisit quam languor eam dimitteret, & pedibus incederet, quæ prius manibus ambulabat. Igitur sciscitans studiosè an haberet in Christo spem, si se crederet salvandam quandoque. Illâ autem in omnibus fidem dante, fixit genua Aridius in terra, & prolixè oravit: deinde oculos pariter & manus ad cælum tendens, Dominum Jesum-Christum fide plenissima promissionis suæ admonuit, quæ dicit: *Quidquid credentes petieritis, fieri vobis. &c. Si habueritis fidem, non solum hoc signa facietis, sed majora horum facietis.* Cumque hæc pleno vigore ac devotione deposceret, conversus ad puellam dixit: Si fideliter credis in nomine Domini Jesu-Christi, surge & sta super pedes tuos: & mox surrexit, & solidati sunt pedes &

ARIDUS
VITA.

A R I D I U membra ejus, & sana facta est ex illa hora.

V I T A.

Item de eadem urbe, altera ad eum venit femina simili infirmitate condemnata : cumque sancti Viri manu attrectata fuisse, directa rediit ad propria, & senior cucurrit viam quam non transcendent juvencula.

Quotiens ad altae Dei omnipotentis animum elevamus, vilescunt animo quæ in terris conspicimus, ut accepta gratia divinitutis supernam patriam penetreremus, ut puta vir iste qui tantis virtutibus adoratur terreno contagio non obfuscatur. Quidam vir cognomento Addo, filius cuiusdam Proculi, ad beatissimi viri venit præsentiam sic debilis, ut de vestigiis calcaneum faceret, nec potuisset separari res infeliciter glutinata, tunc querens à sancto Aridio remedia. At ille signo crucis superimposito, qui clausus genibus venerat, directus pedibus ambulans, basium suarum reductus est vestigiis.

Adjiciantur virtutes operum quibus vera esse creduntur. Vir aliquis de territorio Betorico contractis nervis vestigio debilitatus occurrit, ad monasterium concitus venit, & ut sibi vir sanctus succurreret deprecabatur suffragia: suscepit vir Dei Aridius causam mercedis, oratione pro eo fusa cum benedictione redit incolunis sancta manus quod tetigit.

Adquiratur pagina quod praeter gratia. Leonacter quidam insanus corporis ita demens effectus, ut aliud non esse crederetur quam rabies, cuius furor horribilis nimis non ferebatur, et si nimis vincitus manibus ac pedibus alligaretur in vinculis, & violencia oppressus adhuc catenas constringeretur, hoc superadditus dolor pœnæ collideret, & sic crudeliter tremens tandem ad sanctum Dei Aridium perductus est: nec mora aliqua, facto signo crucis fronte armatus, in momento ab hoste antiquo liberatur simul & vinculo. qui postea Clericus effectus est, & ad me

liora opera cum cantico Christo dependit servitium. A R I D I T I
sed mira dispositione omnipotentis Dei agitur, ut VITA.
quos præmia divina ad meliora non invitant, tem-
poralia flagella erudiant.

Eodem vero tempore quo miles Christi degebat
in terris, FERREOLUS Pastor, ad gubernandam
plebem sibi commissam Lemovicum civitate Præsul
venerandus aderat; sed quotiens ipse Pontifex febri-
bus urgebatur, aut aliqua ægritudine in gravi dolore
atterebatur, ad virum Dei Aridum dirigebat nunti-
os, ut pro eo plenius ad Dominum intercedereret,
qui celebratis pro eo vigiliis obtinebat pro Pastore,
venerabilis Abba pro Antistite, & abjectus & humilis
pro sublime.

Et quia crescens pagina majora tegit miracula,
proferatur in medium de quodam cæco claro mysteri-
um. Vir aliquis lumine deceptus, longo jam tem-
pore tenebris pressus, crassa caligine nubilus, ad
beati viri Cellulam pede tendente deducitur; quem
vir sanctus miseratus ut vidiit, ei visum orando res-
tituit, & remeat ad regionem, claro jam lumine
illustratus.

Jocundum est proferre quid gloriosum fuit memo-
riæ. Quidam vir nomine Vitrimundus, cognomento
Atto, tam crudeliter dolorem dentium incurriterat, ut
nulla intercedente venia dolor eum imminens non
relaxaret, tunc ad sanctum vitum, cum beato Martino
occursum devotè redderet, veniens, & interrogatus
cur ejus una maxilla videretur inflatior, & ille se
torqueri dolore dentium gravissimo responderet;
tum vir Dei faciem turgidam palpavit tactu mollis-
simò, dicens; Sanaberis à Domino, obtinente Mar-
tino, famulo Dei fidelissimo. Itaque mox ut à justo
inchoatus sermo completeretur, salus denti refunditur,
dolor cum tumore curatur.

Quædam mulier Ricovera nomine, conjunx Turo-

A R I D I U

V I T A .

nici monetarii, cum sancto Viro medium ampullam cum oleo benedicendi causa fideliter obtulisset; tunc Aridius factio crucis signaculo, & alteram ampullam in qua de oleo beati Martini continebatur, professens de chrismatio, superjecta gutta ampulla mediae tanta inundatione olei virtus exsilivit, ut repletæ ampullæ alibi oleum tolleret; nec aliquid de redundanti benedictione periret. quæ utrisque benedictio æquanimiter profecit, & ille qui petenti dedit, & petens quæ meruit.

Hoc quoque paucis conceditur, ut tantis miraculis miles Christi ametur. Decreverat quippe Vir reverentissimus, ut pro lucranda cælestis patriæ palma, Turonos ad beati Antistitis festivitatem occurreret. Demique quodam tempore accidit, ut ad præfatam urbem Vir sanctus properaret. Igitur cum Pontifex civitatis illius cum Clero in ecclesia psallendi Officium nocturno tempore enixius ageret, Diaconus ejus dum in ecclesia caneret, somno gravatus est. Cumque cum Episcopus cerneret dormientem, ait ad eum, Quare obdormis frater? Qui de somno evigilans ait: Videbam te Domne mi egredientem foras ecclesiam, & in obviam beati Viri Aridii properantem. Cumque Diaconus vix sermonem complefset, statim nequam spiritus in quodam homine exclamavit, se sancti Aridii presentiam ferre non posse. Quo auditio Episcopus cognovit quod Vir Domini Aridius adveniret: moxque in obviam Abbatis Episcopus cum cereis accensis præ foribus ecclesiæ occurrit, ac cum magno gudio & exsultatione in ecclesiam ingressi sunt, & pñè tota nocte in divinis Officiis perdurarunt. Nam multi ægri vel diversis infirmitatibus adstricti sano vigore orationibus vel intercessionibus ejus ad propria regressi sunt.

Alio rursus tempore cum ad eamdem festivitatem Turonos occurrisset, & alicujus paralyticæ crura blanda

blanda adhibitione contrectaret vir Dei Aridius , ARIDIS
testabatur quod sancti Martini manum vidisset , VITA.
qualiter debilia membra dirigeret , & sic paralyticus
sancti dextera tangente se suis vettigiis protinus di-
rexisset. Tanta verò curationum virtus divina gratia
illi collata præmicit , ut quisquis infirmus ad-
venisset , pleno vigore sanatus incolmis recederet.
Energumenis verò tam celeris salus est redditum , ut in-
gentis multitudinis non præscriberentur tot nomina.

Si per singula recenteantur miracula , valde incongruum non est , ut credantur tantæ virtutis allo-
quia. Quodam tempore vir Dei egressus de basilica ,
peractis nocturnis vigiliis , vidi globum luminis de
cælo descendisse super ejusdem Cellulam , credensque
splendorem ipsum abi homine fieri , interrogat vir
Dei à suo discipulo , quis est ille qui cum facula
per hortum hora tali ambularet. Interea cum ad adm-
iraretur , protinus globus ipse qui apparuerat de
super Cella , revolvitur ad sidera ; ipse verò cum
metu & tremore expansis manibus divinæ pot-
estati luminis gratiam deferrebat. Scilicet interro-
gatur à Monacho qui hoc cum eodem videbat , quid
esset hoc miraculum tantæ claritatis visio , ut taliter
revelarentur beatissimi fæderotis mysteria. Cui res-
pondit vir sanctus : Sile , sile insipiens , cognoscé quia
beatissimus Matinus visitat hanc cellulam digna-
tione præcipua ; & ad cælos remeat cum lucis fulgi-
dæ gloria. Sed quem divina gratia protegebat , dig-
num erat , ut illustrante Spiritu-sancto acciperet vi-
sitationem : sed amicus Dei cavens jactantia vitium ,
præcepit discipulo ut nulli hanc visionem diceret
quousque migraret ad Dominum. Sic fidelis miles
regulam Magistri Mediatoris Dei tenuit , qui
transfiguratus in monte discipulis præcepit , ut ne-
mini visionem quam viderant dicerent , donec Filius
hominis à mortuis resurgeret. Perpende igitur

Vet. Analect. Tom. IV.

Q

ARIDIX
VITA.

quanto igne amoris Dei & proximi vir iste accensus erat, qui tale revelante Spiritu divinitus meruit accipere donum. Quia Deus ignis consumens est, Jacobo attestante qui ait, *Omne datum optimum & donum perfectum defusum est descendens à Patre luminum.*

His ita gestis vir sanctus jugiter intentus manebat divinis officiis. Non enim poterat in eo invenire humani generis inimicus, nec quod fraude deciperet, nec quod simulatione fuscaret. Erat quippe in eleemosynis largus, in oratione devotus, in vigiliis sedulus, in humilitate profulus, in doctrina praeceps, in sermone pacatus, in locutione cautus, in conversatione sanctissimus, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissimus, in hospitalitate latissimus, inter odia beneficus, in prosperis etiam & adversis semper in celum intentus. In caritate quod est vinculum perfectionis Christi perfectus, sinceritatem quidem mentis vultus serenitate monstrabat, & pietatem cordis ostendebat in lenitate sermonis. Nihil ejus risu gravius, nihil prouersus tristitia suavius, nihil quippe ejus animo clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Si pauperem vidisset, sustentabat, si divitem ad bene agendum cohortabatur, Deum invocans testem pro ipsis nomine cuncta hæc agere, illud jugiter memorans quod Veritas in Evangelio dicit, *Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Nec non & illud: *Verum tamen date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Et alibi: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.* Hæc præcepta jugiter memorans enixius adimplebat, eratque pes claudorum, & oculus cæcorum, orphanorum pater, viduarum consolator. Quem autem cæcum non suum vocavit heredem, aut quem debilem non ejus sustentavit manus? Hoc jugiter comitatus incedebat exercitu, in his etiam

Christum conspiciens se amplectere gestiebat, atque his indumenta tribuens, Christi sub inopis ueste se tegere membra credebat: & ob hoc cum Domino suo pecuniam dividens, suustantiam suam gaudebat cum Christo sociare, ut Christus faceret eum cælestium sibi regnorum coheredem. Sciens namque scriptum quod illa bona hereditas, quæ Domino custode servatur. Ejus namque monita apud suos nihil fuerunt aliud, quam divina magisteria, & fundamenta sacrarum scripturarum. Dignum est enim ut eum boni diligent & imitantur, noxii timant, quem divina virtus inlustravit, ut donum à Deo perceptum cum doctrina melliflua & sancto Spiritu condita, de Christi desiderio salsa & de æterna beatitudine semper sollicita.

Si consideremus quæ & quanta omnipotens Deus per Sacerdotem suum operatus est, prolixior pagina stili promulgatur, solent plerumque pessimi, male blandientes consiliis Regibus terrenis corda subvertere, juxta Salomonis vocem, *Colloquia mala corruptunt bonos mores.* Quodam tempore accidit, ut populis tributa vel census à Regibus fuissent descripta, quæ conditio universis urbibus per Gallias constitutis summoperè est adhibita. Scilicet pro hac re vir reverentissimus, pietate motus, ad Regis præsentiam properavit, ut suggestionem daret pro civibus qui gravi censu publico fuerant edicto adscripti. Sed cum scriptum sit, *Cor Regis in manu Domini,* quicquid petuit sanctus vir à Rege devotus obtinuit.

Accidit igitur ut revertente eo de itinere, quodam vico Catuliaco veniens, eodem scilicet die, quo resurrectionis Dominicæ celebrarentur sancta mysteria, invitatus à populo cœpit sanctis vacare officiis. Celebrante autem eo divina sollemnia, puella quædam, quæ à dæmonibus graviter urgebatur, excla-

A R I D I U S

VITA.

mavit se sancti viri non posse ferre præsentiam, quæ tamen nomen ipsius incognita invocabat, qui videlicet juxta morem solitum exercens opera pietatis, peractis divinis mysteriis ad orationis portum profugiens, ut ne diutiis ab antiquo hoste puella vexaretur, intercessor adsistit. Erant enim in ea septem nequissimi spiritus, qui dam orationi inumberet, statim quinque dæmonia expulit deprecando. Residentibus adhuc duobus, præcepit vir beatissimus parentibus puellæ, ut ab ecclesia non discederet, donec quod residuum fuerat maligni adversitatis expelleretur è corpore. Igitur veniens vir sanctus ad ecclesiam, ubi eam stare præceperat, adhibitis secum Monachis suis prostratus orationi, à Domino valuit obtinere, ut duo dæmonia quæ residerant expulsa fuissent, qualiter mente sincera, sensuque firmato remearet ad propria.

Anno quoque tempore cum vir Dei pro hujuscemo-
di conditione quasi occulto adventu Regis expete-
ret præsentiam, properavit itinere. Cumque Parisii
civitatis claustra fuisset ingressus, populus urbis
hujus gravi febre, dissenteria & morbo pessimo
laborabat, ita ut nec numerus corporum præ mul-
titudine morientium diebus singulis, præcipue in-
fantium turba, estimari potuisset. Quadam verò
die dum à Pontifice civitatis illius non immerito
venerabatur affectu, petiit ut eum secum paucis
diebus caritatis officio retineret, ut intercessor pro
populo exsisteret ad Dominum. Igitur dum petitio-
nibus ejus vir Dei Aridius obtemperare voluisset,
contigit aliquibus è suis in eodem tædio pessimo
graviter incidisse, scilicet vir beatissimus confidentiæ
tenore in Domino securus, solita prece pro plebe
civitatis illius exorabat, quos blanda exhortatione
suis scilicet sermonibus consolare non desit, ut
nullus de pietatis Dominicæ misericordia despera-

ret. qui videlicet jussit sibi oleum benedictum exhiberi , & singulorum cum crucis signaculo manu propria ora naresque perfudit , dicens ad eos. Consolamini in Domino , & vicissim vos adhortamini fratres , omnes vos incolumes restituit dextera Christi. & ad suos ita locutus dicens : Nolite quæso vos fratres mei , nolite contristari , sed potius vos viriliter confortamini , & de misericordia Domini enixiūs confidite , quia omnes vos divina potentia restituit incolumes regioni propriæ. Interea revolvens in animo suo ubi Regis sciret esse presentiam , ut scrutatus deberet expetere. Relictis igitur fratribus in eadem civitate , cum paucis comitantibus properans tenuis [locum] cognomento Brinnaco carpebat iter. Dum procul dubio viator adsisteret , sequentibus se dixit , Regem cognoscite gravi febre perurgeri , & pæne vitæ ipsius hastenus finem imminere , sed clementia Domini pro respectu pauorum nobis eum salubriter visitantibus liberabit. Hoc quoque secretius retinete ; Post hos verò paucos dies proles ipsius quæ adhuc sospites esse videntur , migrant à sæculo. Per Spiritum scilicet prophetiæ cognovit vir Dei Aridius quod postea probavit eventus. Cum verò ad locum memoratum sanctus Dei famulus pervenisset , cognito Rex ejus adventu , cubiculum suum eum introduci præcepit , credens se ejus orationibus in Domino adjuvandum. Quapropter cum introgressus fuisset , reddito salutationis officio cœpit eum manibus suis palpare , qui intra se Dominum precibus postulabat , ut petitionibus suis Rex præberet assensum , qui dum commodius de anxietate suæ infirmitatis inter sacras manus beatissimi viri cœpisset habere , suæ causam conditionis exposuit : sed favente Deo , qui cuncta regit & omnia disponit suaviter , quidquid Dei Sacerdos apud Regem poposcit , facili obtenuit potuit prome-

reli. Adjiciensque Rex ut libros ipsos, quibus inscriptus pro gravi censu populus regni ejus tenebatur afflictus, sancti etiam viri pro respectu, vel stabilitate sua, manibus ejus tradidit, ut ipsos sui auctoritate incendio concremaret. Tunc Aridius receptis libris, jussit prunas parati, quo facto, apprehensos manibus suis ipsos libros, multis etiam circumstantibus in incendio concremavit. Obtenta ergo petitionis suæ causa, post diem tertium Principi valedixit. Quodam vero die priusquam Parisius perveniret, hoc quod suis comitibus non longè ante dixerat, illic comprobavit eventus. Referente procul dubio nuntio cognovit vir Dei Regis obisse filios, quos jam ante ipse predixerat, & cum magna funeris turba Parisius deportandos. qui dum aliquatenus ad præfatam urbem rediens pervenisset, repperit populum civitatis illius jam à dissenteriæ morbo divino auxilio liberatum. Invenit etiam quemdam de suis collegis, nomine Constantimum, gravi mortis periculo subjacentem. Nonnullos vero quos mortuos fuisse compertit orationibus suis incolumes reddidit. Tum deinde hortatur à suis, ut ille qui pessimo succubuerat tædio, in loco aliquo commendaretur tali personæ, ut cum de hac luce transiret, cespitis humi tumulo clauderetur: ita dumtaxat jam fuerat vicinæ morti propinquus. Sed vir beatissimus miseratione motus, solita pietate promptus, allevans eum supra vehiculum quod sedere consueverat, regimine ducitur alieno. qui cum videlicet jam in tertia die itineri insisteret, afflictus tædio, mortis iactu percussus, corruit exanimatus in terram: quod dum cerneret beatissimus vir, compuncto corde cum gemitu & lacrymis enixius orationi vacare cœpit. qui cum ab oratione surgeret, conversus ad corpus, dum manibus suis eum palparet, cœpit oculos suos aperire; & non post longum horarum spatiū, præda

mortis evicta , redditur luci jam pristinæ incolumis , qui fuerat desperatus de vita , restituitur sanitatem continua : qui igitur lento sermone aquam sibi poposcit experendi , cum vagantes cuncti huc atque illuc anxiè quererent , minimè invenirent , quia ille locus aquæ erat procul dubio sterilis : sed sanctus Dei Sacerdos paullisper se declinans , percutiensque iectu baculi terram , aqua profiliit abundè . qui mox petenti in vasculo detulit . Sic sitis ardor deprimitur , pallor à facie fugatur , vultus in rubore mutatur , erigitur pedibus ; & qui fuerat mortis occasu damnatus , sospes patriæ præsentatur . qui postea multorum annorum duxit curriculum .

Adnectendum est virtutum miraculis , quod corda audientium inlustrentur exemplo . Cum jam è vicino patriæ jungeretur vico quodam Argentomao , ibidem Artemius quidam unus de Monachis opportunè suggestit , ut alimonia fratribus parari deberet . cui ille ait : *Querite primum regnum Dei , & hac omnia adjicientur vobis.* Et illam Psalmista vocem , *Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.* Sed hæc à me accipe , frater carissime , cum fluminis hujus alveum pertransieris , leva oculos in partem dexteram , opportunum invenies locum , ubi possimus nos vel vehiculi nostri famis inopiam temperare . Cumque ad locum eundem sibi præceptum venisset , repperit ibidem duos miræ magnitudinis pisces adhuc maximè vivos . quibus assatis , vit Dei Aridius ex ipsis in refectionem partem accepit , & plerique ex ipsis usque ad satietatem visi sunt comedisse . Sed ille in cuius nomine retia laxaverunt Apostoli in fluctibus , & illa trahere non valebant præ multitudine piscium , & his distribuit esfientibus cibum .

Dum iterantur virtutes sanctorum , fidelium mentes velut sientes profunda Dei mysteriorum satiarunt

**A R I D I I
V I T A .**

desiderant. Quodam tempore dum positus in itinere carpeteret viam, appropinquans cuidam vico Argentomao, concionatus est se sequentibus dicens, Tacite transeamus, ne nobis inducatur mora itineris. Scilicet erat hic locus profanus, superstitionis antiquæ dæmonum cultibus consecratus. quo in loco populus Christianus inhabitans non potuit ferre misericordiam, quia infirmitatibus variis subjacent, vel etiam ab ipsis dæmoniis assidue agitantur. Cumque voluisse vir Dei Aridius latenter fugere à populo, & ille secrete oraret, commota est infirmantium multitudo populi, proprium nomen ipsius invocantes, quia procax dæmonum turba se à sancti viri adventu celate non poterat. Igitur dum eum sequeretur populi multitudo languentium, respiciens post tergum stetit, & protinus ad orationis studium se in terram prostravit, rogans pro illis Dominum, ut juxta fidem illorum essent salvati. cumque ab oratione fuisset erectus, crucis vexillum illico super singulos impressisset, tum hi qui languoribus variis detinebantur, vel illi qui à spiritibus immundis vexabantur, adjiciens oleum cum benedictione, Domino gratias referentes, sanitati pristinæ ab infirmitatibus vel à dæmonibus liberati sunt.

Quos elegit Deus ante constitutionem mundi, hos despicit sublimitas reproborum. Hic vir sanctus abjectus fuit inter homines, & minimus à sæculi conspectibus, sed maximus inter sanctorum agmina prælatus. Quodam tempore in itinere positus, die quadam declinante ad vesperam, nec procul à vico, cui vocabulum est Mæno, jussit ut itineri terminus poneretur, & sarcinas quæ jumenta vehebant loco congruo relaxarent cumque locum amatum, aspectuque delectabile manendi spatium vidissent, cognoscens vir beatissimus per Spiritum Pro-

phetiæ quæ essent illi post modum ventura , hortatur paterno alloquio collegas suos , quibus sciebat maximam injuriam imminere , & allocutus est dicens : Viri Fratres & filii multam credite nos hac nocte injuriam perpessuros , sed confortamini & confidite nos cælesti auxilio liberari. Nec aliqua mora , cum cælum sidereo splendore serenissimum cernetur , subito in tonitruo commovetur terra , quasi à stabilitate sua præ sonitu gravi in tremorem convertitur , denique conturbantur nubes in aere , apparent tetro colore per sidera ; & quæ fuerant candore perlucidæ , vertuntur in pluviam concitæ , cœbrius micat coruscus è cælo quod fuerat obfuscatum : videlicet non longè ab ipsis erant tria idola cultu gentili dicata , cum aëra fulgoribus urgerentur , in impetu tonitrui ita eversa sunt cælitus , ut nulla exinde in crastinum fundamenta idolorum reperirent. Eodem istu fulguris igne micante , silvam , quæ ab ipsis eminus cernebatur , ingens ignis ex parte exustam concremavit , & arbusta eruta ventorum impulsio prostravit. Sed tali timore qui cum Dei homine erant , perterriti sunt , ut nullus se posse evadere crediderit , metuentes ut plaga Dei super eos descendenteret. Inde frequenter hortabatur suos orationi insistere , & tota nocte in psallendi officio perdurare. Locus enim ille ubi vir Dei Aridius ad manendum diverterat , humiliiori loco aliis videbatur , quo ceteri sua tentoria fixerant. Ita enormitate aquæ cuncti sunt madefacti , ut nihil remansisset in vestibus ubi aquæ impetus non percurrisset , sed sanctus Dei Sacerdos capsulam quam cum sacris reliquiis collo suo appensam portabat , circumspiciens comites , superposito palliolo , & stratorio ubi requiescere debuerat tamquam si solis ardore attractus , ut nullum sensisset locus ille humorem.

Neque silendum est illud , quod virtuti congruit,

A R I D I U S Accidit quodam tempore , orto inter duos Principes
VITA. bello , Lemovicum populus regionis civitatis ipsius
 formidantes mœnia rumpere , & in desolatione re-
 digere & destruere : quibus directis Nuntius à Rege
 missus , quorum ditioni populus subderetur , & jam
 depopulata urbs esset in obsidione . Igitur quidam
 ex ipsis **D O M A R I C U S** nomine , qui cum aliis
 ad occupandam civitatem venerat , sanctum Dei
 virum aggreditur , sollerti cura sciscitans eum , ut
 quidquid per revelationis Spiritum cognoverat , fu-
 tura prædiceret . Quibus silentio ita locutus est .
 Quamquam sciam vos Regem metuere **T H E O D E-**
B E R T U M , hoc scitote quod regnum ipsius nuper
 aufertur , sed hactenus citius interimitur . Rex au-
 tem vester multarum scilicet gentium augmenta
 adversus illum commovebit , super quem victoria
 ei donabitur : obtenta videlicet pugna victoria
 fraudulenter decipitur , sed à filiis nepotibusque
 suis , regnum ipsius traditur gubernandum . Ceteri
 verò Reges , quibus stabilitate regnum stare vide-
 tur , interveniente articulo mortis pressi in igno-
 bilitate rapiuntur à sèculo . Sed præfatus Domari-
 cus ad bellatores regressus est . Nam quod vir
 Dei Atidius prædixit , ita postea rei probavit even-
 tus . Sed inter hæc cetera bona , sermo quoque ei
 sapientiæ atque scientiæ affluenter collatus erat ,
 caritatem & humilitatem super omnia possidebat ,
 famulos quoque non ut servos affligebat , sed be-
 nigna caritate diligebat . Quid pluribus immorer ?
 In omni conversatione sua quasi Lucifer inter astra
 cali resplendens instar magni lampadis micabat . Semper
 enim perfectos æmulabatur ad bonum , semperque
 aliorum virtutes sibi proponebat exemplum . Tar-
 dus erat ad loquendum , & velox ad audiendum ,
 eratque eleemosynis dives , caritate longanimis ,
 humilitate sublimis , sermone subtilis vigil ingenio ,

promtus eloquio , flagrans studio ; utile nempe
vas in Christi domo.

A R I D I I
VITA.

Plerisque sanctorum convenit esse credendum , ut futura prophetantes per Spiritum prophetiae aperta consideratione divinitus gesta narrentur. Ita & hic vir Dei illustrante superna gratia , per revelationem sancti Spiritus annuntiabat quæ hominibus essent ventura Quidam vir ex civibus Lemovicum civitatis , cognomento NECTARIUS , non inops rebus , sed locuples divitiis , unicum habens filium , intelligentे beato Dèi famulo subito illi mortis imminere incursum. Quapropter vir reverentissimus nuntium direxit parentibus suis , ut antea quam morti puer occumberet suo præsentaretur aspectui. Tum auditio genitrix nuntio prorupit in lacrymis pro sobolis internecione. Interea cum paucis sibi famulantibus B. viri obtemperat iufioni : cumque proficeretur viam , ut prædictoris veritas probaretur , vi febrium ingenti attacta pueri membra solvuntur. Et demisso capite , clausisque oculis pæne mortuus esse videbatur. Et cum vir sanctus hujus rei exspectaret eventum , cernentes adolescentem esse exanimem , illico erumpentes in fletum vociferantes famuli , qui cum summa festinatione venientes ad Dei hominem properant. Scilicet pietate motus suscipiens puerum exanimem ; ad Reliquias sacratas B. Hilarii Antistitis creditit exponendum , qui pro eo magnis orationibus & precibus Domino commendavit , ut qui quatriduanum Lazarum reddidit vivum de sepulcro , huic quoque puero subveniret propitius. Consummata igitur oratione , qui exanimis esse cernebatur , statim restituitur matri incolmis : & quem crediderat mortuum tradere sepulturæ , cum eodem magno gaudio exultantes domum revertuntur alacres. Hæc igitur sed & alia quamplurima his similia , quæ

per singula prosequi longum est. plerumque vir Domini Aridii prophetiae gratia ornatus prænuntiavit.

Multa etenim sunt quæ per beatissimum virum omnipotens Deus virtutum opera declaravit , quæ dum sæpius revolvuntur , semper accrescunt quæ miraculis intueantur. Sed hæc videlicet quæ superius pauca de pluribus comprehensa sunt. In terris degens ut incola , postquam cælestem adquisivit palmam , ad Christum remeans à sæculi laqueo eductus , non minimum referendum nobis reliquit exemplum , quām vivens potuisse operari in mundo. Sed nunc longum est per singula virtutum ejus miracula verbis enarrare , præfertim cum liber jam supra modum refertus postulans finem sermonem rejiciat , & ariditas sermonis nostri attenuata , vel longo tramite pñè defessa succumbat : non quod omnia quæ de eo narranda erant explicavimus , qui nec ad centesimum quidem ejus virtutum operum attingere potest , quanta in virum beatum operum bonorum ornamenta , quæ sunt maxima & pretiosa supernæ remunerationis contulerit prærogativa. Hoc igitur restat ut ad finem termini valeamus pervenire. O vere imitabilem Virum ! O quām præferendum omnibus ejus exemplum ! O semen secundum Abraham benedictum , nempe Abrahæ benedictio meruit filium , Aridius verò benedictus transferritur in cælesti regnum ; Abraham tradit heredem , hic nihilominus hereditatem ; postremò Abraham quod habuit pignus exhibuit , Aridius verò totum quod potuit habere in mundo , Domini scilicet arbitrio jurique commisit. Sufficiat ergo hæc dixisse. Jam verò , ut spero , etsi rusticō sensu , sermonem prolixum duximus , quamquam ejus meritis digna præconia nullatenus narrare sufficeremus. Nunc verò tam ad audientium ædificationem dignum esse puto , quām & legentium ,

si quomodo ex hac vita ad Dominum migravit paucis verbis explicare curavero , adjuvante Domino nostro Jesu-Christo , qui vivit & regnat in unitate Spiritus-sancti per omnia sacula s̄eculorum. Amen.

A R I D I S
VITA.

*Incipit de Transitu sancti ac beatissimi Aridiis
Abbatis & Confessoris.*

Igitur cum jam vir Domini Aridius senilem ageret ætatem , cum jam mundi adversa , cunctosque labores æquanimiter tolerasset , postquam fidelissimæ dispensationis creditæ sibi undique merita commolavit , post multiplicia misericordiæ opera , post monachorum cœnobiorumque mancipatum , post dulcia vitæ exempla , post bonorum omnium & virtutum miracula declarata ; vergente jam ætate , cum autem esset annorum amplius octoginta , sciens jam dissolutionem sui corporis imminere , dixit ad suos Monachos : Scitote carissimi Fratres , quia me Dominus de laqueo hujus sæculi in proximo liberare dignabitur. Cum hæc audissent , ex eo sermone cuncti tabefacti atque in angorem conversi cœperunt mærentes dicere ; Non contingat domine hoc famulis tuis videre , sed magis annis multis ad ornatum ecclesiæ beatitudinem tuam Christus hic vernare permittat. At ille cum lacrymis vel longis suspiriis dixit ad eos : Non nostra , sed potius Domini ex hoc fiat voluntas. Porro ad hæc verba cunctis mærentibus ait : Nolite quæsto fratres mei , nolite contristari , sed magis gaudete & exultate quia olim hoc tempus desiderabam , hanc remissionem percipere cupiebam. Illis itaque in angorem conversis atque suspicantibus , nihilominus & rei ambiguitate detentis , à colloquio cessatum est. Igitur nec mora aliqua , post hæc levissima febri infusa corpori rædiari cœpit. Deinde vocato quodam pueru præcepit dicens : Fessi-

A R I D I U na fili mi , perge citò ad virum illustrem **A S T I D I U M** ;
V I T A. dicesque ad eum , ut celeri cursu veniat , quia hujus
cœnobii regiminis curam post dies obitus mei ipse
recipiet . Et rursus ait : Quoniam si moram aliquam
fecerit , faciem meam in hac vita jam non videbit .
Nuntius quippe iussa complevit , sed præfatus Asti-
dius veniendi causa tardè occurrit . Cum autem ad-
fuisset , virum Dei jam superstitem in hoc sæculo non
invenit . Itaque ut vir Dei prædixit , ita postea rei
probavit eventus . Interea , ut dicere cœperam , cum
vir beatus ultimam decumberet ægritudinem , nec
quidem à Dei opere cessabat . Bonam hanc consumma-
tionem virtutum suarum existimans , si ad finem usque
perduceret . Pernox enim in orationibus & vigiliis ,
membris fatiscentibus Deo spiritum & mentem ser-
vire cogebat , & nimium latus cupitum iter exspecta-
bat . Igitur cum jam propinquum diem sentiret , con-
gregatis ix Kalendas Septembribus discipulis suis ,
quos jam corpore non spiritu incipiebat relinquere ,
dixit ad eos : Utinam dilectissimi fratres parvitatis
meæ audire sententiam [velitis .] Si verè mei amato-
res estis , Christi monita amate , Dei tremenda judi-
cia jugiter formidate . quales eritis in die judicii præ-
sentandi sollicita consideratione cavete : ego enim jam
gradior viam meam , sed & ego cupio dissolvi ; & si
Dominus permiserit , esse in requie . His ita dictis , cum
omnes flerent & ejularent , ait ad eos : Ecce hodie
in manus vestras commendo salutem animarum ves-
trarum : mementote ergo admonitionem meam , &
cogitate omnes de vobismetipsis : Hæc quæ dico
affiduè agite , hæc sapite & retexite , & memoriam
meam semper vobiscum retinete . Jam ultra Aridius
non erit in hoc sæculo vobiscum .* Cum hæc audissent
omnes qui circumstabant , ingenti gemitu & fletu le-
vatis , consona voce omnes flebant dicentes : Cur
nos Pater deseris , vel cur tam citò à nobis recedere

cupis & Scimus quidem te desiderare Christum, sed ARIDIA
VITA.
 salva tibi sunt tua præmia, nostri quoque miserere
 quos deseris: absentiam tuam ferre non possumus,
 quia similem tui numquam postea habebimus. Doleat
 tibi Pater, ne tam cito relinquas nos orphanos.
 Talia quippe eis deflentibus, piissimus ille pastor fa-
 ciem ubertim lacrymis rigabat: & cum esset pius, nec
 hos deserere, nec à Christo valebat diutius separari;
 Tandem ergo inter amaras lacrymas resumens ver-
 bum dixit: Nolite ex hoc contristari, & ne quæso
 nolite amplius fletu vexari de abscessu meo; gaudere
 vos magis oportet quam mætere, quia etsi corpore
 absens fuero, spiritu præsens ero. Ego vero si quid
 agere potui, profectibus vestris militavi; & quam-
 quam ego infelix sim, Dominus autem semper est;
 illi vos cominendo ipsique curam vestram committo.
 Scio quidem quia inutilis servus non gessi quod de-
 bui, Dominus autem scit quomodo volui. Post hæc
 quoque verba, vergente jam die, subito procidit in
 pavimento, & elevatis ad cælum oculis orabat sup-
 pliciter gemens atque suspirans: Commendo tibi
 Domine Jesu oves quas mihi credidisti. Commendans
 igitur Domino cum fænore quod ab ipso acceperat
 talenti munere. Jam vero in extremis positus, voca-
 tis ad se discipulis, amplexusque per singulos flens,
 valedicensque omnibus ait: Jam ultra non loquar
 ad vos, & faciem meam amplius non videbitis,
 ideoque valete in pace, etiam me sentite quiescere.
 Hi itaque qui circumstabant audientes, nullo qui ve-
 rant genere temperare a fletu. Vix tamen inter ama-
 ras lacrymas, hæc verba solummodo resonabant.
 Dolemus quidem nostri causa, quod nos solatio ab-
 scessus tui destituis, sed tui causa, Pater optime,
 consolamur; quia post mundi hujus laborem ad re-
 quiem vadis æternam. Tunc ille oculis ad cælum ele-
 yatis tacitam precem fudit, deinde cum lacrymis ait:

A R I D I I
V I T A.

Memento mei Domine , qui solus sine peccato es ;
Redemptor mundi , & educ me corpore mortis , &
salvum me fac in tuum regnum celeste : tu es pro-
tector meus Domine , in manibus tuis commendo
spiritum meum. Suscipe ergo me secundum magnam
misericordiam tuam , & non confundas me ab ex-
pectatione mea ; sed adjuva & auxiliare exitum ani-
matæ meæ. Aperi mihi Domine propteranti januam
regni tui , & principes tenebratum non occurrant
mihi , sed clementia tua protegat & defendat ac ma-
nus tua perducat me in locum refrigerii & consola-
tionis , & vel in ultimo tabernaculo quod præpa-
rasti timentibus nomen sanctum tuum. Inter haec
etiam addidit dicens : Nunc dimitte servum tuum
Domine secundum verbum tuum in pace. Et his
dictis inter verba orationis emisit spiritum.

Cum sancta illa anima carnis sarcina fruisset abjecta,
statimque cum esset hora secunda noctis, visus est glo-
bus nimia claritate resplendens super ejusdem Cellu-
lam de celo descendisse , & subito ad sidera desuper
penetrare. Hoc igitur ordine sancta ejus anima terre-
nis contagii liberata , deducentibus Angelis sanctis,
ad suum auctorem revolavit læta. Vir quidem spi-
ritum emiserat , luctus & fletus ad celum resonabat.
Compositum quidem ex more corpus , feretroque
impositum , ibidem in Psalmis & Hymnis rotam
noctem per vigilem ducunt. Cum autem lux diei fuis-
set exorta , convenit populi multitudo : & jam cum
& ad noctitiam Pontificis urbis Lemovicinæ perve-
nisset , quo auditio cum magno fletu celerique cursu
occurrens , super corpus sancti viri diutissime fle-
vit , quod eum vivum minime in sæculo invenisset :
& mox cum ad ecclesiam sancti Juliani Martyris ,
quam vir sanctus ædificaverat , ubi corpus sacrum
jacebat , deportare voluisset , nullomodo fererunt
vel paucum levare potuerunt. Decreverat autem vir

Domini.

Domini Aridius in ecclesia sancti Hilarii Antistitis, quam & ipse suo opere ædificaverat, corpus suum sepulturæ tradere. Tunc tristis valde FERREOLUS Pontifex effectus, indixit jejunium triduanum celebrare eum psallentio. Quod cum ita fieret, ipse cum suis indesinenter per illud triduum celebravit jejunium. Interea cum peractum est jejunium, ait: Si Domini est voluntas, aut sancti hujus, ut illic eat quo ego vel plebs haec cupimus, sine ulla dilatione elevetur. Erat autem locus in secretiori parte. Cumque accessissent ad feretrum, ut eum levare conarentur, tanta mox celeritate levatum est, ut facile à duobus portaretur, quod antea nec à plurimis movebatur. Quod omnes qui aderant cum eodem Pontifice cernentes, cum magna exultatione Christi gloriam magnificabant dicentes: Magna & mirabilia sunt operatua, Domine Deus omnipotens. Cumque jam deportatum fuisset corpus ad sepulcrum, omnes qui aderant nullo genere temperabant à fletu; Patrem se perdere clamabant, & inter fletus & singultus vix haec verba promebant: Cur nos Pater deseris? & cui alumnos tuos tradis regendos? Igitur corpore ex more tradito sepulturæ, præfatus Episcopus reversus est ad propria. Comparetur itaque si placet exsequiis hujus sancti Viri, non dicam funeris, sed potius triumphi, inanis gloria sæculi: conferatur si potest etiam virotum divitum pompa huic Sacerdoti defuncto æquanda. Illos confusis plausibus turbatum honorat insania: Aridium mundi ær umna exutum Angeli cum cælestibus laudibus perferunt ad regna perpetua. Illi post sæculi pompas in tartara triduntur: hic post mundi adversa, sinu Abrahæ latus excipitur. Illi divitarum opibus oppressi, & defuncti præcipitantur in gehennam; Aridius vero eleemosynis sublimatus cum sanctis resurget in gloria. Illi postremum lugent in inferno damni; Aridius lau-

ARIDII
VITA.

A R I D I I
V I T A .

reatus exsultat ecclesiæ cum cunctis à sæculo sanctis. Gratias tibi Deus noster , qui reddidisti ei magna pro parvis , & quiescere eum fecisti in gloria sempiterna , & illa Evangelica promissione , ubi ait : *Euge serue bone & fidelis , quia super pauca fidelis fuisti , supra multa te constituam.* hic meruit audire , *Intra in gaudium Domini tui :* & sicut de talibus per Salomonem scriptum est , *Justus de angustia liberatus est.* Et per Hieremiam scriptum est : *Benedictus vir qui confidit in Domino , & erit Dominus fiducia ejus.* Hinc & David dicit : *In lege Domini voluntas ejus , & erit quasi lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.* Hinc etiam per Isaïam Prophetam Dominus dicit : *Ego vocavi eum & benedixi ei , & directa est via ejus.* Hinc quoque in libro Ecclesiastico dicitur : *Timenti Dominum bene erit in extremis , in die defunctionis ejus benedicetur.* Hinc & alibi scriptum est : *Bonorum laborum ejus gloriosus erit fructus , & in perpetuum corona ejus triumphat.* Hæc nos de obitu sancti Viri sufficiat narrasse , ut ne legentibus fastidium ingeram. Verum & ejus vita aerminetur , noster quoque terminet & sermo.

Incipit de miraculis S. A R I D I I Abbatis.

Nunc de multis miraculis quæ ad sacratissimum ipsius corpus Dominus assidue ejus meritis operatur , vel pauca de pluribus , quæ in calce ejus obitus ibi Jesus-Christus declaravit , pro legentium oportunitate aggrediar : ideoque non valet mens humana in verbis erumpere , quantis mysteriis milites suos superna gratia illustrat . Quidam Monachorum de Viri sacratissimi cellula , nomine Baudenus , cum instrumentis chartarum , quibus Monasterii possessio firmabatur , regionem Burgundiæ adire non distulit . Qui igitur expertus venerabilem & egregium Antistitem

S Y A G R I U M Eduæ civitatis Episcopum , eumque suis precibus imploravit , eo quod honore dignissimus præ omnibus in Regis Palatio habebatur , ut ejus patrocinio à diversorum æmolorum insidiis Celula tueretur. Qui scilicet petitionibus præfati Monachi annuens , quæ petivit , vir reverentissimus non negavit: sed etiam auctoritate regali instrumenta munivit , & ad regionem remeandi tribuit libertatem. Cumque transissent dies plurimi , & obtenta petitione festinaret , opidum Lemovicæ , regionis ingressus est. Quodam die in vico quodam , nomine Ricomago * , virum magnificum **N E C T A R I U M** ibidem repperit ; & quidquid petitionibus suis even-
 tus præstiterat , omnia patefecit. Qui dum interea percunctaretur ab ipso , cœpit sermonibus suis vacilare , menteque lapsa ac furibundo vultu , statimque prorumpens in vocem , causam sui operis silere non potuit , quod adulterii vitio fuerat ludibriose inquisitus. Qui dum frenderet dentibus , & se suis morsi-
 bus laniaret , chrismarium quod vir beatissimus Aridius gestare consueverat , & reliquias habere sanctorum , à se concitus excutiens , projectit in ter-
 ram. Et dum furor ingens illius sedari nullatenus poterat , vincitus custodiæ mancipatur. Interea unus è famulis præfati viri , apprehenso chrismario quod à se projecerat , nesciens inter vestimenta reposuit. Qui dum hoc ageretur , constipatis in unum rebus onerare jumentum cœperunt. Nam cum super ipsum onus elevatum fuisset , sacro pondere constipatus , in terra corruens gressum ultra movere non potuit. Quid plura? supponitur in alio , qui scilicet suscep-
 to pondere , pari conditione idemque similiter in terra procubuit. qui dum multis stimulis cruentatus urge-
 retur , nullatenus reddidit animos erigendi , quo us-
 que daretur causa intellecti culpa facinoris patefieri.
Igitur dum artius furoris impetu sive velanizæ agere-

ARIDII
VITA.

* *superius*
Ricomao.

A R I D I I
V I T A

tur, exclamavit quod chrismatio quod se indignè deportasse dicebat, cum suis vestimentis esset adstrictus: & ideo vehiculum non movetur nisi haecenus tollatur, ubi positus est negligentia culpa. Quod videlicet scrutato marsupio ilico repererunt, & pro veneranda devotione ac religione vir sublimis Nectarius puero innocentum cum reverentia honoris superimponit; statim horarum solvuntur spatia. Præfatus namque Baudenus, cum antequam spiritu perturbaretur, utpote nec alio potest æstimari qui suo sensu non regebatur, coram omnibus extensis gressibus fugam iniit. qui dum in unius spatio horæ pænè duodecim millia suis pedibus velociter curreret, fatigato corpore, semianimiis corruit in terram: cumque à custodibus adsecutus fuisset, apponitur mansioni. Exacta namque nocte diluculo consurgens, ad sacratissimum tumulum sancti Martialis cogente immundo spiritu sè obtulit præsentandum; ibique ut professionem sui operis patefecit, expulso maligno spiritu medelam meruit recipere sanitatis.

Sunt multa & alia quæ post transitum sancti viri omnipotens Deus operatus est. Hujuscemodi causa populis exspectantibus, unus è familiaribus ad virum magnificum antedictum velocissimo cursu perveniens, nuntiavit conjugem suam gravi mortis periculo detineri: quem vero admonuit ut festinus adesset, si veller eam reperire vivam. Qui interea confidens de Dominis miseratione, puerum qui chrismatum sancti viri secum detulerat, jussit concitus in antea properare. Cumque domum fuisset ingressus, omnis familia in luctu & lamentatione vacabant, eo quod tam repentinae mortis articulo subjaceret. Quæ scilicet oculis clausis indicium morituræ ostentu gutturis apparebat, ubi gravissimus exortus fuerat nodus. Quæ etiam jam vocis officio

obserato, ac caligantibus oculis, nec virum suum agnoscere poterat. At ubi chrismarium sancti viri collo morientis suspenditur, mors illico fugatur, statim oculi solvuntur in lumine, spiritus halitus saluti pristinæ reformatur. Quæ eructans fortiter, ablatu gutturis nodo, quod esu non acceperat revomuit, & restituitur vita cui mors imminiebat in januis. Ipsu verò chrismarium vocatis sacerdotibus venerabiliter ad Monasterium sancti viri deportatum est.

A R I D I A
VITA.

Sed quis singillatim omnia mirabilia quæ ad sanctum ejus sepulcrum Dominus Jesus Christus operatur, assiduè verbis valeat enarrare? Quadam die decreverat mulier se sancti viri presentia esse videntiam, ut referret gratias. Nocturnas vigilias celebrantibus Monachis, Babolenus quidam habens filium nomine Babolenum, qui gravi fuerat membrorum vulnere addictus, deportatus à parentibus, ad tumulum sancti viri exponitur: qui dum in pavimento jaceret, nocte fere media puer prorompens in voce, sensit membrorum compages locis quibus fuerant dissolutæ, adjungi: qui videlicet se erigens è pavimento, solidatis membris stetit super pedibus suis: & qui fuerat manibus exhibitus ad sepulcrum, gressu proprio cum ipso suo parente gavisi, gratias Christo referentes, revertuntur ad propria.

Intuendum summopere est, quanta omnipotens Deus sanctis suis in hac vita gratiæ suæ contulit dona, ut ad majorem gloriae cumulum ad supernam patriam remunerentur post triumphum. Itaque quidam ex Monachis, nomine Gaudomeres, de Monasterio Ambiacini, quod non longe ab urbe situm est. Ipse verò à maligno spiritu detentus, ita ut visu quem cerneret, morsu vellet decerpere; & in duabus vinclis catenis deducitur ligaminibus quasi reus ad iudicem. Quadam namque die ad tumulum saucti

A R I D I S
V I T A.

viri deductus est , ibique redditus sanitati pristinæ , ab adversario hoste , à quo vexabatur , ereptus est , in servitio omnipotentis Dei plerosque convertit . nam catenæ quibus miser adstringebatur , sponte solutæ sunt , ut miraculo dupli patefaceret , quod in uno momento catenæ constipatae confringerentur , atque à dæmonio obsessum divina gratia absolveret , ut liber Deo serviret , cui creatura omnis ingemiscit . Nam si quis exigente causa quamcumque fuerit ob culpam vincitus vel catenis adstrictus , si contigerit ut per agrum publicum , qui basilicæ ipsius proximus est , ducatur ligatus ; mox ut contra eamdem ecclesiam ventum fuerit , confessim disruptis omnibus vinculis solvitur reus , nec patitur ulterius teneri adstrictus .

Mirandis rebus plus adhuc miranda succedunt . Quadam verò die duo muti venientes ad tumulum sancti viri , licet lingua rogare non valebant , sed fide . Perundti igitur oleo , mox solvitur imperante Domino lingua mutorum , & loqui cœperunt adorantes : & qui effecti fuerant elingues , protinus sermocinantur ad plebem .

Electi quippe hoc in munere acceperunt , ut quanto magis virtutibus polleant , tanto etiam indignos se judicent , ne ad inanem gloriam rapiantur , ut dono non priventur superno . Igitur quatuor viri de diversis provinciis venientes , una cæcitate damnati , tunc prostati in Oratorio exspectabant lumen , evenitu quærentes sancti viri remedium . Interea dum preces ad sacratum tumulum offerunt , unanimiter postulantes , illico cæcorum oculos aperit qui longo jam tempore fuerant clausi , claro lumine adepti , poscentes limina templi .

Multa quidem & alia ibidem jubente superna gratia ejus mentis operantur signa atque virtutes : inter quæ etiam & cicindelus exundante ubertim

oleo superfunditur. Ex quo etiam sancto liquore multi illic peruncti à diversis sanantur infirmatis, & benedicitur ibi jugiter nomen Domini Dei æterni. Sed & ad ejus nihilominus lectum, qui situs est in Monasterii sui prædio, multæ virtutes similiter declarantur. Sed & per diversa loca ubique cumque sacrae ejus reliquiae deportantur, vel quo etiam delatae fuerint; plurima signa virtutum ejus, merita revelante gloria Christi, enixius efficiuntur. Quæ omnia ex ordine onerosum duximus verbis prosequi: & idcirco ea his paucissimis syllabis complexi sumus, quia jam cessare à collocutione festinamus. Quæ verò si per singula, ut gesta constant, nunc enodare curaverimus, & modum paucissimi voluminis excedimus, & pro ipsa forsitan prolixitate fastidium legentibus ingerimus. Quæ verò nos minus enarravimus, palam omnibus fidem præstant, conspicientibus illa multimoda vincula compeditorum, quæ ad ejus sepulcrum in arguento rerum cernuntur appensa. Ex quibus etiam nos aut certe pauca, aut pñè nulla commemoravimus, per id dumtaxat quod in conspectu omnium apposita, velut nos locum, ita & omnes non ambigimus nosse. Hæc quidem quamplura infra paucō tempore constant acta. Illa scilicet quæ deinceps per prolixa spatia temporum agenda sunt, qualia vel quanta fiant, quis modo æstimatione comprehendere valet, cum numquam à Præsulis tumba hodieque restent fieri miracula. Sed quotidie ægri ad tumulum sancti viri veniunt, & ibi excubantes sani efficiuntur: ceci veniunt, & inluminantur: daemoniaci veniunt & liberantur: perjuri veniunt, & aut moriuntur, aut etiam à diabolo vexantur: ferro vineti confugiunt, & solvuntur: claudi carrucis advehti, consolidatis gressibus ad propria incolumes revertuntur. Multæ quidem sanitates ex eo qui illic crescit, olei liquore

ARIDII
VITA.

A R I D I T
VITA.

perficiuntur. Quanti rursus à frigoribus, vel diversis infirmitatibus detenti liberati sunt, post transitum beatissimi viri qui fuerant ab hoste captivi. nam libelli pagina singillatim non potest adnecti, ut ne infirmioribus fide fastidium præpareret, & dubitantibus sermo prolixior promulgetur. Hæc igitur pauca de pluribus dixisse sufficiat, ut quasi de diversis floribus in sanctæ Ecclesiæ simu redolentes repleta multorum corda credentes, ut carpere perfectos fructus valeant, quos mundialis delectatio non inquinat. Non potest evim & hic gaudere cum sæculo, & illic regnare cum Christo ; nec duobus Dominis servire, Deo scilicet & mammanæ. Deponentes igitur opera tenebrarum induamus arma lucis, quia Creator omnium est lux vera quæ inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum, per Dominum nostrum Jesum-Christum Filium suum, qui in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia sæculorum, amen.

A D M O N I T I O

in Formulas sequentes.

Has Formulas descripsimus ex veterissimo codice Vveingartenſi, in quo eas reperimus sub hoc titulo : IN CHRISTI NOMENE INCIPIUNT DICTATI. Has tamen FORMULAS ANDEGAVENSES appellamus, propriea quod ex actis illius provincie expressa sint ab eo, qui eas in communes formulas, detractis nominibus propriis, rededit, retinendo passim nomen Andecavis civitatis. Item Childeberti Regis nomen non semel in iisdem occurrit. quod argumento est, acta illa regnante Childeberto, primo an secundo, condita fuisse. Certe ante Childebertum tertium. nam in fine Formularum tempus scripti codicis aut ejus

exemplaris, nempe annus tertius Theoderici Regis, filii Chlodovei junioris, designatur his verbis. A principio mundi usque ad passionem Christi v milia cc xxvi i i i anni fuerunt. Abinde, peractis regnum Chlodoveo, Chlothario, Theodorigo, & Chil- derico, à mundi initio anni sunt v milia DCCC lxxx, in anno tertio Theudorico Regis. Si Christi passio- nem anno ejus atatis trigesimo (ut multi veterum) statuit hic scriptor, dicendum est ex ejus sententia, Theoderici annum tertium in annum Christi d lxxx coincidisse. Ut ut sit, codicem Vveingartensem, aut ejus exemplar, ante principatum Childeberii tertii conditum fuisse ex superiori clausula patet. Et qui- dem Vveingartensis codicis scriptura nobis visa est excedere annos nongentos. Omnes codicis navos, quos sanare facile erat, retinuimus, doctorum virorum se- cuti exemplum. immo veterum instrumentorum scri- ptura rationem, ut constat ex libro i & 6 de re diplo- matica.

Quibus legibus regeretur provincia Andegavensis, docent Formula sequentes, praescribam l i i i & l v i i . ubi Lex Romana, consuetudo pagi, & principalis seu regalis potestas memorantur. Abstinemus a fu- sioribus Notis, quoniam loca, si qua sunt difficultiora, satis explicant erudita Bignonii Nota in Marcu- sum.



I N C I P I U N T D I C T A T I

S E U

V E T E R E S F O R M U L A E A N D E G A V E N S E S.

(*I Formula sollemnis de dote.*)

Hic est testamentum quarto regnum domni nostri CHILDEBERTO Reges, quod fecit Missus ille CHESTANTUS. Cum juxta consuetudinem Andicavis civetate, curia puplica resederet in foro, ibique vir magnificus illi prosecutör dixit: Rogo te, vir laudabilis illi Defensor, illi Curator, illi Magister militum, vel reliquum Curia puplica, utique obticis puplicis patere jobeatis, quia habeo quid apud acta prosevere * debiam. Defensor principalis simul & omnis Curia puplica dixerunt: Patient tibi cotecis * puplici, prosequere quæ optas. Obedire illa per mandato suo pagina mihi injunxit, ut prosecutör existere deberit, qualiter mandatum, quam in dulcissimo jocali * meo illo fici * pro omnis causationis suas, tam in paco*, quam & in palacio, seu in qualibet loca, accidere faciat illa porciones meas, quem ex alote parentum meorum ei legibus obvenit vel obvenire debit, aut justissimè ei est reddebetum. E contra parentis suis vel contra cuiuslibet hominem accidere vel admallare seu & liticare facias inspecto illo mandato, quem in dulcissimo jocali meo illo fici, gestis municipalibus alegare debeam. Curia verò dixerunt: Mandato, quem tibi habere dicis, accipiat vir venerabilis illi Diaconus & amanuensis. Illi prosecutör dixit: Rogo domno meis omnibus puplicis, ut sicut mandatum istum legebus cognovistis esse factum, ut dotem quem præmani-

* prosequi.

* codices.

* jugali.

* feci.

* page.

Diaconus
amanuen-
sis curia.

bus tenio , vobis præsentibus in **foro puplico** jobeat-
tis recitari. Curia verò dixerunt : Dotem quem te
dicis præ manibus retenire , illi Diaconus & ama-
nuensis Andecavisi civitate nobis præsentibus acci-
piat relegendum. quo accepto dixit.

FORMULA
ANDECA.*Incipit mandatus.*

Domino mihi jocali meo illo. Rogo adque supplico
dulcissima gratia vestra, ut ad vicem meam omnis
causationis nostris , tam in pago quam & in palacio,
seò in qualibet loca accidere faciatis ; & illas portio-
nes nostras , quem ex alote parentum meorum mi-
hi legibus obvenisse vel obvenire debit , aut justif-
simè nobis est redebitum , hæc contra parentis meus
vel contra cuiuslibet hominum accidere vel ad mal-
lare seu adliticare faciatis. Et quicquid exinde ad
vicem nostram egeris , feceris , gesserisve , etenim
me habiturum esse cognoscas rectum. Juratum man-
datum Andecavisi civitate Curia puplica.

Incipit cessio.

Dulcissima & cum integro amore diligenda spon-
sa mea, filia illius , nomen illa, ego illi. Et quia
propitio Domino juxta consuetudinem unà cum
voluntate parentum tuorum sponsavi , proinde cido
tibi de rem paupertatis meæ , tam pro sponsalitia,
quam pro largitate tuæ , hoc est casa cum curte
circumcincta , mobile & immobile , silvas , pratus,
pascuas , aquas , aquarumve decursibus , junctis &
subjunctis , & in omnia superius nominata , tu dul-
cissima sponsa mea ad die felicissimo nupciarum tibi
per hanc cessione dileco adque transfundo , ut in tuæ
jure hoc receperere dibeas. Cido tibi bracile valente
solidus tantus , toneneas tantas , lectario ad lecto ve-

FORMULA
ANDEG.

stito valento solidus tantus , inaures aureas valente soledus tantus , annolus valentes solidus tantus . Cido tibi caballus cum sambuca & omnia stratura sua , boves tantus , vaccas cum sequentes tantus , ovis tantus , solidis tantis . Hæc omnia subscripta rem in tuæ jure & domenacione hoc recipere debias , vel posteris tuis , si inter nos procreat fuerunt , de- relinquentis , salvo jure sancti illius ; cuius terræ esse videtur . Et si fuerit ullo umquam tempore , qui contra hanc cessione ista , quem ego in te bona voluntate conscribere rogavi , aut ego ipsi , aut ullus de heredibus meis vel propinquis meis , aut qualibet homo vel extranea aut emissâ persona venire voluerit , aut agere , vel repetire præsumpsit , ante lite ingressus duplet tibi tantum , & alio tantum , quantum cessio ista conteneret , aut eo tempore meliorata voluerit , & repetitione sua non obreniat effectum : & hæc cessio ista atque voluntas nostra omni tempore firma permaneat .

Post hæc Curia ait : Se adhuc aliquid abis ex hac causa aut agere debias , dic tu in præsente . Illi prosecutor dixit : Gratias agemus magnitudine vestræ , quod dotem sua scripta quem prosequio , gestis municipalibus ut habuit caretas vestra allegasse . . . fecisse vobis ex more conscripte .

I I *Hic est venditio , qui scipsum vendit.*

*V. Marculf.
lit. 2.5.28:*

D Omno mihi illo , necnon & conjux sua illa , ego illi . Quia coniunxerunt mihi negligentias , quod res vestras furavi , & in aliter transagere non possum , nisi ut integrum statum meum in vestrum debiam implecare servitium : ergo constat me nullo cogente imperium , set plenissima voluntate mea : & si de hac causa reprobus apparuerit , pro ipsa negligentia integrum statum meum in vestrum servitium obli-

gare debiam , ac cedere * à vobis pretium in quod mihi complacuit , soledus tantus , ut quidquid ab hodierno die de memetipso facere volueritis , sicut & de reliqua mancipia vestra obnoxia , in omnibus Deo præsole habeatis potestatem faciendo quod volueritis. Si fuerit ego ipsi , aut aliquis de propinquis meis , vel qualibet extranea persona , qui contra hanc vinditionem , quem ego bona voluntate fieri rogavi , agere conaverit , inferit inter tibi & fisco soledus tantus vobis componat , & quod repetit vindecare non valeat , & hæc vinditio atque voluntas mea firma permaneat.

FORMULA
ANDEG.
* i acci-
perc.

III Hic est venditio de homine in esceno posito.

Domino mihi proprio illo , ego illi. Et quia con-
junxerunt mihi culpas & meas magis negligentias pro furta quid feci , unde ego in tormentas fui ,
& eologias feci , & morte periculum ex hoc incur-
rere debui : set habuit pietas vestra datis de ris *
vestras solidus tantus. Ideo hanc epistolam vendi-
tione de integrum statum omni peculiare meo vobis
emittendam curavi , ut quidquid ab hodierna die
de memetipso facere volueritis , sicut & de reliqua
mancipia vestra originaria , in omnibus Deo præ-
sole habeas potestatem faciendo. Et si fuerit ego ipsi ,
aut aliquis de propinquis meis , vel qualibet extra-
nea persona , qui contra hanc venditionem , quem
ego ipsi bona voluntate fieri rogavi , agere conave-
rit , inferat inter tibi & fisco solidus tantus vobis
componat , & quod repetit nihil valeat vindecare ,
& hæc vinditio perenni tempore firma permaneat.

V. Marculf.
lib. 2 c. 28.

* res.

I V *Hic est vinditio de terra conducta.*

Ego enim illi. Constat me vindedisse , & ita vindidi ad venerabile fratri illa vineola plus menus iudicis tantus , & residit in terraturium sancti illius , in fundo illa illa , & accipi à vobis pretium , in quod mihi placuit , hoc est soledus tantus , ut de ab hodiernum die memoratus emptor quicquid de ipsa vinea facere volueris , liberam in omnibus habeas potestatem faciendi . Si quis vero (quod esse non credo) se fuerit aut ego ipse , aut ullus de heredibus meis , aut quælibet obposita persona , qui contra hanc vinditionem quem ego bona voluntate fieri rogavi , venire aut resultare præsumperit , duplicit tantum & alio tantum quantum hæc vinditio ista contenit , & quod repetit vindicare non valeat , & hæc vinditio omni tempore firma permaneat. Actum Andecavis.

V *Incipit securitas de supersallacione hic est.*

Dum non est incognitum, qualiter aliquos homo, nomen illi, aliquo homine, nomen illo, mallavit de res suas , & ipse illi male ei exinde numquam fecisset. Proinde ipsi illi ante bonis hominibus convenit ; ut hanc epistolam facere deberit , ut nullo umquam tempore contra ipso agere non præsumat. Quod si illi , aut aliqua persona ad vicem suam ipsa causa resultare præsumperit, soledus tantus inter tibi & fisco conponere debiat , & quod repetit vindicare non valeat , & hæc securitas firma permaneat.

V I Incipit item securitas.

FORMULÆ
ANDIC.

DUm non est incognitum, quia ante hos dies aliquos homo nomen illi, litem in via publica apud illo ei habuit, & cobebus * super eum cum ipsis illi ei posuit: sic taliter convenit ipsis homo ad mediantis bonis hominibus, ut hunc securitate ipsis homo de ipsis cobebus seu & de ipsa lite, quem apud mihi abuit, facere deberit. quod ita & fecit. Et (quod futurum esse non credo) si fuerit ut ego ipsi, aut aliquis de heredibus meis, vel qualibet obposita persona, qui contra hanc securitate resultare præsumperet, soledus tantus ei conponat, & quod repertit nihil valeat vindicare, & haec securitas ista perenni tempore firma permaneat.

V II Incipit securitas.

DOmno venerabile & in Christo patri illo Abbat. vel omnis congregacio nostra & domni illius, ego illi. Et quia ad petitionem meam habuit pietas vestra fecistis mihi beneficium de rem vestra, & domni illius, hoc est locello cognomenante, in pago illo, cum casis, campis, terris, mancipiis, acolabus, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, vestrum præjudicium, & domni illius tenire & possidere debuit, & spondio vobis annis singulis cinto soledus tantus, & post quoque meum discessum jure vestro & domni illius cum rem meliorata, quantumcumque in ipso loco inventum fuerit, revertatur, & accipiatur absque ullius contrarietate aut repetitione propinquorum meorum annuante Domino, ut mus * est viorum atque magnorum opidi, confirmandum.

* mos

VIII *Incipit concamius.*

*y. Marculf.
lib. 1 c. 23
¶ 22.*

* nos.

IN Dei nomen placuit atque convenit inter illus & illus, ut inter se campellus conmutare deberint, quod ita & fecerunt. Hoc est, dedit illi ad ratione illo campo ferente modius tantus, & est super terreturio sancti illius, & subjungat de unus latus campus illius. Simiter in alio loco dedit illi super ipso terreturio ad ratione illo campello ferente modius tantus, & subjungat de uno latere campus illius: ut quicquid exinde facere voluerit, absque prajudicium sancti illius, cuius terra esse videtur, libera in omnibus habeas potestatem. Si fuerit unus quis qui contra pare suo agere aut resultare presumperit, partem quod accepit à pare suo amittit, & insuper multa legis damnum incurrit. Et hæc epistolas uni tenorum conscriptas, quem inter nos* fieri rogavimus, firmas permaneant.

IX *Incipit vindicio, quam facit qui seipso vindit.*

Domno fratri illo, necnon & conjux sua illa, ego illi qui commaneo in pago illo. Constat me vindedisse, & ita vindedi vobis vernacula juris mei, nomen illo, & accipi inde precium in argento uncias tantas: ut quicquid ab hodierna die ipso vernaculo facere volueritis; habendi, tenende, donande, vindende, seu conmutandi, quomodo & de re aliqua mancipia vestra obnoxia exinde facere volueritis, libera in omnibus habeatis potestatem. Et si quis, ego ipsi, aut aliquis de heredibus meis, vel qualibet extranea persona, qui contra hanc vindicione, quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, inter tibi & fisco soledus tantus vobis conponat, & quod repetit,

repetit , nihil valeat vindicare & hæc vindicio ad FORMULA
que voluntas mea perenni tempore firma permaneat. ANDEG.

X *Incipit judicium.*

Veniens homo nomen illi ante venerabile vir illo Abbatे vel reliquis viris venerabilibus ad que magnificis , quorum nomina subitus tenuntur interferti , interpellabat aliquo homine nomen illo , quasi servitium ei redeberit ; & illi taliter de præsente aderat , & hoc fortiter denegabat , quod servitium numquam redebebit. Interrogatum fuit ipsius illo de sua agnacione alius homines in suum servitium habebat , an non : & ipsi illi taliter locutus fuit , ut hoc non redebebat , nam ipsi illi servitium ei non redebebat , at de agnacione aut de comparato ut hoc inter se intenderent , ut dum ipsi illi alius homines de sua agnacione non redebebat. Sic visum fuit ipsius abbati vel quibus in eus aderant , ut ipsi homo apud homines xii manu sua xiiii in basileca Domne illius , in noctis tantis conjurare deberet quod de annis xxx , seu amplius , servitium ei numquam redebebat : se hoc facere potebat , ipsi illi de hac causa contra ipso illo compascere deberit : sin autem non potuerit , hoc inmendare studiat.

Sacramen-
ti in eccl-
esia ritus.

XI *Incipit notitia de supradicto judicio.*

Noticia sacramenti , qualiter vel quibus præsentibus ingressus est illi apud homines tantus ingenuos super altare illius Andecavis civerate , pro eo quod homine nomen illo , ipso pro servitium interpellabat ad vicem genitore suo seu & genetricie sua. Juratus dixit , juxta quod judicium ex hoc loquitur per hanc loco sancto & divina omnia quod hic aguntur , de annis xxx seu amplius sub ingenuitate nomen

Vet. Analect. Tom. IV.

Q

refedi. nam & ipsi superius nomenatus servitium non rededi , nec redebio pro reverentia loci, id sunt quorum præsentia.

X I *Incipit judicium.*

Veniens homo , nomen illi Andecavis civetate , ante illo agente vel reliquis qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine , nomen illo , quasi jumento suo ad furtis conditionis abuissit : & ipsi illi una cum genitore suo ibidem aderat , & hoc fortiter denegabat , quod ipso jumento numquam habuisset. Sic visum fuit ipso agente qui cum ipso aderunt, ut genitor suos illi pro filio suo illo , quia & ipsi genitor apud homines tantus ipsi illi in basileca domni illius in noctis tantus pro filio suo excusare deberit , se hoc facere potebat , ipsi illi contra ipso illo compascere deberit. Sin autem non potuerit , hoc contra ipso emendare stodiat.

Incipit noticia.

* reputa-
bat.

Noticia sacramenti, qualiter vel quibus præsen-
tibus ingressus est illi in basileca domne illius
pro judicio illo , agente juratus dixit : Per hunc loco
sancto & divina omnia quod hic aguntur , quæ hic
Deo plenius offeruntur, unde me illi repotabat*, quasi
jumento suo ad furtis conditionis post me habuisset ,
& per meum ingenium ipso jumento digere habuiss-
et, nec ipso jumento numquam habui, nec per meum
nullum ingenium ipso jumento numquam perdedit ,
nec aliud tibi de hac causa non redebio , nisi isto edo-
nio Sacramento.

XII *Incipit solsadia* *.

Noticia solsadii, qualiter vel quibus præsentibus illi homo placetum suum adtendit Andecavis civetate Kalendas illas, per judicio inlustri illo Comite, vel auditores suis, ac contra homines his non-minibus illus & illus, vel genetrici eorum, nomen illa, una cum abunculo eorum illo, dum dicerit, quasi aliqua femena, nomen illa, genetore eorum, nomen illo, pro maleficio eum interfecisset. Qui ipsi jam superius nomenati placetum eorum legebus à mane usque ad vesperum visi fuerunt custodisse. Nam ipsa femena nec ad placetum advenit, nec missò ad persona addirexit, qui sonia redebuisset. Propterea neesse fuerit prædictis hominibus, ut hanc noticiam honorum hominum manibus roboratas prosequere deberent, qualiter & visi sunt fecisse.

XIII *Incipit item solsadia.*

Noticia solsadii, qualiter vel quibus præsentibus veniens homo, nomen illi, placitum suum adtendit Andecavis civetate, in basileca Domini illius, unde eum hæc contra homine; nomen illo, quem ante illo agente fuit inratione pro iuvento suo, &c.

XIV *Item solsadii.*

Noticia qualiter solsadii vel quibus præsentibus veniens illi in basilica sancti illius Andecavis civitate placetum suum adtendedit contra hominem nomen illo, quem ante illo agente fuit inrationes pro agente, quod hoc die illo quod fecit mensis illi dies tantus, conjurare deberit una cum hominis suis qui illi ad placitum adfuit una cum testis suis pro

Q. ij

FORMULÆ
ANDEG.
* Impedi-
mentum,
excusatio.

legibus triduum custodivit & solsadivit ; nec illi nec ad placito adfuit , nec ulla persona ad vicem suam direxit , qui ipso placito custodisset , aut sonia nunciare deberit , quos praesens placitus ipsius fuit custoditus aut solsaditus , aut hanc noticiam manibus eorum subter firmaverunt.

X V *Incipit Sacramentalis.*

Breve Sacramenti , qualiter & quos praesentibus ingressus est homo , nomen illi , Andecavis civitate , die illo , quod ficit minis illi dies tantus , in basileca Domne illius . Juratus dixit : Per hunc loco sancto & divina omnia que hic aguntur , que hic Deo plenius offeruntur , unde mihi homo , nomen illi , interpellabat , eo quod caballo suo furassit , aut in taxato post me habuissit , hoc conjurare quod caballo suo , quem mihi reputabat , numquam furavi , nec consciens ad ipso furandum numquam fuisse , nec post me intaxata ipso caballo numquam habui , nec alio tibi exinde non rediebo , nisi isto edonio sacramento , quem judicatum habui , & legibus transibi . Id sunt qui hunc Sacramento audierunt , manibus eorum subter firmaverunt.

X VI *Incipit noticia.*

Noticia qualiter vel quibus praesentibus illi & illi placitum eorum adtenderunt Andecavis civitate , in basileca Domne illius , pro judicio illo praeposito , unde aliqua femina , nomen illa , habuit interpellatus pro illa re qui illi & germanus suos illi ad ipso placito advenerunt , & homines suos hic presentaverunt , ut ipso Sacramento excusare deberent . Nam ipsa illa femena ad ipso placito adfuit , & ipso Sacramento menime recipere voluit , qui illi

ex germano suo illi placitum eorum legibus custo- FORMULA
dierunt. Propterea necessarium fuit, ut ex hoc noti- ANDEG.
cia accipere deberent. quod ita & fecimus.

XVII *Incipit vacuaturia.*

DUm cognitum est, quod homo nomen illi vinditione de integrum statum suum ad hominem nomen illo, & cogit * sua illa, & ipsa vinditione menem * invenisse non potuerunt. Proinde manus nostras firmatus vobis emittebam curavi ubi & ubi ipsa vindicio inventa fuerit, inanis permaniat, & hæc vacuaturia firma permaniat.

* conju-
gem
* minime.

XVIII *Incipit item vacuaturia.*

DUm cognitum est qualiter aliquos homo nomen illi, aliquo homine nomen illo, cautione inmissa habuit pro factum suum, quo ei beneficium facit argento uncias tantas, ut inter annus tantus, qualemcumque ei servitium injunxerit, ei facere debaret. Et ipsi homo cautione menime invenire non potuerit. Proinde mano mea & bonorum hominum vacuaturia tibi proinde dedi, dum tu ris * meas rededisti, ubi & ubi, cautio ipsa inventa fuerit, vacua & inanis permaneat, & hæc vacuaturia firma permaniat.

* res.

XIX *Incipit vindicio.*

DOmno mihi semper illo illi. Et pro necessitatibus temporum & vidi * compendium etiam sterilitas & inopia præcinxit, ut in aliter transagere non possum, nisi ut integrum statum meum in vestrum debiam implecare servitium. Ergo constat me nullo cogente imperio, sed plenissima voluntate mea, & accipi à vobis pro suprascriptum statum meum, hoc

* f. vita

Q. iij

est in quod mihi complacuit, in auto valente soledus tantus, ut quicquid ab hodiernum diem de memet ipso facere volueris, sicut & de reliqua vestra obnoxia, in omnibus Deo præsole habeatis facultatem faciendi. Si quis vero aut ego ipsi, &c. ut supra.

X X . *Incipit ingenuitas à die presente.*

Tarculf.
b. 2 c. 32.

IN Dei nomen ille, delectissimo nostro illo. Noviter iste pro divinitatis intuitu & animæ meæ remedium vel æterna retributione tua, eatenus à die præsente ingenuum esse præcipimus, tamquam ab ingenuis parentibus suis procreatus, & nullius tibi heredum ac proheredum meorum nec servicum nec ullum obsequium ultra debere cognoscas, sed potius a so defensione sanctum illius in integra valeas residere ingenuitas. Et si fuerit unus de heredibus meis, vel qualibet extranea persona, qui contra hanc ingenuitatem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, venire aut resultare præsumperit, in primitus Dei incurrat judicium, & de sanctorum loca efficiatur extraneus, & insuper multâ legis damnum incurrat auri libra una, argento pondo tantum; & quod repetit vindicare non valeat, & haec ingenuitas perenni tempore firma permaniat.

X X I . *Incipit vindicio.*

Ego enim illi constat me vindedisse & ita vindedidi ad illo campello ferente modius tantus, & est super territorio sancti illius, in villa illa, & subjungit de terra illa de uno latere campus illius taxato precio: hoc est in quod mihi complacuit valente soledus tantus, ut quidquid ab hodierna die de ipso campo agere volueris, absque præjudicium sancti illius, cuius terræ esse videtur, liberam in omnibus

XXII *Incipit cautio de vinea.*

Ego enim illi. Constat me accepisse, & ita accepi per hanc cautionem ad præstetum beneficium de homine nomen illo, hoc est in quod mihi complacuit, in argento soledus tantus; & in pignore tibi conditionis demitto tibi pro ipso beneficium inter annus tantus vinia medio iuncto* tantum qui est super territorium sancti illius, in villa illa, & subiungit de uno latere vinia illius, ut interim res vestras mīcum habuero illa blada, quem ibidem Deus dederit in tuam revoces potestatem. Et quod si adsolet ipsi annus tantus completi fuerunt, rem vestram reddere debiam, & cautionem meam recipere facias, aut tibi aut cui cautionem istam dederis ad exagendum.

* jugere.

XXIII *Incipit ingenuitas.*

Dilectissimo nostro illo ego ille. Noveris te pro divinitatis intuitu & animæ meæ remedium vel æterna retributione eatenus ad jucum servitudinis tibi absolvemus, ut quamdiu advixeris de meum non discedas servitium, & post meum quoque discessum cum omni peculiare quod habes aut laborare potueris ingenuam ducas vitam, tamquam se ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, & nullius tibi nec servitium, nec nullum obsequium heredum ac proheredum meorum te quicquam redere cognoscas, nisi sub defensione sancti basileci domini illius præbeas obsequium non requiratur. Si quis (quod futurum esse non credo) si fuerit unus de heredibus meis vel qualibet obposita persona, qui contra hanc ingenuitatem quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, in primitus Dei incurrat judicio, & ali-

Q. iij

minibus ecclesiarum , basilicatum vel omnium Sacerdotum excommunus accipiat illam maledictionem quem Juda Scariotis accipiat , & mea voluntate cum Christo accipiat misericordia , & quod repetit numquam valeat sua voluntas obtineat , & ingenuitas ista perenni tempore firma permaneat.

X X I V *Incipit judicius.*

E Veniens illi Andecavis civitate ante illo Præposito vel reliquis hominibus qui cum eo aderant , interpellabant aliquo homine , nomen illo , quasi animalia per sua menata eos ducere habuissit , & ipsa animalia per sua menata alias mortas fuerant , & ipsa pecora illi excorticassit , posteaque mortas fuerunt. Interrogatum fuit ipsi illi quid de hac causa responso daret : & ipsi illi taliter locutus fuit , quod nec sua animalia numquam menassit , nec per sua menata ipsa animalia degere numquam habuissit , nec de manus suas excorticatas numquam fuissent. Propterea visum fuit ad ipso Præposito , vel qui cum ipso aderant , ut in noctes tantas apud homines tantus ipsi illi in basileca Domni illius excusare deberit se hoc facere debebat , de hac causa ipsi illi compascere debirit : sin autem non poterit quicquid lex de tale causa edocet emendare stodiat.

X X V *Incipit vindicio qui seipsum vindit.*

*v. supra
cap. 2*

* *I. status.*

Dominio magnifico fratri illo , necnon & conjux sua illa. Nus enim illi & coguge sua illa constatus vindedisse & ita vindedimus à vobis estus * nostros cum omni peculiare quod habemus aut locare poteremus , manso & terra vel viniolas , quantumcumque ad die præsente possidere vidimur , in fundo illa villa in se super terra ecclesie Andicavis , vel

ubique habire visi sumus. Unde accipimus de vobis
precium quod nobis complacuit, hoc est in auro va-
lente soledus tantus, ut post hunc diem memorati
emptores quicquid de nus ipsis vel de heredis nostris
facere voluerint habeant potestatem faciendi. Si quis
vero, &c.

F O R M U L A
A N D E G.X X V I *Incipit securitas.*

DUm non habetur incognitum, qualiter aliqua
femina, nomen illa, apud hominem sancti il-
lius, nomen illo, litis intentione habuit de illo rap-
to, quod ipsa fuit, ut ipsa ad pacem concordiam
voluntate ad ipsa femina facere deberent, quod ita
& fecerunt. Unde convenit, ut si homo manu sua
firmata exinde accipere deberet, quod ita & fecit,
ut se ipsa femena post hunc diem resultare voluerit,
contra homine soledus tantus conponat. Facta secu-
ritas.

X X V I I *Incipit vindicio proprietatis.*

Dominio venerabile & in Christo Patri illo Ab-
bate ego illi & conjux mea illa. Constat nus
vindedisse, & ita vindedimus vobis terra proprieta-
tis nostræ, in loco nuncupante illo, & accipi proinde
pretio de vobis in quod nobis complacuit, hoc est
in argento soledus tantus, &c. & haec vindicio pe-
renni tempore firma permaneat stipulatione subnixa.
Actum est.

X X V I I I *Incipit judicius.*

VEniens illi Andecavis civitate ante illo Agente,
necnon & illo, vel reliquis qui cum illo ade-
rant, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quasi

FORMULÆ
ANDEG.

fossado per terra sua , in loco nuncupante qui vocatur , illa villa , qui aspergit ad illâ , ei fossadassit . Et taliter ipsi homo dedit responso , quod terra sua fossado fecisset . nam terra ad illo homine numquam fossadasset . Visus fuit ab ipsis magnificis , ut illi in noctis tantas apud homines tantus vicinis circa manentis de ipsa condita mano sua quarta in basileca Domini illius senioris excusare deberet , quod terra sua malo ordine numquam fossadasset . Si hoc facere potebat , quietus & securus resediat : sin autem non potuerit , contra ipso hominem satisfacere debeat .

XXIX *Incipit judicius.*

Abbas ju-
dex.

* si
* hic depo-
situm al.
furtum.

VEniens homo , nomen illi , aput femina , nomen illa , qui fuit conjux illa quondam germanus illius , ante venerabile vir illi Abbate , interpellaverunt hominem , nomen illo , quasi servitium qui fuerunt ipsis illi , quondam post se habuisset commandatas , hoc est illam rem qui illi ad præsens aderat : & hoc totum fortiter denegabat . Interrogaverunt ipsis illi , se * habebat homines qui de præsente fuissent , ut vidissent quando ipsa rauba * ipsi illi & illi commandasset . Taliter visum fuit ab ipso Abbe vel qui cum eo aderant , in noctis tantis daret homines tantus bene fidem habentes vicinis circa manentis , qui de præsente fuissent , & vidissent supra scripto illo quondam ipsa rauba ipsi illi commandasset , ut hoc in basilica Domini illius conjurare deberit , ipsius illi per legem emendare studiat . sin autem non potuerit , de hac causa ipsi illi omni tempore ductus , quietus atque securus valeat resedite .

XXX *Incipit item judicius.*FORMULÆ
ANDEO.

VEniens illi ante illo Abbatे, vel reliquis qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quasi vineas suas, quae erant illius, quondam illi ad parciaricias * ei dedidisset, ut quamdiu ipsi illi se aptificavit, ipsas vineas ad parciaricias habere debiat. Interrogatum fuit ipsius illi, si ipsas vineas apud ipsas fuerunt, an non. Taliter ipsi locutus fuit, quod illas convenientias quod ipsi illi dicebat apud ipso numquam habuit. Vismū fuit ipsius Abbatē, ut dum hoc denegabat, quod ipsas convenientias numquam habuit, ut apud homines tantus in basileca Domni illius excusare deberet, quod ipsas convenientias inter se numquam habuissent, se hoc facere potebat, precium quod de ipso illo acciperet, ei reddere debiat: sin autem non potuerit, contra ipso emendare stodiat.

* ad par-
tem seu me-
dictatem.XXXI *Incipit apennis.*

DUm non est incognitum, qualiter aliquis homo, nomen illo, & conjugē sua illa, in terra eorum in loco illo, per nocte fuit à pessimis naufragium passus, & exinde perdegit & pecunia sua, & mobele suo, seu & strumenta sua quam pluremas, vindicionis, dotis composicionalis, contullitionis, pactis, commutationis, convenientias, securitatis, vacuaturias, judicis, & noticias. Unde necesse ei fuit advocate judecisi seu & vicinis circa manentis seu & universa parocia illa, & ibidem invenirent & ostia sua fracta, & portis suas conquassatis, & ipso loco graviter devastata. Proinde petiit ad ipsos bonis hominibus: in euindem prospecto accesserunt, invenirunt sicut tum esset, cuius nomina subter sunt inserta, ut hunc

v. Marculf.
lib. 1 c. 33
G. 34.

noticia relatione præsto ei adfirmare deberent. quod ita & fecerunt , qualiter melius possit Andecavis ci-vitate adfirmare.

X X X I I *Incipit item Appennis.*

QUICUMQUE ad latrunculos sceleratoribus , seditionis seu incendiariis in qua provincia vim aut damnum pertulerit , oportet hoc eidem Rectores civium seu Curiales provinciæ , in qua perpetratum fuisse perhibetur , palam ostendere , & publica denuntiatione manifestare. Igitur cum pro utilitate ecclesiæ vel principale negotio Apostolicus vir , illi Episcopus , necnon & inluster vir illi Comes , in civitate Andecave cum reliquis venerabilibus atque magnificis reipublicæ viris resedisset , ibique veniens homo , nomen illi ; palam suggereret , ceu casa sua in loco nuncupante illo , eo quod mali homines per cœcata nocte ad casa sua in loco nuncupante illo advenissent , & ostia sua frigissent , vel res suas aurum , argentum , species , vestimentum , fabricatas suas , vasa ætra , vel reliquas res quamplures , cum strumenta cartarum vindicionis , cautionis , cessionis , donationis , dotis conposicionalis , contulationis , pactis , commutationis , convenientiis , securitatis , vacuaturiis , judiciis & notitiis , oblecacionis , vel reliquas res quam plures quam longum est per singula minutiæ , ad furtis causis deportassent. Unde per ipsas cartas pluras terras post se dicere venditum : & in crastenum locale accessione una cum bonas extraneas personas vicinis circa manentis in ipso loco manibus eorum roboratas accessisse : & ob hoc cognita relatione ante suprascriptus senioris præsentabant ad relegendum , per quem ipsum seniores cognoverunt , quod ipsa causa taliter acta vel perpetrata fuisset. Dum taliter diligentia inquirere

videtur, subiectum fuit ad ipsas bonas staneras personas vicinis circa manentes, qui bene optime ex hoc comperti aderant, quid exinde cognoscibant, veraciter enarrare deberent, se ipsi homo taliter præbuerunt testimonium, ut inspecta illa epistola, quem illi præsentabat, sua denuntiatione veraciter concordabant. Dum sic in omnibus devulgata claurit si suprascriptus Pontifex & ipsi Comis vel qui cum eo aderant, denuntiaverunt ipsius illi, ut quicquid per annorum spatia de eo tempore usque nunc recte & legaliter possederat, in antea obsolve principale negotio recto tramite testata lege servit, res suas ipsi aut heredis sui tenire & possidere faciant. Et pro præsente & futura tempora convenit, ut hanc cartola qui vocatur Appennis, præfatorum seniorum vel reliquorum civium eorum manebus roboretas acciperet adfirmare deberet. quod ita & fecit: ita ut duo Appennis corqualis ex hoc affirmatus accipiat, unum, quem ipsi apud se retineat; & alium quem in foro publico suspenditur. Facto Appenni.

XXXIII *Incipit noticia ad Appenno firmare:*

Cum per cæca cupiditate per loca orbana semper hostis antiquus bella consurget, & solent homines perfidi & pessimi per malus intolerabilia mala subire tam ab hostibus, quam latrunculus, per talas & fortis, per captores & rapacis commovere & commutare gravis damnos ætatis. Igitur non est incognitum, qualiter aliquo homine, nomen illo, contegit gravis naufragius, quod in villa illa casa sua per nocte fuit effracta, & omnes præsidios suos, autum, argentum, æramentum, vestimentum, utensilia, pecunia, seu strumenta cartarum quamplurimas, vindicionis, cautionis, cessionis, donationis, dotis conposcionalis, pactis,

commutationes , convenientiis , securitatis , vacuatu-
rias , judicium & notitias , seu & omnes solemnitas ,
per quem à longo tempore usque modo res suas
domenavit , per ipso furte exinde fuit deportata.
Proinde necesse fuit sacerdotio illo in crastenum ma-
turius mane judici pupleco vicinis circa manentes
ad ipso loco convocare : & ibidem venientes inve-
nirunt sic esset factum , seris incisis ostias concap-
latas , portas perforatas , consensa seu & universa
quæ supra memoravimus per ipso furto perinde esset
abstræcta . Dum sic cessit veraciis , ut melius possit
exinde appenne in civitate regione ipse ipsius pro-
sequere & adfirmare , petiit ad ipsius vicinus & judi-
ce , qui in ipsa cautione fuerunt , manibus propriis
in hunc prospectum notitia relationis adfirmare de-
berent . quod ita & fecerunt .

X X X I V *Incipit (libellus) dotis.*

V. Marculf.
lib. 2 c. 15.

ANnum 1111 regnum domini nostri C H I L D E-
BERTO Reges. Ego in Dei nomen illi fateor
me hunc libellum dote scribere deberem , quod ita
& fecerim , ad dulcissima sponsa mea , nomen illa ,
pro amore dulcitudinem suam emitto tibi in carto-
la libelli dotes casa jam dicta puella sponsa mea illa
habiat , teniat , possideat , faciat quod voluerit . Et
si quis verò aut ego ipsi , vel quislibet opposita per-
sona , qui contra hoc voluntate meam facta aut li-
bellum dote ista conscripta aut agere præsumperit ,
foledus tantus coactus exsolvat . Et si quis ... non
obtineat effectum .

Incipit epistola.

EGO enim illi fateor me hanc epistola facere
debere , quod ita & feci , ad coguge mea illa pro-

pter, amore dulcitudinem suam & servicium circa me
inpendetis, cedo tibi atque transcribo capsula de casa
cum ipso villare, ubi ipsa casa resedit, ut ab ho-
dierno die ipsas res denominatas habeas, teneas, pos-
sideas. Et si quis verò &c.

FORMULA.
ANDEG.

XXXV *Incipit item cessio*

Ego enim illi fateor me hanc cessionem facere
debere, quod ita & feci ei, ad dulcissimo nepote
meo nomen illo. Cedo ei propter amorem dulci-
dinem suam casa, ut ab hodierno die ipsam rem
conscriptam habeas, teneas, possideas, &c.

XXXVI *Incipit epistola, quem pater & mater facit in filio.*

Licet unicuique de rebus suis quas in præsente
sæculo (habere) idetur, tam ad sancta loca
seu parentum meliorare, & lex manet & consuetudo
longinqua percurrit facere quod voluerit. Idcirco ego
in Dei nomen illi, & cogive mea illa dulcissima, & à no-
biscum integra amore diligendo filio illo. Dum in om-
nibus, & per omnia, & super totum nobis fideliter
servire videris, multas penurias & injurias per di-
versa loca pro nostra necessitate suscepisti, & in utili-
tate Domnorum partibus Britanici seu Vvasconici
hostiliter ordine ad specie mea fuisti: proinde con-
venit nobis ut aliquid de facultatis nostræ te eme-
liorare debererit, quod ita & fecerunt. Ergo transcri-
vimus tibi mansello nostro illo super terraturio vir in-
luster illo, & hoc cum domebus, ædificiis, mancipiis,
viniis, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus, junc-
tis & adjacentiis, quantumcumque ibidem nos tenire
visi sumus, hoc ad die præsente perpetualiter ordine
tradimus ad possendum, & hoc est habendi tenendi

v. infra
cap. 57.

seu commutandi posteris tuis , vel , ubi tua decreverit voluntas , derelinquendi , & ubi aliubi ex nostra sine epistolis oblegatam & infantis nostris remutarent , tu cum ipsis æqualis lanciæ dividere facias . Et in hanc paginola intimare convenit , si nos ipsi aut heredis seu propinquis nostris , aut militans extranea persona qui contra hanc epistola aliqua querilla aut refrigeratione contraire voluerimus , solidus tantus tibi sociante fisco conponat , & nihil vindicet quod repetet . Et haec voluntas nostra cum manus nostras roboratas omni tempore cum lege Aquiliani non dbeat esse inconvulsa .

XXXVII *Incipit Cautio de homine.*

Dominō magnifico fratri illi , ego illi . Constat me accipisse , & ita accepi à vobis per hanc cautionem ad pristinum beneficium , hoc est in argento uncias tantas : in loco pignoris emitto vobis statum meum medietatem , ut in unaquisque septem ad die stantis qualecumque operam mihi legitemam injunxeris , facere debalsemus . Cum annos tantus compliti fuerint , res vestras redibere debias , & cautionem meam recipere faciam . Et si exinde de ipsa opera , aut de ipsis res ad ipso placito negligens tardus fuero , aut voluntate vestra exinde non habuero ; tunc me constates vestras in duplum debiam esse redditurus aut vobis , aut cui cautionē ista dederis ad exagenda .

XXXVIII *Incipit securitas.*

Ego enim illi . Quia dum non est incognitum , qualiter aliquos homo , nomen illi , & quia ante hos dies habuit interpellationem , dum dicerit , quasi casa sua infregisset , & res suas exinde deportassit .
Unde

Unde & ipsi illi habuit, ut hoc in basilica sancti illius apud homines tantus conjurare deberet. Sed metuentis bonis hominibus, eos concordiare dixerunt. Et si recognovi & in nullo modo culpabile exinde ipso non invenit, convenit ut manu sua exinde facere deberet, quod ita & fecit, ut nullo umquam tempore contra ipsis nulla calumnia, neque repetitione facere non debeas, sed sicut dixi, quietus & securus residias. Et si fuerit aut ego ipsi, &c.

F O R M U L A
A N D E G.XXXIX *Incipit cessio [in dotem.]*

DUlcissima & cum integro amore diligenda sponsa mea nomen illa, ego illi filius illius. Dum non habetur incognitum, sed pluris habetur cognitum, qualiter te secundum lege Romana sponsam visus sum habere, in animis meis plenius tractavi, ut tibi aliquid de re paupertaticola mea concidere debirem. quod ita & feci, hoc est cedo tibi membro de casa cum mobile & immobile, in fundo illa villa, super terrarium sancti illius, cum villare vel omne circumcincto suo, juxta caso illius, lecto vestito, vestimentum tantum, fabricaturas in soledus tantus, mancipia tanta, his nominebus illus & illus, boves tantus, vaccas tantas cum sequentis tantis, ovis tantus, solidis tantus, campo cum silva fermentes modius tantus; de unus latus est campus illius: vinia iuctus tantus, de unus latus est vinia illius: prato iuctus tantus. Hæc omnia superius nominata ad die felicissimo nuptiarum hoc ad die praesente habetas concessum, dum advixeris, perpetualiter ad usumfructuario ad possendum, absque prajudicio [sancti illius] cuius terræ esse videtur. Si vero, quod fieri non credo, &c.

X L *Incipit ius liberorum.*

DUlcissimo & cum integro amore diligendo jocale meo illo , illa. Sanè in Dei nomine mente sanoque consilio meditantis casus humanæ fragilitatis corpore , ne nos contingit ultimos dies inordinatus , quod Deus avertat , de hujus sæculi lustris discederemus , debitumve naturæ compleverimus , dum in terra nus sobolus non habemus , nostrumque elegemus conspirante Deo commune consilio per cartolæ textum nostrum voluntate conscribere. Ideo ego memoratus illi , si tu mihi dulcissima conjux mea illa superstitis fueris , cum ego de hac luce discessero , debitumve naturæ complevero , tunc tu tris portionis de omne corpore facultatis meæ , quem in pago illo & illi ex alio parentum meorum vel de quolibet contracto mihi legibus obvenit , si proliis interim non fuerint præcreati , tibi transscribo , ut quicquid exinde in postmodum exinde volueris faciendum , id est tam in domibus , ædificiis , mancipiis , vineis , silvis , pratis , agris , acolabus , aquis aquarumque decursibus , junctis & subjunctis , mobilebus cum omne jure & soliditate eorum , integrum , sicut à me fuit possellum , possedendum tuo jure recipias , & perpetualiter possideas ; & quicquid exinde elegeris , faciendi liberum potiaris arbitrium. Quia rem ipsam aliter quam quod heredibus meis , illa quarta vero portione reservaverunt , hæc contra vos propinquorum heredibus legitimis meis reservo , ut tu conjux mea illa illas tris portionis , & ipsi heredis mei illa quarta similiter debetis percipere & possidere. Similiter ego illa in ara juxta ut superius contenitur depictum , religionis quos tenet terra mea . . . ad vos voluntate mea conscriptas , & ego ad similitudinem conscribere rogavi. Ergo si tu mihi

dulcissimus jocalis meus illi superstitis fueris , cùm ego de hac luce discessero , debitumve nature complevero , tunc tu tris partis de omne corpore facultatis meæ , quod in pago illo & illo ex alete parentum meorum abiçe videor , heridis meos in ipsis tris partis fattiden . . ut quicquid de ipsis tris partis de alete meo , se prolis inter nos non fuerint procreati , facere volueris , tam in domibus , ædificiis , mancipiis , vineis , silvis , agris cultis & incultis , pratis , accolabus , sicut à me fuit possedium , possideas , & rebus tam quod ad præsens possidere videor , ut mihi inante justum redibutum est , tu hoc integro jure percipias recipere , &c.

X L I *Incipit securitas.*

Ego enim illi qui commaneo villa illa sanctiilius. Convenit mihi bona voluntate ad securitatem ad hominem , nomen illo , facere debere , quod ita & fici , pro eo quod illam rem ad furtis conditionis post habuerit , & accepit exinde argento tantum . Proinde mano mea & bonorum firmata tibi exinde dedisse , ut post hunc diem de hac causa quietus & securus residias . Et si fuerit ut ego ipse , &c.

X L I I *Incipit epistola quem hominem repotavis de res suas.*

Dum cognitum est quod homo , nomen illi , aliquo homine , nomen illo , malavit pro res suas , & ipsi illi male ei exinde numquam male fecisset . Proinde ipsi illi ante bonis hominibus convenit , ut hanc epistolam facere deberit , ut nullo unquam tempore contra ipsum agere non præsumat . Quod si illi aut aliqua persona , &c.

X L I I I *Incipit securitas de rapto.*

Ego enim illi. Constat me accepi de illo integro compositione pro eo quod apud hominem , nomen illo , puella sua tradenda fuit , dedi ei ad ipso illo soledus tantus. Proinde manu sua firmata & bonorum hominum accepi , ut post hunc diem neque illi , neque nullus de heredibus suis , nulla calumnia nec repetitione habere non debias , sed , sicut dixi , de hac causa quietus residias. Et si fuerit aut ego ipsi , &c.

X L I V *Incipit notitia [de matrimonio servorum.]*

v. infra
cap. 58.

NOtitia qualiter illi & illi. Non habitur incognitum , qualiter servus nomen illi , ancilla ad illo , nomen illa , extra voluntatem ad conjugium se coniunxerunt : sed modò nos una pacis concordia convenit , ut de agnatione qui de ipsis procreati fuerint , illi ad ancilla sua duas partes recipiat , ego & illi ad servo suo illo tertia , & quod ipsis aliquid stante conjugio convenerunt , illi servo suo de ipso peculiare duas partes recipiat : similiter & illa ad ancilla sua illa tertia. Proinde ut in postmodum nulla alteratio inter nos non debeat esse , ut manus nostra exinde per duas epistolas uno tenore conscriptas facere deberimus , quod ita & fecimus , & pro tei totius firmitate modò adfirmavimus , ut nec nos ipsis , nec ullus de heredibus vel de propinquis nostris , aut militans stranea persona , qui contra istas epistolas venire voluerit , ad dupla pecunia teneatur obnoxius , & illa petitio non obtentiat effectum , & has convenientias inconcussa & inconvulsa teniat firmitate.

X L V *Incipit epistola qui de heredibus alicui
aut ecclesiae delegat.*

LEx Romana & antiqua consuetudo exposit, ut unus quis homo, dum in suum contenit arbitrium, de rebus suis propriis aliquid pro animæ lue compendium dare decreverit, licentiam habeat, & illud quod ad loca sanctorum, ad congregationem monachorum confertur, numquam perit, sed ad memoriam æternam & justitiam reputatur. Igitur ego enim in Dei nomen inluster vir ille, necnon & con-give mea inlustra matrona illa, convenit nobis unanimiter pertractantis, ut aliquid de rebus nostris in monastirio nostro, quem communiter ædificavimus, qui est in honore sancti illius infra muro Andecavis constructus, ubi illa Abbatissa custos præesse videtur, concidere deberemus, quod ad die præsente visi sumus fecisse, hoc est locello nuncupante illo, in pago illo, rem proprietatis nostræ, quem de parente nostro venerabile viro illo Abate propria pecunia comparavimus, vel die præsente nostra est possessio, hoc est cum terris, domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, movilebus & immovilebus, junctis & appendiciis & adjacentiis in se habentis ad se pertenentis cum superposito pro omni merito suo, ut diximus, ad prædicta basileca vel congregatio ipsius vel rectorem ipsa volumus esse translatum atque indultum: ita ut quicquid exinde ab hac die jure proprio atque firmissimo congregatio ipsius utilitatibus monasterii ipsius elegerit faciendum, liberam habeat in omnibus potestatem: quia malumus te sacrosanctæ ecclesiæ in honore sancti illius in idipsum monasterio ædificare, quam reliquis heredibus nostris. Quod si fuerit aliquis de heredibus

R iii

FORMULAR
ANDIC.

nostris qui contra hanc epistolam cessionis , quam bona voluntate pro nostris expiandis peccatis devovimus, venire aut contrarius vel pulsator extiterit, prius a communione Ecclesiæ catholicæ sit pulsatus, & æternæ damnationi subjectus ; & insuper auri libras tantas , argento pondus x sociante fisco , cuius pulsaverit, componat : nihilo minus .epistola atque definitio nostra omni tempore firma & stabilis perduret.

XLVI *Incipit notitia quem hominem in causa sua repellavit.*

Notitia qualiter veniens illi Andecavis civitate quante venerabile vir illo Abbat , vel reliquis quam plures bonis hominibus , qui cum ipso aderant, cuius nomina vel scriptiones atque signaculum subter tenentur inserta , interpellavit aliquis homines his nominibus illus & illus , dum dicerit , quasi vinia sua in loco noncupante illo , malo ordine pervasisset. quia ipse illi & illi taliter in responso [derunt,] quod auctori habebant legitimo nomen illo majore , quia ipsa vinia ad eos dedisset. Sic ab ipsis viris illi fuit denuntiatum , ut die illo Andecavis civitate ipso illo in Autericio præsentare deberit : se hoc non faciebat , cum legis beneficio ipso illo de ipsa vinia revellire deberet. Actum.

X L V I I *Incipit mandatus.*

Dominus magnifico illo illi. Rogo, preco, supplaco atque injungo per hunc mandatum ad vicem meam hominem , nomen illo , quem ego beneficium ei feci , argento uncias tantas , ipsum meum ubi & ubi , eas vel meas prosequere & admallare & adcausare facias; quomodo ipso debite recipere fa-

cias: & quicquid ad vicem meam exinde facere volueris, egeris, feceris, gesserisve, etenim me habitum esse cognisce ratum. Mandatum Andecavis civitate, curia publica.

FORMULÆ
ANDEG.

X L V I I I *Incipit charta de sanguinolento*, quem de matricola suscipi.*

* recens
nato, ex-
posito.

Cum in Dei nomen nos verò fratris, qui ad matricola sancti illius residere videmur, quos nobis ibidem omnipotens Deus de conlata Christianorum pascere videtur, invenimus ibidem infantolo sanguinolento, cui adhuc vocabulum non habetur, & de cuncto populo parentes ejus invenire non potuimus. Ideo convenit nobis unanimiter consentientes, & per voluntatem martyrio nomen illo Presbytero, ut ipso infantolo ad homine nomen illo venundare deberemus. quod ita & fecimus, & accepimus pro ipso, sicut apud nos consuetudo est, treantio uno, cum nostro pacto, & intimare rogavimus. Si nus ipsi aut domenus vel parentis ejus, qui contra charta ita venire voluerit, in primitus Christus filius Dei vivi terribilem & metuendum, ut nonsit ad gaudium, sed ad ejus detrimentum quod ei incuriat sempiternam poenam, & quod repetit vindicare non valeat, & hæc facta nostra omni tempore firma permaneat.

X L I X *Incipit judicius de homicidio.*

Veniens illi & germanos suos illi Andecavis civitate, ante viro illustre illo Comite vel reliquis racimburdis * qui cum eo aderant, quorum nomina per subscriptionibus atque signacula subter tenentur inserta, interpellabat aliquo homine, nomen illo, dicebat quasi ante hos annus parentis

* Judicibus
V Glopar.
Canman in
Rachim-
burgii.

R iiiij.

coram illo quomodo interfecisset. Interrogatum est s̄epe dicto illo , quid ad h̄c causa daret in responsis. sed hoc ad integra fortiter denegabat. Sic juxta aetificantes s̄epe dictis germanis visum est ad ipsis personas decreuisse judicio, ut quatrum in suum quod evenit ipso Kalendas illas , apud homines xii mano sua xiii vicinus circa manentes sibi : sin melius in ecclesia seniore loci in ipsa civitate hoc debiat conjurare , quod ad morte s̄epe dicto numquam consentisset, nec eum occessisset , nec consciens, nec consentanius ad hoc faciendum numquam fuisse. Se hoc facere potest , diebus vitæ suæ de ipsa causa securus permaneat : sin autem non potuerit , in quantum lex præstat hoc emendare stodeat.

Incipit Notitia ad supradicta judicia.

Notitia sacramenti , qualiter vel quibus præsentibus aderant in ipso die Kalendas Marias ingressus est homo , nomen illi , in ecclesia seniore sancti loci Andecavis civetate, secundum quod judicios suos loquitur apud homines xii mano sua- xiii. Juratus dixit : Per hunc loco sancto & divina omnia sanctorum patrocinia , qui hic requiescant , unde mihi aliquid homenis illi & germanus suos illi reputaverunt , quod parente eorum illo quondam interficisse aut interficere rogasse , ipsum non occisi nec occidere rogavi , nec consciens , nec consentaneus ad morte sua numquam fui , nec illud de hac causa non redebio nisi isto edonio sacramento , quem judicatum habui , legibus translivi. Id sunt quod de præsente fuerunt , & hunc sacramentum audierunt , & hunc notitiam manus eorum subter affirmaverunt. Facta notitia.

L *Incipit mandatus.*

Dominus fratri illo ego illi. Negociens rogo ; preceo , atque suppleco per hunc mandatum ad vicem meam servo meo nomen illo , natione gentile : quem mihi configio fecit ubi & ubi , cum ipso invenire potueris , tam in pago , quam in palatio , seu in qualibet patria invenire potueris , quicquid exinde ad vicem meam prosequere & excausare , vel admallare eas facias : & quicquid per hunc mandatum egeris , feceris , gesserisve , etenim me habiturum esse cognosce ratum. Mandatum Andecavis civitate.

L I *Incipit mandatus.*

Dominus magnifico illo , ego illi. Rogo atque suppleco vestra caretate per hunc mandatum , ut omnes causas meas in pago illo ad vicem meam prosequere vel admallare facias , tam in pago , quam & (si necessitas fuerit) ad palacio , vel ubi locus congruus fuerit , & quicquid exinde egeris , feceris gesserisve , etenim me in omnibus habitaturis tibi esset cognoscatur ratum , quam gestibus oblectatus . Et ut certius credatur , mano mea subter firmavi , & magnorum meorum subterius decrevi adfirmare. Datum mandatum Andecavis civitate.

L II *Incipit Noticia.*

Noticia qualiter veniens ille Andecavis civitate , die illo , in regionis , quod ficit mensis illi dies tantus , placitum suum adtendedit. Ac contra aliquis homines , his nominibus illus & illus : unde ante hos dies inrationis fuerunt pro vinia sua in loco qui dicitur illo. Unde & autore nomen illo ,

spoponderunt præsentare ipsa vinia ipsis consignasit. Sed veniens in eo placito illi de mane usque ad vesperum placitum suum legibus custodivit & solsadivit. Nam illi & illi ibidem fuerunt, & hoc quod espondetunt, menime potuerunt adimpiere. Propteria necessarium ipsis illo, ut hanc noticiam manibus bonorum hominum exinde accipere deberit. quod ita & fecit, ut in postmodum quicquid lex inter eos declarat, attendere debiat.

L III Incipit cœfio.

Quod bonum faustum sit, Lex felicitatis adsatis adfentit, & lex Romana edocit, & consuetudo pagi consentit, & principalis potestas non prohibet, ut tam pro se intercedentem, quam ad die felicissimo nuptiarum obstable evenientem. Idcirco ego in Dei nomine illi nomen, ante proscribo ad sponsam meam, nomen illa, filia illius, transcribo ad ipsa per hanc epistola atque cessione, hoc est casa cum curte, vel omni circumscritto suo, hoc est mobile & immobile, lecto vestito, campo ferente modius tantus, de uno latere est campus; vinia iuctus tantus, de uno latere vinia illius; silva iuctus tantus, de uno latere silva illius; prado iuctus, de uno latere prata illius, & est super terraturum sancti illius, in fundo illa villa; bovis tantus, vaccas cum sequentis tantus; vestimento tanto, in turis de soledus tantus, bracilo de soledus tantus, haec omnia rem superius nomenata quamdiu adviximus, ambo pariter hoc tenere & possedire debiamus, superius nomenata hoc tenere & possedire debias. Et se prolem nobis Deus dederit, cum omne integritate ut rem meliorata acceperit, & adfirmare deberimus: quod ita & sicimus. Post transitum vero tuum in ipsis revertantur. Et se agnatio de nobis procreata non fuerit, haec omnia rem

superius nomenata, hoc tenire & possidere debiant, & cui volueris derelinquas. Etsi fuerit qui contra hanc epistula adque cessione, quem ego bona voluntate nulla imperium fieri & affirmare rogavi, venire aut litigare vel infrangere fortasse conaverit, inferat inter tibi & fisco soledus tantus coactus componere debiat, & quod repetit vindicare non valiat.

FORMULÆ
ANDEG.**L IV** *Noticia divisionis.*

IN Dei nom. Placuit atque convenit inter illus & illus germanus, ut inter se de res eorum devidere debuerunt. quod & fecerunt. Accipit illi hoc est casa cum omni circumscinso illo, seu & mancipia vel mobile & immobile, quem in ipsa casa esse videtur, vel vineas, silvas & prata, quantumcumque in ipsa casa aspicere videtur, totum & ad integrum. Et in contra accipit germanus suos illi alio locello illo, cum omne rem ad se pertinentis. Unde convenit ut manus eorum firmatas inter se accipere deberent, quod ita & fecerunt, ut unusquis quod accipit habeat, teneat & possedeat, vel cui voluerit derelinquat. Etsi fuerit unus ex nus ipsis qui contra pare suo agere aut resultare praesumpserit, partem suam ad pare suo amittat, & insuper soledus tantus componat, & quod repetit nihil valeat vindicare; & haec pactio divisionis omni tempore firma permaneat.

L V *Noticia cessionis.*

EGO enim illi. Convenit nobis ad petitionem nutritio nostro, ut aliquo locello nomen illo, in loco qui vocatur illo, pro assiduo servicio suo vel benevolentia, qui circa nus abire visus est, ei concedere deberemus. quod ita & fecimus, ut post hunc diem ipso locello integrum habeat concessum, ut

quicquid de ipso facere volueris , liberam in omnibus habeas potestatem faciendi. Et pro infestantibus malis hominibus , convenit multa ibidem inserere debeamus quod ita & fecimus. Et si fuerit qui contra epistola ista ullus de heredibus meis , aut quislibet homo, aut extranea persona , qui contra ipsa resultare voluerit , soledus tantus ei componat , & repeticio sua non obtineat effectum , & hæc epistola omni tempore firma permaneat cum stipulatione subnixa.

L V I [*Formula dissolvendi matrimonii.*]

*v. Marculf.
lib. 26. 36.*

Dominio non dulcissimo , sed amarissimo & exsufflantissimo jocali meo illo illa. Dum non est [in cognitionem ,] qualiter faciente inimico & interdicente Deo , ut insinuul esse non potemus ; proinde convenit nobis ante bonis hominibus , ut ad invicem nos relaxare deberemus. quod ita & fecimus. Ubi cumque jocalis meus mulierem [ducere] voluerit , licentiam habeat potestatem faciendi. Similiter & illa convenit , ut ubicumque ipsa femina superius nominata sibi marito accipere voluerit , licentiam habeat potestatem faciendi. Et si fuerit post hunc diem unus ex nus ipsis qui contra hanc epistola ista agere aut repetire præsumperit , soledus tantus ad pare suo componat una cum judice intercedentem , & quod repetit nihil valeat vindicare , & hæc epistola firma permaneat.

L VII *Incipit cœsio.*

*v. supra
cap. 36*

LEx Romana edocet , consuetudo pariter consentit , & regalis potestas non prohibet , ut unus quis de rem suam , quem in præsente die possedit , faciat quod voluerit. Idcirco ego quidem in Dei nomen illi , qui commaneo illa villa , quia pertractavi

circa animus meus, ut omnis res meas quem in præsente sæculo habere videor, ad filio meo duas partes per hanc epistola cessione ad die præsente trado ad possedendo, tam casas, domibus, ædificis, mancipiis, campis, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquarumve decurribus, junctis & subjunctis, movelibus & immovelibus, omni rem meam, pro assidua servitia sua vel benevolentia, ei, sicut dixi, partis duas deligo atque transfundeo ad die præsente; tertia vero parte ad heredis propinquis reservans, hac tamen conditione, ut dum advixero, mihi in omnibus tam de vieto, quam & de vestito soniare* mihi debiat, & ipsa terra persolvere faciat: & quicquid de ipsis duas partes facere voluerit, habendi, tenendi, donandi, vendendi, seu commutandi absque præjudicio sancti illius, cuius terræ esse videtur, liberam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis vero (quod fieri esse non credo) si fuerit ullo umquam tempore, aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quilibet homo aut extranea persona, qui contra hanc epistolam cessione ista venire aut agere fortasse præsumperit, in primitus Dei incurrat judicium, & sanctorum loca efficiatur extraneus, & insuper inter tibi & agente sancti illius tantus componat; & quod repetit nullo congenio evindicare non valeat, & haec cartola omni tempore firma permaneat.

* præstare.

L V I I I [*Notitia de natis servorum.*]

NOs enim illi & conjux mea illa. Dum non est illa, servo nostro, nomen illo, ad conjugium copulavit, & modò nos bona voluntate convenit, ut quamdiu quidem in conjugio sunt copulati, ipsa femena per nos non debuit esse declinatam in servicio. Et agnacio, se ex ipsis procreata fuerit, ad ingenu-

v. supra
cap. 44

**E P I S O D I U M
A N D S C .**

tatem capitis eorum debuit permanere ingenui. Si quoque ut se eis necessitas fuerit, ad servicio caput eorum inclinatur, non ei detur licencia, nisi ad nos vel heredis nostris propinquiores: & peculiare quod sit ante conjugio, laborare potuerit, ipsa femina tercia parte exinde habeat absque nostra repetizione, vel heredum nostrorum. Deinde in hunc epistola nobis intimare convenit, se nos ipsis, aut heredis vel propinqui nostri, seu quislibet opposita persona, quid ad traditis convenientias ipsa femina conmodolare voluerit, aut contra epistola hæc agere contemtator fuerit, soledus tantus componat, & nihilum dicit & quod repetit, & hæc epistola omni tempore firma permaneat.

L I X [*Notitia de commodato.*]

EGO enim illi qui conmaneo illa villa. Constat me accepisse, & ita accipi de homine nomen illo ad pristinum beneficium argento uncias tantas. Sic modo convenit, ut cum multa caretate ipso argento die Kalendas illas mox venturi Septembbris & circum me habere debiam, & ipso die argento vestro reddere faciam, & cautionem meam recipere faciam. Et si exinde negligens aut tardus fuerim, voluntate vestra non habueris, hic modò mihi in hunc caucionem placuit inserere, ipsas revestitas in dupplum vobis sic reddetur, aut vobis, aut cui caucionem istas dederis ad ex.


E X P L I C I T .

A D M O N I T I O.

in sequentes epistolas.

IN parvo codice, sed perverusio. Abbatia sancti Emmerammi apud Ratisbonam, epistola numero quadraginta due existant sub hoc titulo: INCIPIUNT QUADAM EPISTOLÆ EX QUORUM DAM NOVORUM DOCTORUM LIBRIS EXCERPTÆ. Nomina eorum, quibus epistola directa erant, sustulit collector: at eas esse Alcuini constat. Ex illo numero epistola sexdecim inter Alcuini epistolas edita sunt: ceteras hic exhibemus cum brevibus notulis, qua homines aliquos designant, ad quos litteræ scriptæ erant. Omnes verò ex veteri codice descripsit rogatu nostro religiosus & industrius adiungens Anselmus Grabnerus, cuius in nos sedulitatem & bona officia coram experiti sumus. Hac tantum præmontere visum est hoc loco.





A L C U I N I

EPISTOLÆ NOVÆ.

E P I S T O L A I.

*Episcopum ad caritatem aliasque virtutes
hortatur.*

VENERABILI Patri & amabili Doctori & desiderabili fratri ill. nutu Dei Pontifici sive Abbatii, ego indignus servorum Christi famulus in totius caritatis jucunditate salutem. Scias verò quod in camera humilitatis, superbiz non placet habitare: quia quod illa ædificat, hoc illa destruit. Ecce ego, quantum in me est, apertas habeo manus amplectari venientem, non respuere precentem. Hoc apud omnes servare præfinivi, ut nullum abjicerem, sed quemcumque potuisse attraherem. Utinam aliquantum temporis Christo miserante nobis oportunum esset simul habitare, ut frangeretur propheticus panis inter nos, de quo dictum est: *Frange esurientis panem tuum.* licuisset nobis asfiduc una voce & una fide cantare: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* ex eo vesci qui ait: *Ego sum panis vivus qui de calo descendit, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in eternum.* O quam jocunda est caritas, & quam dulcis præsentia illius, & quam

quām felix vita , ubi numquam deerit quod amatur semper ! quæ nunc in absente ardet, tunc in præsen- te lætatur. Licet ubique Deus præsens sit, tamen ali- ter in imagine per speculum cernitur , aliter in præ- sentia per speciem videtur. de qua ista Veritas ait : *Beati mundo corde , quoniam ipsi Deum videbunt.* Mundetur modò cor in hac peregrinatione , ut in patria illius beatissimæ visionis frui liceat : utamur hoc mundo perituro in caritate non peritura , ut fruamur Deo in gloria permanente. O Domine fac nos diligere te , & odire eum , de quo dixisti : *Mun- dus me odit.* ut per te donum Spiritus Paracleti accipiamus , quem mundus non potest accipere , quia non videt eum, nec scit eum. Noli nos secundum tuæ veritatis promissionem orphanos relinquere , sed mitte in nos spiritum veritatis , qui nobiscum maneat in æternum. O Rex gloriæ & Domine virtutum , bellator noster & pax nostra , qui dixisti , *Confidite ego vici mundum* , vince & in nobis servis tuis , quia sine te nihil facere possumus. Da cum fiducia servis tuis loqui verbum tuum , & loquentibus exemplis ostendere quod ore prædicent. Da velle & perficere , da ut misericordia tua præveniat nos , & misericor- dia tua subsequatur nos : præveniat ad incipiendum , subsequatur ad perficiendum. Quid plura habemus dicere , nisi ut fiat voluntas tua , qui vis omnes ho- mines salvos fieri ? Tua voluntas salus est nostra , gloria nostra & beatitudo nostra per quemdam men- tis excessum. O frater venerande , hæc locutus sum non tam ordinatè , quām epistolaris postulat angustia : sed tam affectivè , quām intima cordis compunctio exegit. Tū tamen , dulcissime Pater & familiaris meus , patienter sustine cordis mei lacrymas , & te- cum reconde quod mecum audisti. Quis scit , nisi ille qui omnia scit , si eas mihi liceat scribere tibi , aut posteras dulces tecum consolationes dicere vel

Vet. Analect. Tom. IV.

S

audire? Hodie mihi dedit spatum pietas illa quæ omnia mihi contulit bona quæ habeo. quapropter tacere non debui, quia nescio quid ventura pariat dies. Tu vero, unanimis frater, æternos dies semper habeto in mente, & per patientiam curre iter quod tibi Christus ostendit: quia qui sequitur illum, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ille tibi sit cibus & potus, caritas & gloria. Non subvertat cor tuum ambitio sæculi, adulantium officia; species vanitatis, timor potentium, minæ crudelium: sed ædifica domum tuam supra firmam petram, unde te nullæ tempestates evellere valeant. Sed sta intrepidus linguas detrahentium contemnens, & ora laudantium non curans; & quoscumque poteris, gratia auxiliante superna tecum in hunc statum vitæ rapere precibus, monitis, castigationibus, exemplis: ut cum multiplici laboris fructu, multiplici dignus mercede appareas in conspectu Domini Dei tui, meque tuæ salutis consocium assiduis sanctitatis tuæ precibus subvenire memento: quatenus Salvator omnium me multis peccatorum vulneribus confossum larga suæ pietatis clementia salvare dignetur, & constituere licet extreum in sorte æternæ beatitudinis tecum, carissime Pater, frater & fili.

E P I S T O L A I I

De Fidei puritate tuenda & servanda.

Venerando Doctori & vere amantissimo Patri ill. Episcopo, benevolus servorum Christi famulus in fide & caritate salutem. Exspectans exspecto lætum audire nuntium, quando aliquam opinionem è sublimi volantem partibus in nostris audire mereamur. Quapropter precor omnes aligeras de cœlesti se-de descendentes potestates, ut Patrem nostrum citò

sanum cum omni prosperitate faciat venire ad nos : nos verò velut æstiva hirundo partibus palatinis pro-
perare desideramus. Prospera donante Deo nobis
sunt , nisi quod infirmitas me fatigatum habet. ta-
men qui infirmior fortior erit juxta Apostolum : &
sæpe prodest infirmitas corporalis , ut fortitudo fidei
crescat in anima. Orate pro nobis, ut Spiritus-sanctus
Paraclitus insipiet animas servorum suorum ad de-
fendendam catholicæ Fidei veritatem : quia tempus
est , sicut legimus prædictum esse in libris sanctis. Tu
verò cum tuis semper sanam sequere doctrinam , &
catholicam prædica diligenter Fidem , ut æternam
mercedem cum multiplici fructu habere merearis.
Vivas felix , & gaudeas in Christi amore cum tuis
omnibus , Pater carissime.

ALCUINI
EPISTOLA.

E P I S T O L A III

*Paganos non solum verbis , sed exemplis
instruendos.*

Sanctissimo Pontifici & dulcissimo Patri sanctæ
Dei ecclesiæ Provisorij, ille indignus, tamen bene
cupiens prosperitatis vestræ in Christo Jesu æternæ
gloriæ salutem. Suavissimas dilectionis vestræ accepi
litteras, & latus de agnitione prosperitatis vestræ le-
gebam eas , exspectans quid illæ mihi nuntiarent de
novellis rebus : sed nil de his inveni. tamen volente
Deo visurus vos , necessitate coactus habeo dice-
re quod chartula reticuit. Plura tibi scriberem de
prædicationis instantia & honestate morum inter a
paganos : quia conversationis dignitas solet eos eru-
dire in prædictoribus , sicut verborum veritas. Sed

^a Hæc epistola atque sexta scriptæ videntur ad Villeha-
dum Episcopum Breunensem , qui Saxones primus Fidei ru-
dimentis imbutit.

quia spero citò vos miserante Deo videre , melius
hæc colloquendo putavi conferre , quām scribendo
innotescere : nec majorem ardorem habet animus ,
quām mens colloquii vestri . Ideo agenitum Dei clem-
tiam , ut concedat nobis in sua misericordia & in
nostra prosperitate videre nos facie ad faciem . Gra-
tia Domini nostri Jesu-Christi te in omni bonitate
proficere faciat , reverendissime Pater .

E P I S T O L A I V

Transalpinum Antistitem ad se invitat.

Dilectissimo Patri & reverendissimo Seniori Tran-
salpino^a Antistiti , ille humilis paciferam in Do-
mino salutem . Gaudeo quod aliquam famam de ves-
tro adventu audivi , multum cupiens vestræ beatitu-
dinis faciem videre , & oportet audire loquelam , si-
mulque vestram amabilem prosperitatem agnoscere .
Veni , veni festinanter , si Deo placeat & sanctis ejus ,
ut nos videamus . Nullatenus voluisse longius ire ,
antequam tuae beatitudinis faciem viderem : multum
gaudeo de vestro colloquio , quia nescio quando erit ,
si nunc non erit . Feliciter lege , & prospere veni , Pater
optime , & amice fidelissime , & in Christo carissime .

E P I S T O L A V

Amico parvâ mittit munuscula.

Clarissimo in Christo Patri ill. clientellus , prof-
peritati vestræ benè cupiens in veræ caritatis
dulcedine salutem . Direxi vobis parva xenia , obse-
crans ne despicias munusculi parvitatem . Hæc sunt

^a An Petrus Oldradus Archiepiscopus Mediolanensis , ad
quem Alcuini epistola 59. an vero Paulinus Aquileiensis
Patriarcha . Confer epistolam 19 infra , & duas sequentes .

duo minuta , quæ vidua obtulit in gazophylacium
Templi , quam Dominus Jesus laudavit , quia plena
caritatē offerebat . Vivite vos Deo placentes in omni
opere bono , & pro nobis orantes . Valete in perpetuum .

ALCUINI
EPISTOLE.

E P I S T O L A V I

*De Ecclesiæ vexationibus à paganis & falsis
fratribus : ac de eleemosyna , lectione
& prædicatione .*

Dilectissimo caritatis filio & venerande sanctita-
tis Patri , devotus in fide amicus salutem . Multa
habuissim tecum valde necessaria conferre , si tem-
pus & locus & faciei vestræ præsentia adesset : sive
de generali sanctæ Ecclesiæ statu , sive de speciali re-
rum ad nos pertinentium vicissitudine . Sed hoc erit
dum vult qui omnia disponit quæ sunt in cælo & in
terra , qui quandoque concedat nobis mutua carita-
tis verba inter nos habere , & cordis æstus verbis pa-
cificis patescere . Sed tu carissime & omnium Sacer-
dotum Christi corde nostro junctissime , obsecro in-
tercessiones facere pro nobis , quatenus divina cle-
mentia & vos proficere faciat in omni bono , & nos
regere dignetur ad salutis nostræ profectum . Multæ
sunt hujus sæculi occupationes & diversæ varietates ,
& eventus miserabiles : & Ecclesia Christi multis
modis impugnatur non solum à paganis , sed etiam à
falsis fratribus : & ubi fons æquitatis & justitiae ad
omnes per rivulos sanctitatis profluere debuit , ibi
maximè iniquitatis palustris profunditas exhalatur ,
sicut forte à sanctissima Sede auditurus eris , quid ibi
scelerum & nimiaæ atrocitatis a nuper gestum esse re-

a Id intelligendum de atrocitate commissa in Leonem te-
tium , cui oculi eruti , lingua recisa , &c. ut norunt omnes .
Confer Alcuini epistolas 11 & 13.

fertur. Timendum est non solum hoc impiissimæ prætatis scelus, sed etiam majoris mali prodigium, dum in capite talia aguntur , quid in corpore fieri possit, formidandum est. Justitia laborat, & iniquitas abundant, & caritas frigescit , & infidelitas serpit. Sicut venenum , & sicut cancer membra Christi maculare non desistit. Ideo dum tempus habeas , labora in verbo prædicationis, in virtute caritatis , in exemplo sanctitatis, in pietatis officio , in elemosynarum elargitione, in misericordiæ & pietatis constantia : quatenus ex hujus caliginis miferia ad perpetuæ beatitudinis lucem pervenire merearis , & me tuæ salutis unanimem filium , fratrem consocium , assiduis precibus vel ammonitionibus tecum trahere non desistas. ut pariter dicere digni efficiamur donante æternæ pietatis largitore : *Introduxit nos Rex in cellaria sua, exultabimus & letabimur in te.* Excitati animi motus in te tranquilla pace componantur, ut nihil per iram fiat, sed omnia cum consilio : tempus redimentes, donec transeat ira , & tunc dicatur vel agatur quidquid provida consilii sapientia suggerat agendum esse. Clamores pauperum cordis audiat affectus , & larga manus miseriam illorum refoveat. Magnum est , debitorum te habere Deum , quia beneficia pauperum Christi retributio compensat , & quod miser non valet remunerare, hoc omnium Dominus dignabitur recompensare. Cogitatio assidua tibi sit in Scripturis sanctis , & latitia convivii laus Redemptoris. Dum corpus cibo pascitur , mens divina lectione foveatur, ne anima esuriens ineptiato corpore lugeat. Pascatur quod æternum est magis , quam quod peritum erit. Mens caelestia rimetur , & futuram jugiter prævideat mansionem , ut parvi temporis labore perpetua meateatur requies. Plura tibi scripsisse, nisi pauca sciem sufficere sapienti. Unum verbum in corde sensati melius proficit , quam multa millia contemtoris.

Non cesses semen salutis seminare in corda multorum, ut ex salute multorum multam apud Dei pietatem merearis habere remunerationem. Vive feliciter florens, & proficiens in caritate Christi & præceptis, quæ à Deo data sunt ad æternam beatitudinem generis humani, meique memor carissime Pater, frater, fili, æternis temporibus in Christo.

ALCUINI
EPISTOLA.

E P I S T O L A V I I

*Episcopum, qui paganis Fidem prædicabat, monet
ne à recens conversis decimas exigat.*

C Arissimo Patri unanimoque amico, egregio Su- perspeculatori in Christi caritate salutem. Litteras tuæ beatitudinis accepi caritate conscriptas, consilio corroboratas, fide sigillatas, in quibus sicut hortavi, audivi, sicut speravi, agnovi: nec me spes fecellit consilii, nec societatis cooperatio retardavit. Vestrum verò iter ad probandam rei veritatem modò in præsentia dispositum est. & ideo in spe voluntatis Dei latus hoc perage. Pauci nobis restant dies hujus vitæ: & valde desiderandum est, Deique misericordia toto corde deprecanda, ut illi in opere Dei finiantur. quia plus unusquisque nostrum de fine vita judicatur, quam de initio. In peccatis nascimur, sed gratia renascimur, quæ nos in bono opere currentes comitetur, & usque ad finem firmum perseverare faciat. Tu verò, Pater sancte, amice fidelis, frater dilecte, fili carissime, cum prosperitate bona, divina tecum comitante gratia perge in opere Dei, & cum gaudio revertere ad nos, & esto prædicator veritatis, non decimarum^a exactor: quia novella anima apostolicæ pietatis lacte nutrienda est, donec crescat,

a Exstant ejusdem argumenti duæ Alcuini ad Carolum. M. epistolæ, nempe 7 & 11.

ALCUINI
EPISTOLÆ.

convalescat, & roboretur ad acceptationem solidi cibi. Quid impoundum est jugum cervicibus idiotarum, quod neque nos, neque fratres nostri sufferre potuerunt? Igitur in fide Christi salvari animas credentium confidimus. Vade modò, dilectissime frater, in benedictione Dei & consolatione sancti Spiritus; amicus tuus est tecum in corde. quem utinam cito habeas socium in opere Dei. Nos matriculares^a pro te orare non cessamus, quatenus divina te ubique præveniat & subsequatur gratia, ut cum multiplici pii operis fructu revertaris ad nos. Nos semper suspensi erimus de redita tuo, donec videamus quem amamus; amplectere manibus quem corde desideramus. Ecce deficiente chartula, non caritate, pennam deponimus, hæc salutationis tantummodo verba subnectentes: Vivas Deo, feliciter vadas, & proficiens floreas in opere Dei, & te ubique euntem & redeuntem summi Regis dextra conservet venerande, dilectissime, & dulcissime.

E P I S T O L A V I I I

Ad Gislam filiam Caroli M.

b

CArissimæ in Christo^b filiæ, fidelis in caritate Pater perpetuæ prosperitatis salutem. Corporalis infirmitatis incommoda hoc maximè animum contristant paternum, quod domini mei dilectioni sic citò, sicut volui, præsentari non potui. Credo tamen in ejus clementiam qui allisos solet erigere & infirmos curare, quod meam adhuc impleat voluntatem in videndo faciem domini mei, vestræque familiari-

^a Alcuinus se ipse matricularum, nempe ecclesia S. Martini, passim vocat, ut in titulis epistolârum 18 & 23. Vide infra epistolas 23 & 24.

^b Non dubium quin Gislæ, cuius Patrem se dicit Alcuinus in prefatione ad Commentarium super Johannem. Confer epistolam 102.

tatis frui alloquio. Tu verò , filia carissima, honestis misericordiæ operibus , vitæ sanctitate ornare memento dignitatem tuam , ut magis probitas laudet conversionis , quām species auri fulgentis. Si quis diligentius considereret præcepta divina , inveniet in illis doctrinam , quæ est laudis in præsenti vita inter homines , & mercedis æternæ gloriae apud Deum. Hæc tu nobilissima puella , diligentissimè discere & devotissimè implere satage , ut digna efficiaris à Deo amari & ab hominibus laudari. Tunc habet FLACCUS omni lætitia gaudere totisque viribus tripudiare.

*Moribus egregiis virtutum & vita coronis
Floreat , & vigeat filia cara tibi.*

E P I S T O L A I X

Discipulum ad resipiscientiam hortatur.

Dilectissimo filio. Dulcissime fili^a, frater, & amice , cuius nomen opto ut cælestis bibliotheca teneat in æternum , olim te genui , nutrivi , alui , & ad perfectum virum usque Deo donante perduxī , artibus studiosè eruditum , sapientiæ sole illuminatum , moribus ad primè ornatum , ita ut tuam laudem tota pæne decantet regio : & latior est fama nominis tui , quām notitia faciei tuæ. Hujus ego tibi decoris devotus , Christum obtestor , adjutor exstisti , & pro vi- rium meatum portione , te , si non idoneus , tamen voluntarius , sicut potui , & adhuc absentem obnixè orationibus prosequar , quem quondam præsentem sacris disciplinis provexi. Sed per ejus te misericordiam intentius deprecor , qui nos redemit , inlumi navit & exaltavit , & suæ agnitionis participes efficit , ne caritati meæ , quæ me non sinit tacere , irasca-

^a Is est filius ille prodigus , ad quem Alcuini epistolæ 103 & 114.

ris, si aliquid durius tecum loquar. Urget enim paternitatis affectus me fari quod pennigero rumore narrante didici, quia quædam agis quæ nec tuæ conveniunt dignitati, nec meæ placent dilectioni: quia nolim famam claritatis tuæ maculis fuscari nigris, ne alius tibi debitum subtripiat locum, ut sit novissimus primus, & primus novissimus. Quid est, fili, quod de te audio, non uno quolibet in angulo susurrante, sed plurimis publicè cum risu narrantibus? quòd puerilibus adhuc deservies inmunditiis; & quæ numquam facere debuisses, numquam dimittere voluisses. Ubi est nobilissima eruditio tua? ubi est clarissima in Scripturis sacris industria tua? ubi morum excellētia, ubi animi fortitudo, ubi timor gehennæ, ubi spes gloriæ? qui modò illa perpetrare non horrescis, quæ aliis prohibere debuisses. Convertere obsecro intacta animum tuum, & dic cum Propheta: *Quis dabit capiti meo aquam, & fontem lacrymarum oculis meis, ut plangam die ac nocte,* non Jerusalem Babylonio igne usturam, sed animam Sodomitanis flammis aſfuram. Per singula momenta properat diritus exactor, quem nullus vitare potest. quid respondebis tunc æquissimo Judici tuo, si nunc non corrigis fœdissima facta tua? Obsecro te dilectissime fili, per terrorem illius judicii, quod omnes subire cogimur, tu ab ea die qua hanc perlegas paginolam intimo dolore dictatam, pura caritate conscriptam, sancta fide sigillatam, constanti animo incipies catenam hujus diabolice suggestionis & impiaæ consentionis disrumpere, & procul à te abjecere: quatenus puras & liberas manus ad Dominum Deum tuum levare valeas, qui præsto est tibi de longinqua regione revertenti occurtere. Si tu non tardaveris surgere & dicere, *Pater peccavi in calum & coram te, ideo non sum dignus vocari filius tuus:* & non solum obviare, sed etiam amplectari, osculari, optimaque induere stola &

anulo ornare , & calceamentis munire , insuper &
deducere dignabitur in domum deliciarum suarum ,
qua angelicis conjunctus cœtibus , beata æternitate &
æterna beatitudine decantabis : *Beati qui habitant in
domo tua Domine , in faculum faculi laudabunt te.*

ALCUINUS
EPISTOLE;

E P I S T O L A X

Ad Episcopum paganorum prædicatorem.

Evangelico Doctori ^a in Domino salutem. Pluri-
mæ sunt hujus sæculi tentationes & multa peri-
cula sæculum amantibus. Unde , carissime Pater ,
omni custodia serua te ipsum , & labora in domo
Dei , ut proficiat tibi labor tuus in salutem æternam.
NI H I L enim stabile in hoc mundo fieri poterit , nisi
caritas Christi & servitium illius. *Præterit enim ,*
Apostolo dicente , figura hujus mundi. ILLUD SOLUM
REM ANET , quod pro Dei dilectione & in præceptis
illius peragimus. Erue te ipsum , quantum valeas ,
de periculis hujus vitæ. Sit guttur tuum tuba super
domum Dei. Spiritalis belli signifer esto , & dux in
acie Christi , ut amplificetur tibi regnum in terra vi-
ventium , & non habeas spem in hac terra morien-
tium : sed ubi vita est æterna , illic fiat omnibus horis
intentio tua , spes , & desiderium tuum. Dic Deo Chris-
to : *Anima mea desideravit te in nocte , & spiritus*
meus in præcordiis vigilavit ad te. Qui castra Christi
custodiunt , vigilare debent , & non dormire : quia vi-
gilantibus , & non desidiæ torpentibus , perpetui regni
promittitur gloria. Sæpius tibi scripsisem , si vel

^a Forsan Vvillehado Bremensi Episcopo Saxonum doc-
tori , uti & superiores epistola 3 & 6 , potius quam Da-
mocles seu Ricalfo Moguntinensi Antistiti , etiam in Saxo-
niam misso , quem Alcuinus filium appellare solet , ex epis-
tola 93. non , ut hunc , Patrem.

fama narrasset mihi, ubi te chartula mea invenire potuisset. Tamen scripta est in corde meo memoria nominis tui cum stilo caritatis, non pennâ peritûra, sed permanente suavitate, sæpius ingenînans ex intimo cordis affectu: Quando erit illa dies, ut liceat mihi dilectum amplectari meum, & dulcis amplexibus colla constringere Patris venerandi. Videsne qualis sit caritas vera, quæ nulla longinquitate terrarum dividi poterit, nulla obliuione deleti, sed magis magisque accrescit. Felix anima, quæ Deum diligit soluta ab hujus sæculi nexibus, ut proficiat in veritatis soliditate, & perveniat ad divinæ beatitudinis visionem, ubi est tranquilla lætitia, & sine ulla perturbatione vita perpetua. ad quam felicitatem, Pater sancte, me precibus tecum deducere satage, ut in Christo fruamur dulcedine caritatis perpetuæ. Saluta ex meo nomine omnes sanctæ Dei Ecclesia filios, qui vobiscum Deo deserviunt, & scribe nomen meum in cordibus illorum piæ petitionis affectu, quorum nomina Deus Christus in cælesti libro scribere jubeat, qui ait carissimis sui laboris sociis: *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis.* Valete omnes feliciter in Christi benedictione, dilectissimi Fratres.

E P I S T O L A X I

Ad Aquilam Episcopum Saltzburgensem.

AQuilæ per alpes volanti, per campos currenti, per urbes ambulanti, humilis terrigena salutem Ammone subjectos tuos de vita castitate, de morum honestate, de orationum vigilantia, de precationis instantia, & unusquisque subjectam sibi plebem bene in Dei voluntate eruditam habeat, Ecclesiamque benè directam. Unusquisque verò suum in Domino honorificet ministerium, ut non sit vituperatio in

sacerdote Christi , sed laudatio in prædicatore veritatis : hortenturque singuli ad CONFESSIONIS puritatem , ad pænitentia compunctionem : quia hoc SECUNDUM BAPTISMA est in Ecclesia . ut qui post primum erraverit in aliquo delicto , in hoc secundo corrigatur . Sit tibi Deus ubique adjutor , ut proficias in omni bono , & multiplici dignus mercede habearis in conspectu Domini Dei tui : tantum orationibus adjuva fragilitatem nostram , ut dirigat nos Christus in suæ pietatis voluntate , ut faciamus quæ bene placita sunt ei . Deus Christus ad profectum suæ sanctæ Ecclesiæ bona valetudine beatitudinem tuam conservare dignetur , desiderande Pater .

EPISTOLA XII

Ad amicum quemdam Episcopum.

Sanctissimo Pontifici & dulcissimo fratri . Suavissimas dilectionis vestræ accepi litteras , & latus de agnitione prosperitatis & reversionis vestræ legebam eas , nec majorem ardorem habet animus vester quam meus conloquii nostri . Ideò rogemus Dei clementiam , ut concedat nobis in sua misericordia & in nostra prosperitate videre nos citò facie ad faciem . Gratia Domini nostri Jesu-Christi te in omni bonitate proficere faciat , fili carissime .

EPISTOLA XIII

Prælatum infirmus hortatur ad perseverantiam prædicationis , & ad scribendum.

Carissimo in Christo Patri ille infirmus in desiderio totius caritatis salutem . Fidei vestræ &

**ALCUINI
EPISTOLE.**

firmæ caritatis litteræ me invenerunt, sed , Deo do-
nante , melius habentem. Et te summa Dei gratia
melius ac melius habere concedat, & opus Dei quod
in manibus habes, crescere faciat per multam latitudi-
nem populi. Et ne tepescat animus tuus , nec crebra
te exterreat corporis tui infirmitas. nam virtus in
infirmitate perficitur. Felix locus & ora , in qua te
constituit summus terrarum Rektor ! sed curre cur-
rendo , ut cursum tuum compleat Deus , & fidem
conserves , & de reliquo tibi remaneat corona glo-
riæ. Nos verò peccatorum vincula partim sœculi ca-
tenis , partim vinculis morborum currere abnegant :
& quod in voluntate promptum est , in carne in-
firmatur. Sed fiat voluntas Domini : & qui cœpit in
spiritu , compleat in opere. Quis ego , nisi pulvis
parvissima ? tamen qui de puluere evexit Dominus,
potest de creatura facere quæ vult : quia omnia quæ
vult facit in cælo , qui laboriosas piscatoris manus
ab hamo ad celestis regni transtulit clavem , & de
persecutore sanctorum effecit Prædicatorem popu-
lorum. Hoc verò considerans , nec de fraterna des-
peres salute , nec de propria dubites efficacia. Pauci
sunt dies laboris , sed plurimi mercedis. Labora , la-
bora pro me & pro te , ut tuus labor mihi proficiat,
mea voluntas si quid potest te adjuvet. Trahe me
post te precibus tuæ sanctitatis : curremus simul ,
donec introducat nos Rex in cellam vinariam , or-
dinans in nobis suæ caritatis suavitatem. Et quia
vox vestræ dilectionis ad nos pervenire non potest,
sæpius charta , quam relationis vocant , currat. Fra-
ter qui adjuvatur à fratre , quasi civitas firma est.
Quam pulcri sunt pedes evangelizantium pacem ,
evangelizantium bona ! Ille qui cœpit caritatis bo-
num , ipse perficiat in nobis , & ad fidei mercedem
perducat. Dominus custodiat introitum tuum & exi-
tum tuum ex hoc nunc & usque in æternum. Vi-

vas feliciter, & floreas in opere verbo Dei. Vale ALCUINI
PISTOLA.
Frater in æternum, memento semper orare pro no-
bis, & memor sit semper Deus adjuvare te.

E P I S O L A X I V

*Alcuinus morti proximus amicum Episcopum,
ad limina sancti Martini invitat, &
ad contemtum terrenorum.*

Optimo^a Præfuli evangelicoque Doctori. Oc-
currat chartula caritatis calamo conscripta ves-
træ reverentiæ, frater desiderantissime, tuis fusur-
rans auribus, ut venias, si fieri possit, ad limina beati
Patris nostri protectorisque vestri, ut tuus tecum
familiari conlatione sodalis agere extrema saluta-
tionis verba valeat: quia festinat hora divisionis
inter fratres, separationis inter amicos, eunti ho-
mini in domum æternitatis suæ, & circumventibus
circa eum in platea plangentibus: tunc vera proba-
bitur amicitia, dum falsa cessabit adulatio. Multi
promittunt societatem, sed pauci custodiunt. nec
mirum, quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed
quid ad hæc? Jungat se homo Deo, & habebit cuncta
quæ necessaria sunt. *Querite primum regnum Dei
& justitiam ejus, & omnia adjicientur vobis.* Dolores
& tribulationes hujus vitæ quotidie admonent Deo
jungi, terrena fugere, cælestia amare: sed heu prô
dolor! his optamus miseriis diu interesse, & minus
perpetuam quærimus requiem: nostris inhiamus
cupiditatibus, minus Dei præceptis inhæremus, qui
paterna pietate nos castigat, ut animo hæc tempo-
ralia fugiamus, & ad æterna festinemus, ubi vera est

a

a Fortasse Liudgero Mimigardefordensi Episcopo, qui
Alcuini discipulus fuerat.

**ALCUINI
PISTOLA.** beatitudo. Ut ad hanc pervenire merear Deo misericordante , tua me sanctitas orationum suffragiis adjuvet. Periculum meum novi , peccata mea agnoscere. ideo supplex servorum Christi deposito intercessiones , ut mei misereantur. Spes & consolatio mea omnium Redemptor Deus Christus , cui laus & gratiarum actio pro omnibus bonis , quae mihi gratuita pietate concessit in hoc saeculo.

Vive Deo felix. mundo nam vivere mors est.

Vera quidem homini est vivere vita Deo.

E P I S T O L A X V

Ad eumdem, ut videtur, & ejusdem argumenti.

Dominino merito amabili pio Praesuli & pacifico. Perpetua caritas occasionem semper inventeret salutationis ad amicum , ut gaudeat in lectione litteratum. Animus fidelis , cui non est datum letari in presentia oculorum : sed melior est fidelis animi aspectus in caritate omni intuitu pupillarum. Ideo animo spiritualiter Deus inspiciendus est , non oculis carnalibus , quos communes habemus cum vermiculis : cuius visio omnis est beatitudo , quae sanctis promittitur in sempiterna gloria , à quâ tolluntur impii ne videant gloriam Dei. Ad hanc perpetuae beatitudinis visionem nos invicem exhortemur , quia frater à fratre adjuvatus , civitas est firma. Quoddam mihi dispendium esse in absentia faciei vestræ video , multum cupiens amabilem caritatis loqueland , quam inter nos fideliter habere consuevimus. Si aliquando desiderium hoc mihi amabile Deo miserante evenire valeat , ad invicem contemplari , antequam rumpatur vitta aurea , & conteratur rota super fontem , & eat homo exterior in domum æternitatis suæ , plangentibus circa eum amicis ; & spiritus

spiritus revertatur ad judicium illius qui dedit eum. Hujus verò judicij terrore totus contremisco, sacerdosque negotii deposito onere, Deo soli servire, licet pigro corde, & in posito gradu eligam, ne me minus paratum dies illa per omnia inveniat. sed Deo miserante, vitaque comite, vulnera quæ hujus saeculi miseria mihi infelicitate inflixerat, secundum consilia vestrae sanctitatis mederi adgrediar: hisque transactis inter nos consiliis (quod sine lacrymis non dico) ultimum vale fiat inter me & te, & ego perpetualiter tuis sanctissimis corroboratus consiliis atque orationibus, spectans spectabo, quando revertatur Dominus meus à nuptiis pulsare januam, an custodem domus vigilantem inveniat, hujusque timendæ horæ momento peracto, utinam tuam beatitudinem propter necessarias pro peccatis meis intercessiones superstitem relinquam. quia fides in extremis probatur, quæ pæne rara invenitur in hominibus. Omnes enim valde ea indigent: sed pauci habere videntur. Te verò divina clementia, Pater desiderantissime, multo tempore in servitio sanctæ Ecclesiæ & multarum profectu animatum proficere faciat: ut cum multiplici laboris tui fructu ad æternam laudabiliter pervenire merearis beatitudinem. Iterum atque iterum dico, & cum lacrymis dico, mei memorem omnipotens Deus te custodiat, & in omni bonitate florere concedat, dulcissime & omnium dilectissime Präful.



EPISTOLA XVI

Transalpini Episcopi litteras caritate plenas laudat, & ad conciliandam Ecclesiae pacem eum hortatur.

Venerando Patri, evangelicæ lectionis Doctori. Venerunt mihi vestræ dilectionis apices melle dulciores, auro obrizo gratiore, munusculis sigillatæ suavissimis: in quibus perpetuum sanctæ caritatis vigorem in cordis vestri arcano agnovi, quam nec Alpina frigora, nec Italici aestus subvertere potuerunt, sed inter omnes hujus sæculi diversitates & caliginosas tempestates, quasi matutinus lucifer, semper nova exoritur. de qua ipsa Veritas ait: *Mandatum novum do vobis.* Novum quia evangelicum: vetus, quia legale: in quo tota Lex pendet & Prophetæ: in quo totius gratiæ summa consistit. Novum, quia foras mittit timorem. quia quod grave fuit per timorem, leve erit per amorem, restante caritatis Fonte: *Jugum meum suave est, & onus meum leve est.* Ex hujus favo totius chartulæ tuæ resplenduit series. Credas velim, Pater dulcissime, quod non tanta suavitate fratrum vel sororum litterulas legere potui ultramarinas, quanta tuæ dilectionis transalpinas: nec tale post eos tedium fatigat cor meum, quale post tuæ faciei visionem amabilem. Sed patienter ferendum est quidquid jubet Sapientia divina, quæ omnia disponit suaviter, & in cordibus famulorum diffundit suorum, per sancti Spiritus gratiam, dulcissimæ caritatis dona, quæ inter adversa fortis, & inter prospera humilis esse congaudet: in utrisque in eo potens, qui omnia potest: secura de se, sollicita de suis. de qua plurima aux reverentiaz scribere supervacuum duxi, quia te totum in ea esse

multis probamentis agnosco: in qua viriliter vincere adversarios habes, & fortiter pugnare contra inimicos Ecclesiæ Christi, ut corona laudis in die Domini nostri Iesu-Christi te tuosque consequatur. Quædam apologetica verba tuis inserta legebam litteris, æstimans me irasci pro quodam fratre, quod omnino non feci, dum verissime eum meum esse putabam, si tuus esse voluisset, cavens illud Senecæ sapientis: Elogium meum & tuum mundus destruxit, quia quod Deus conjunxit, homo non separet, nec locis dividatur quod mentibus conjungitur. Ubi una est caritas, ibi diversa non est voluntas. Quapropter obnixiūs deprecor familiarem vestræ dilectionis caritatem, ut mihi, licet indigno, assiduis sanctitatis vestræ precibus apud clementissimum Salvatorem perpetuæ sanitatis medicinam deposcere studeas, & quoscumque Deo Christo fideles invenies famulos, tuæque reverentiae sacræ dilectionis vinculo conjunctos, me commendare curam habeas, ut nostræ parvitatis nomen in cordibus conscribas deprecor: quatenus ex plurimorum precibus sanctorum plurima mihi solvantur vincula peccatorum. Tu vero, sanctissime Pater, pacificæ ramum olivæ ore ferens in arcam Domini, alienas iniquorum dissensiones tuas fac esse mercedes, revocans eos ad sanctæ pacis concordiam, ut populus electori, & grex pastori, & filii proprio obedienti patri, & pater filiis prosit in pace & mansuetudine: ut in omnibus una sit caritatis concordia, ne qua radix ultra amaritudinis ramos venenatae dissensionis pullulare possit inter sanctissimas ecclesiasticas tuæ dignitatis personas. Sit in ore tuo tuba veritatis, ut pax & veritas ex tuis semper audiantur labiis; & quod Psalmista cecinit, non solum in te impleatur, sed etiam per te in multos proficiat, ubi ait: *Misericordia & veritas obvia erunt sibi, pax*

T ij

ALCUINI
EPISTOLA.

& iustitia complexa sunt se. Hoc est opus tuum in præsenti luce, hoc est merces tua in æterna gloria. Ait enim quidam Poëta de opere carminis Evangelici :

*Hoc opus hoc etenim forsan me subtrahit igni,
Tunc cum flammivoma judex descendet ab arce,
Dicam & ego :*

*Hoc opus hoc etenim non solum subtrahit igni,
Te jam, sed faciat cali concendere in arcem.*

Lege feliciter, & humiliter agnosce, & veraciter perfice quæ caritas scripsit, & Christus demandavit ut fiant.

E P I S T O L A XVII

Episcopi adventu se frustratum dolet, & ad spiritualia mentem convertit.

DUlcissimæ dilectionis Patri transmarinus Cygnus, in sanctæ caritatis pennis perpetuam salutem. Exspectavi, speravi quem optabam : & ecce quem exspectavi, non venit ; & quem speravi, non consideravi ; quem optabam, non accipiebam : frustrata est exspectatio, evacuata est spes. Et utinam pro spe esset præsentia ! nunc esset plenum gaudium. Sed pro dolor ! pro exspectata lætitia, tristitia inopinata subrepigit. Infelicitas mea viam vobis obstruxit veniendi, & mihi hilaritatem abstulit gaudendi. Quid facies modò mens caritate vulnerata ? estne aliquod solatium, qui tantum vulnus vel aliquod refocillare valeat ? an spem quasi falsum omnino à te repellis consolatorem ? an inter tenebras tuæ miseræ quasi scintillam cuiusdam ardoris flammæ iterum tibi illam assümis ? Ecce flammâ totum inardescit peccatum : cui si spes accesserit, feliciter ardet, si veraciter illi evenerit quod optat. Bona est enim spes in absen-

tia : sed melius est amor in præsentia. Nam spes noſtra ad æleſtis nos trahit patriæ ſoliditatem ; ſed tunc erit perfecta felicitas , cùm plena erit iuſſio amoris , & videbitur Deus in gloria ſua , qui amatur nunc in pectore noſtro. Sed hujus exſiliī peregrinatio pa- tienter feratur , donec optata beatissimæ patriæ ve- niat præſentia. Patientia nobis neceſſaria eſt , ſive in exſpectatione ſperata beatitudinis , ſive in abſentia amicorum cariſſimorum. Habeam ſemper hodie in caritate , in ſpe verò craſtinum deſiderium , ut veniat quod hodie amatur. Ecce mens variis fluctuat cogi- tationibus , te consiliatorem quaſi portum firmæ ſtabilitatis ſperans venire : ſed , ut video , longius à quiete optata fluctibus rapitur , ad quem portum perveniet ignorans. Afſiduis tamen ſanctitatis veſtræ precibus dubitantem in cogitationum diſcepta- tionibus amicum , ad firmum divina concedente gra- tia ſalutis conſilium deducere dignemini. Præſto eſt ubique pius ſanctarum exauditor orationum , qui & fraternæ dilectionis preces exaudire , & in ſe ſpe- rantes Spiritu conſolationis ſancto adjuvare ſolet. Ad illius dulciſſimam clementiam erigamus ſpem noſtrām , ſimulque de ejus opitulatione indubitantes , qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Illum tota cordis intentione , tota animi affectione inceſanter deprecemur , ut inluminet no- biſ oculos interiores , ne umquam in morte ignorantia obdormiamus.



Ecclesia in sollicitudine , sacerdotes in querelis : omnia turbata sunt. Tamen ille credo miserebitur , cuius misericordia speciosa est in tempore tribulationis : cuius te laudi & honori semper insistere multum gavisi sumus. Reficit enim spiritum nostrum quoniam fidelis de religiosa vita nostra memoria , sive domo , sive in itinere. Ideo non est mihi admonere facientem , nec plena implere : sed congaudere gaudentibus , & in tuis profectibus Deum laudare. Dum poteris , operare opera Dei ; & dum lucem habes , curre , donec pervenias ad bravium æternæ beatitudinis. Ego vero vernaculus sanctæ Dei Ecclesiæ vobiscum stare habeo : & QUOD SACERDOTUM UNANIMITAS CREDIT & prædicat , in hoc ego labore , & cum meis loquor , & pro filiis sanctæ Dei. Ecclesiæ aperiam os meum , si ille implebit illud qui ait : *Aperi os tuum , & implebo illud.* Desiderans docere viam Domini , & confirmare titubantes , & exhortari stantes , & erigere jacentes per eum , & in eo , qui erigit allisos , & solvit competitos Dominus Jesus - Christus , pro quo mihi , & per quem mihi sermo est , ut eum verum Deum & verum filium Dei omnibus volentibus vel nolentibus audire testemur. Noli tacere ; sed clames , & non cessa. Exalta sicut tuba vocem tuam , & ostende omnibus viam salutis æternæ , & dic : Currite , hæc est via regia , hæc est strata publica quæ ducit ad palatium Dei Christi , in quo est pax , laus & gloria : ad quæcum pervenientes memores estote mei.

^a His verbis Felicianam hæresim notat. unde suspicari liceat , hanc epistolam Paulino Aquileiensi Patriarchæ directam fuisse : cui quam amicus fuerit Alcuinus , testes sunt multæ ejus epistolæ , in primis epistola 113. Attamen eum Patrem semper , non Filium , ut hic , appellare solet Alcuinus. Alii judicent.

EPISTOLA XIX

*Episcopum , suum olim discipulum , laudat ob
defensionem Sedis apostolica , & ejus libellum
contra hæresim Felicianam.*

Dominino beatissimo , & merito perpetuæ caritatis alis amplectendo , humilis Levita in Dominio salutem . Dulcissima litterarum vestrarum lectione & suavissima prosperitatis vestræ legatione lætificatus , quasi inter febrium ardores refrigerium quoddam mihi advenisset , & canicularibus decoctis flammis tore salutationis vestræ refocillatus , totus in spe roboratus , assurgebam audiens quod semper optavi , legens in litteris quod semper desideravi , apostolicæ auctoritatis salutem , & constantiam religionis sanctæ in eo , quem Confessorem à Christi nominare & venerari omnibus Christi electis æquum arbitror , cuius præsentiam super omnes alias hujus vitæ viros desiderarem , si mei corpusculi valetudo me sineret proficere . Tu verò , fili carissime , fili votorum meorum , labora pro capitib⁹ tui salute , pro summi Pastoris incolumentate , pro sanctæ Sedis auctoritate , pro catholicæ Fidei integritate , ne fraudulentis morsibus pastorum Pastor pateat . Ego verò optimæ vestræ pietatis devotionem lacrymis prosequor , orationibus assequor , litterarum suffragiis consequor . Cautus esto cui commendes consilia tua , providus in responsis , verax in judiciis , sollicitus discernere quid cui conveniat : & noli oblivisci patrem senio , filium meritis , fratrem caritate . Veniet , veniet enim dies dum ei placuerit qui omnes dispo-

a Hic locus de Leone tertio Papa indubiè explicandus est.

suit dies , quando licebit optatos amplexus patri & filio conjungere , & mutuis se ipsos exhortari consolationibus. Propè enim estis vos terminis paganorum. Sit salus vestra , protectio , & misericordia Deus Dominus noster , qui ait : *Sine me nihil potestis facere.* Commotio magna est in mundo & in mentibus multorum infidelitas , & in nomine Monachorum negligentia. Volunt dici , & non fieri , dicente Scriptura : *Vult piger, & non vult.* id est vult beatus esse , & non vult laborare unde beatus fiat. Non es t̄ claudicandum in Dei servitio , sed via regia gradiendnm , ut ad optatum aliquando litus divina auxiliante grātia pervenire possit. Populo quoque , ut s̄pius deprecatus sum , prædicta instanter verbum Dei , ne nullius anima in tuo pendeat iudicio , vel à te queratur. Ostende illis viam salutis ; hos secreta conlatione , illos publica prædicatione confirmans. Unicuique secundum suæ conditionis vel personæ modum hortamenta ingere , potestatis & judicibus justitiam & misericordiam , junioribus obedientiam , humilitatem & fidem in seniores , omnibus æquitatem , caritatem Dei & proximi , castitatem corporis , benignitatem & pietatem in elemosynis : quatenus cum multipli laboris tui fructu ad æternæ beatitudinis sedem pervenire merearis Deo miserante , qui ait : *Luceat lux vestra coram hominibus , ut videant opera vestra bona , & glorificent Patrem vestrum qui in celis est.* Mei quoque ut habeatis memoriam secundum spem meam & fidem vestram deprecor cum sanctis fratribus vestris , assidua intercessione : ut propè cursu nostri agonis completo , veniam peccatorum meorum & aliquam portionem beatitudinis inter cives cœlestis habitationis accipere merear. Divina vos gratia comittetur ubique , domine Pater & dilectissime amice , & si tibi causa eveniat videndi amicum nostrum ,

a

saluta eum mille millies. Libellum ^a verò catholicæ Fidei perlegebam , & satis mihi placuit in eloquentia sua, & in floribus dictionum , & in fidei ratione, & in testimoniorum auctoritate : ita ut nihil his addi de quæstionibus nuper habitis inter nos & partes Felicianas opus esse arbitrabar : & felix est Ecclesia populusque Christianus , quamdiu unum talem habebit defensorem Fidei catholice. Quod rogasti litterarum nostrarum serie sèpius tuam appellati sanctitatem , testis est Deus cordis mei , quantum hoc desidero ut sèpius fiat secundum oportunitatem temporis & portitoris , optans ut habeas me præsentem in litteris meis , ut nihil nobis desit in caritatis communione præter oculorum præsentiam. Sed his multo major est & melior perpetua sanctæ caritatis præsentia in Christo Jesu Domino nostro.

E P I S T O L A X X

*Episcopo de litteris transmissis gratias agit ,
eumque ad officium exsequendum hortatur ,
amorem muneribus preferens.*

Dominio merito in membris Christi amantissimo Patri , humilis Matricularius sempiternam salutem. Currenti legatione litteræ beatitudinis tuæ venerunt ad me , suavissimæ salutationis afferentes verba quibus læto perfectis animo , nota agnovi , desiderata consideravi , lætus legebam in omnibus vestri animi sanctissimam de nobis devotionem vi-

a Alcuinus in epistola 7 ad Carolum M. tribus Doctori bus curam refutandæ hæresis Felicianæ demandari cupit , neimpe Paulino Patriarchæ Aquileiensi , Richbono seu Richbodoni Trevirensi Episcopo , & Theudulfo Aurelianensi . Hunc locum de Richbodone interpretor. Paulinum filium haud scio an dicturus fuisset.

gilare. Tua verò sanctitas vigilet super gregem Christi , ne lupinis morsibus aliquid desit gratiæ Christi , tuis subiectis ammonitionibus ad te res- piciens : quia perditio cujuslibet animæ pastoris est detrimentum. Ille felix est , qui castigatione Dei catenatus est , & ab hujus sæculi turbatis liberatus procellis : nec umquam tantum divitiis sæculi cir- cumfusus lætabar , quantum consideratione quieta vita meæ gavisus sum. Opto Deo miserante , ut per tuam efficiatur dilectionem , quod per meam segni- tiem fieri non poterit , id est ut amplexibus & allo- quiis caritatis vestræ liceat mihi aliquam horam perfri. Non est Episcopus , cuius magis velim præ- sentiam uti secundum Dei miserationem , quam ves- tram. quod ut fiat , ille efficiat qui ait : *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo , ibi sum in medio eorum.* Periculum est fragili animo in hujus sæculi permanere tempestate. Martha ministrabat Christo , sed tamen circa plurima occupata Domino dicente legitur esse : Maria verò optimam partem elegit , quæ non auferetur ab ea in æternum. Mirabar in quadam chartula dilectionis vestræ quoddam ver- bum , quod ibi legebam in ea , ubi post competentes & animo meo desiderabiles sensus , dixisti , quod pro- pter occupationes nil mihi transmittere potuisses munusculi . quasi in auro vel argento caritas nostra consistat , dum tanta est , ut vere fateor , in animo meo , vel etiam (ut credo) in tuo , ut in compa- ratione ejus caritatis omnis divitiarum species vi- lescat. Illa est vera , de qua modò scripsisti , te pe- ricula fluminum non subire , de quibus dicitur : *Flu- mina multa non obruent caritatem.* Hæc vigeat in cor- dibus nostris , non vanæ auri vel argenti species , quæ non profundit possidentibus , sed magis obsistunt , nisi eis qui illa uti ad salutem animæ suæ in largi- tionibus pauperum didicerint , & opere perfecerint.

**A L C U N I
E P I S T O L A .**

Omnipotens Deus sanctitatem tuam ad multorum perfectionem salute perpetua , benedictione felici, in columem protegere & custodire dignetur, domine, Pater dilectissime & desiderantissime , atque honore in Domino dignissime.

E P I S T O L A X X I

*Archiepiscopum à turba occupationum revocat,
& ad Dei laudem & sui memoriam
hortatur.*

Venerando Patri & veræ caritatis alis amplexendo , colendo & desiderando Archiepiscopo , humilis Matricularius in Christo salutem. Scio integrum in pectore pietatis vestræ dilectionem non solum apud me , sed apud omnes amicos firmiter permanere , quæ probabitur in adversis , laudabitur in prosperis. In cuius pennis sanitas , in cuius gressibus scala , quam somniavit Jacob Patriarcha , ascensio ad eum qui ait : *In hoc cognoscet omnes quia mei discipuli estis , si dilectionem habueritis ad invicem.* Ecce signum discipulatus Christi , & ecce cœlestis regni janua , & ecce vitæ nostræ fundamentum , & culmen. Sed vix ibi creditur firma esse , ubi indicio quolibet non appareat , sive in solatio pauperum , sive in exhortatione ad fratres qui proximi sunt , sive in scribendo ad longinquos corpore , proximos siquidem spiritu. Doleo te fratrem ex intimo cordis mætore , propter negotia secularia , quæ impediunt quadam nubium concretione caritatis radios , qui ex pectoris vestri flamma multos irradiare potuissent , si non caligine terrenarum occupationum obscurarentur. Tamen vigilet in corde & foras temporibus oportunis fulgorem emittat , ut luceat omnibus qui in domo sunt , qui non sunt

cæci ad videndum , vel surdi ad audiendum. Quid est tui officium nominis? nisi apertum habere os ad omnes in veritatis testificatione, per eum qui ait: *Aperi os tuum , & ego implebo illud.* Noli negligere gratiam , quæ data est tibi , sed ut magis & magis proficias intende. Multæ sunt tribulationes iustorum ; quia inter multos vocatos pauci eliguntur : & quo rariores inveniuntur , eo instantius verbum Dei eos prædicare necesse est. Pæne omnes querunt quæ sua sunt , & pauci quæ Christi esse videntur. Pastores curæ turbant sacerdotes , qui Deo vacare debuerunt. Vagari per terras , & milites Christi sæculo militare coguntur , & gladium verbi Dei inter oris claustra qualibet cogente necessitate recondunt : quem heu pro dolor ! perpauci possident , quamvis plurimi se promittant eum habere : sed in die certaminis mercenarios se ostendunt , non milites. His consideratis diligentius , dilectissime Pater , te ipsum considera , circumspice & intende , quis sis , vel quo vadis , vel quid dicas in judicio , in præsentia illius qui te speculatorum posuit populi sui. Me vero scito sacerdotalibus propemodum exterius negotiis liberatum , sed male interius multis fatigatum occupationibus atque inanissimis cogitationum turbis , quæ me prohibent puro corde clamare : Jesu fili David , miserere mei : quæ tuis sanctissimis orationibus , frater dilectissime , ut abigantur aliquantulum supplici deprecor obsecratione. Adjuva laborantem , erige jacentem , porrige manum pietatis fratri pæne in salo procellosæ cogitationis submerso. Nec æstimer hæc fructuaria precari : sed teste Deo dicam , quod satis indigeo de hujus tentationis molestia tuæ sanctitatis precibus sublevari. Corpus coarctare ut cumque valeo , sed non cordis vagabundos gressus constringere : quia cælestia tantum desiderare debuissem. Terreni pulveris caligine pæne oculos cordis

ALCHINI
BRISTOLAE.

excæcatos habeo , nisi ille gratuito pietatis suæ munere illud illuminet , ad quem mihi sæpius cum Propheta clamandum est : *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine , Deus meus illumina tenebras meas.* Item , *Illumina oculos meos , ne umquam obdormiam in morte.* Ex parte video , ubi est requies mea , ubi sitis meæ saturitas. Ubi ? nisi in eo ad quem Propheta clamavit : *Sitivit anima mea ad Deum vivum . quando veniam & apparebo ante faciem Dei ;* Et ad seipsum conversus in alio dicens loco , quasi hujus petitionis responsonem invenislet: *Hec requies mea in saculum faculi , hic habitabo quoniam prælegi eam.* In hanc se exhortans alio versu inquit : *Convertere anima mea in quietum tuam , quia Dominus beneficit tibi , pro quo benedicto munere ad laudandum seipsum excitat : Lauda anima mea Dominum.* Et quasi ipsa respondisset , subjungens : *Laudabo Dominum in vita mea , psallam Deo meo quamdiu ero.* Quia semper ero , Dominum meum laudabo dicens : *Laudent eum cali & terra , mare & omnia que in eis sunt.* Hos versus sic junctim posui , quia nihil mihi dulcius videtur cantandum in orationis compunctione , quam hos ita compositos : deprecans ut meæ devotionis ammonitione eos sæpius cum magno animi gaudio decantare in consuetudine habeas pro æternæ beatitudinis memoria , meique nominis quantulacumque recordatione in hac & in omni salutiferæ petitionis prece. Divina te exaudire gratia dignetur , domine Pater desiderantissime , & nostri cordis amori dulcissime.



E P I S T O L A . XXII

ALCUINI
EPISTOLA.

*Episcopum admonet officii, maxime
prædicationis.*

D Ulcedinem dilectionis brevitas chartæ non explicat: sed spero fides vestræ pietatis tenet quod meæ imperitiæ littera non sufficit proferre. Ut cumque enim memoria caritatis absentiaæ tristiam consolatur: & quem sibi præsentari per singula momenta oculus querit, hunc animus absentem semper amare non desistit. Heu quâm dura est hujus mortalitatis conditio! quæ variis eventibus toutes amicos disjungit, nec patitur semper videre amantem amatorem suum. ô quâm felix est æterna beatitudo, ubi semper videtur quod amatur, & numquam cernitur quod non amatur. Ad hanc nos festinare oportet, ut illam intrare mereamur. Nullus nos labor deterreat, nulla delectatio retardet: sed tanto avidius totis viribus tendamus ad illam, quanto beatius illam habere poterit qui intrat. Me tecum, dilectissime frater, obsecro continuis precibus attrahe. Tu verò aries, cui juxta Salomonem nullus resistere valet: ego morbida inter gregem evangeliæ pascuæ ovicula. Tua lingua clavis est regni cælorum. quapropter numquam à bonis sileat, nunquam ab ammonitionibus cefset, Superbos & contumaces duris increpationibus castiget, humiles & quietos piis exhortationibus refoveat: talentum quod acceperisti, quasi devotus negotiator superaugmentare contendere. Non tardat Dominus qui dedit revenire, & rationem exigere pecuniæ suæ. Vide & intentius considera, quantas animas in periculo animæ tuæ regendas acceperisti. Fac tibi lucrum ex illis, non damnum. Ad exemplum Domini Dei tui

recurre , quomodo per civitates , castella , vicos etiam & domos singulas prædicando cucurrisset , immo convivia publicanorum & peccatorum non abhorruit , quatenus ex familiaritatis communione prædicationis occasionem haberet . Ita tu ejus roboratus exemplis , ubicumque ad convivia venias , ibi prædicationis officia agere non cesses , ut pro carnalibus quæ ministrant tibi tuisque sociis , spiritualia sibi suisque conmanipularibus accipient : memor quanta seipsum districione pius præparator Paulus obligavit dicens : *Ve mihi si non evangelizavero.* & iterum quām terribilia comminatus est Dominus ipsi Ezechieli Prophetæ , dum prædicationis ei officia ingessit : *Fili hominis speculatorum posui te domini Israël.* & post pauca : *Si enim non adnuntiaveris iniquo iniquitatum suam , & ille morietur in peccatis suis , & sanguinem ejus de manu tua requiram.* & iterum per Isaïam Prophetam de tacentibus dicitur præparatoribus : *Canes muti non valentes latrare.* Qui sunt canes muti , nisi Pastores tacentes contra diabolicas infidias per prædicationem latrare non valentes ? Idcirco , dilectissime frater , te diligenter obsecro , ut omnes ad tuam pertinentes diœcesis verba vitæ audire facias , vel per te ipsum , vel per tuos adjutores Presbyteros , ut subjectorum tibi salus , tua sit gloria apud Deum . Si quis vero (quod absit) postea ... sanguis ejus sit super caput suum : tu vero immunis à perditione illius inveniaris , qui prædicasti ei , licet non obedisset tibi . Raro enim aperto marte apud Christianos pugnat antiquus hostis : sed sub prætextu pietatis venena mortifera suggestionis occultat . Idcirco quasi pio pastori & prudenti medico convenit tibi commissum præcavere gregem , uti eum in conspectu æterni Judicis immaculatum adducere merearis , & vocem desiderabilem audire dignus efficiaris : *Euge serve bone & fidelis , intra in gaudium Domini tui.*

EPISTOLA

EPISTOLA XXIII

ALCUINI
EPISTOLÆ.*Episcopum hortatur ad subditos erudiendos.*

DEsiderando meritoque amando illi sanctissimo Patri humilis terrigena in Domino salutem. Multa mihi dulcedo fuit ex visitatione venerandæ dilectionis vestræ. Licet laborem haberes, tamen ego pietatis tuæ consolatione reficiebar, ita ut juxta beati BENEDICTI responsionem, Pascha me in tuæ dilectionis adventu habere viderer. Sed brevi præsentia diu optata tempus plangebam, & quantum lætus fui in aspeetu faciei vestræ, tantum tristis in abscessu torquebar. Sed quid ad hæc? tale est hujus sæculi gaudium, nos ad futuram lætitiam tendere admonens, quæ numquam finem habitura est. sed semel hausta dulcedo semper præsens esse non desinit, ad quam tota mentis alacritate festinandum. Qualis est illa lætitia, quæ nihil perturbationis habebit, numquam finem habebit? Hæc est in spe modò habenda. Quàm felix est illa dilectio inter fratres, quæ sine fine vivit, sine fastidio augetur! Hortare, Pater sancte, filios nostros communes huic se dignos præparare caritati: suade paternis eos obedire præceptis, verè fratres esse in Domino, & filios æterni Patris, coheredes Christi Dei. Non solum pastorali sollicitudine vobis hæc suadenda sunt, sed omnibus gregis tibi commissi ovibus ingerenda sunt in sancta caritate & castitate permanere. Mundus in maligno positus est, & multi de veritatis via & fidei præceptis se avertunt, sæculo amplius servientes quam Deo: non considerantes oculum divinæ majestatis super eos ubique vigilare, qui unicuique redditurus est secundum opera sua. Quocirca, carissime verbi Dei Prædicator, insta importunè, opportunè, quia plurimi sanæ resistunt

Vet. Analect. Tom. IV.

V

**A L C U N I
E P I S T O L A.**

doctrinæ , se amantes , non sempiterna quærentes : ex quibus quantos valeas, divina opitulante gratia de flammis erue perpetuæ perditionis , & congrega in caulas Christi ovium : quatenus ex illorum salute tua multiplicetur gloria in die Domini nostri Jesu-Christi. Paternitatem vestram pietas divina regere & perficere faciat in domo Dei usque in diem perfectum , dilectissime Pater.

E P I S T O L A XXIV

Archiepiscopo Fidei catholica & Principis curam commendat , ac S. Rodberti fratres salutat.

Sanctissimo Patri , Archipontificatus honore ^a susblimato , humilis Orator , aeternæ pacis & prosperitatis salutem. Veniente dilectissimo fratre orationis gratiâ , suavissima vestræ salutationis proferens nobis verba , & optatae prosperitatis vigorem annuntians , valde , ut fateor , latati sumus in ejus adventu : & ut vestra demandavit dilectio , privata mente suscepimus eum dulcissimè , cuius familiaritatis alloquio usi sumus. Est enim , ut agnovi in eo , vir valde fidelis , & in sancta devotionis religione. Vestris quoque syllabis quæ attulit perspectis , invenimus eas caritatis pennâ perscriptas , cuius etiam caritatis melliflua dulcedine refecti sumus semper à vobis & in vobis , quæ nos duabus dilectionis alis ad cælum usque Deo miserante portare poterit. Et hæc est optima pars , quam elegit beata Maria ad pedes sedens Salvatoris , intenta verbum salutis audire ab eo. Proinde maneamus jugiter in caritate perfecta , cuius una pars ad Deum tendit in fide &

a Arnonem intelligendum puto , sub quo Episcopatus Saltzburgensis in Archiepiscopatum electus est. Conjecturam capio ex sancto Roberto Confessore , de quo infra.

vitæ honestate , altera verò proximos amplectitur in patientia & benignitate. Per hoc verò quadrivium vestra , frater carissime , intentio pacificè perget , donec videatur Deus deorum in Sion summæ beatitudinis. In his morare præceptis , aliosque erudire studias , ut Fidem discant Catholicam , eamque sobria operum conversatione ostendant , patientesque atque benefici esse contendant. Vestræ verò devotionis sanctitas prædicabat nostro olim amico verbum vitæ saepius , ut sit justus in judiciis , & misericors in pauperes , quia scriptum legimus : *Misericordia & veritas custodiunt principem^a* , & exaltant ambulantes in eis. Recordetur semper quem velit habere in periculis defensorem , eumque diligit & opere ; quantum valeat , illius impleat præcepta , nec se inconsultè tradat periculis , quomodo quidam sui antecessores fecerunt , & ideo improba morte perierunt. Sit illi Christus in corde , & præcepta ejus in ore & opere , ut vivat feliciter in hoc sæculo , & in futuro beatam obtineat gloriam. Vestros verò discipulos & capellanos meo precor officio saluta , admonens eos honestè vivere coram hominibus , ut vestra ex eorum conversatione laudetur dignitas. fratres quoque sancti R H O D B E R T I^b Confessoris Christi hortare saepius , ut in sincera caritate , & devota religione , & sanctæ humilitatis obedientia Deo feliciter deserviant , resipientes in perpetua beatitudinis remunerationem. Militant enim in castris ecclesiæ militia , quatenus in cœlestibus cum eo sedibus sempiterna felicitate gaudent : meique ut memores sint non solum eos opto admoneas , sed omnes regionis vestræ famulos famulasque Dei , quorum & quarum multiplicet Deus nu-

^a De Geroldo , Bajoariorum post Tassilone in Ducem Pro. rege , hoc dictum puto.

^b S. Rudberti monachos Juvavenses intelligere videtur , ad quos Alcuini epistola lxxviii.

**ALCUINI
EPISTOLÆ.**

merum , & nomina jubeat prescribi in cælesti bibliotheca. Divina vos gratia prosequatur omnes , & ad gloriam perpetuæ beatitudinis pervenire vos faciat , domini dilectissimi.

E P I S T O L A X X V

Solatur Episcopum , à quo Regii ministri servitia exigebant.

Dominus desiderabiliter honorabili , & honorabili-
a ter desiderabili sancto Patri venerabili ^a Archiepiscopo , humilis Christicola in Deo Patre salutem . Acceptis vestrae caritatis muneribus omni auro amabilioribus , & apicibus omni favo dulcioribus , in quibus insertum erat de angustia mentis vestrae pro servitio sæculari adversus sanctitatis vestrae dignitatem : ita ut non liceat melioribus instare officiis , nec animatum gregis Christi lucris inservire . Vestra cogitet obsecro beatitudo , quis umquam sanctorum hoc sæculum sine tentatione transigeret ? Solus , ut ait beatus Hieronymus in quadam epistola , Salomon semper in deliciis : & ideo fortè peccavit . Exhortans nos ad patientiam beatus Apostolus ait : *Job audistis , & finem Domini vidistis*. Dominus in Evangelio inquit : *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Recurramus ad Christum tota intentione , assiduis precibus , qui est unicum de tribulatione refugium . Sic Psalmista præcipit : *Facta in Dominum curam tuam ; & ipse te enutriet*. Dicamus Deo cum Propheta : *Esto mihi in Deum protectorem & in locum munitum , ut salvum me facias*. Deus est in cuius manu cor Regis , & quocunque voluerit vertet illud : qui numquam

^a Ricolfo Moguntiensi , ni fallor , aut certè alteri cuiuspiam Archiepiscopo , qui Alcuini discipulus fuerat , ex fine hujus epistolæ .

deserit sperantes in se , qui ait vera promissione & fortissimo solatio : *Omnis enim qui petit accipit, & qui querit invenit, & pulsanti aperietur* , & cetera quæ in eodem loco profunde satis de spe accipiendæ petitionis effectus disputat , & exemplis confirmat. Ab initio mundi, vel etiam nascentis Ecclesiæ, semper Deo servientes tribulationibus fatigati sunt. Si legeris in divinis libris sæculi eventum , etiam hoc quod dico verum probabis, vel exterius famulos Dei aper-tam pati persecutionem , vel interius in pace Eccle-siæ clandestinis affici incommodis. Contra hæc omnia sola valet in Dei nomine patientia, ipso dicente Do-mino victore mundi hujus ad discipulos suos , vel magis ad eorum successores : *In mundo pressuram ha-bebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Memores esse debemus , quid ipsa Veritas tentatoribus respondit : *Reddite Casari quæ Casaris sunt, & Deo quæ Dei sunt.* Si apostolico exemplo vivamus ; & pauperem agamus vitam in terris , sic illi fecerunt. Sæculi servi-tium justè abdicamus , nunc verò sæculi Principes habent justam (ut videtur) causam, Ecclesiam Christi servitio suo opprimere. Dum beatus Paulus Aposto-lus dilectum filium suum de singulis ecclesiasticæ dig-nitatis officiis instituit, ait inter cetera : *Admone illos,* (quos nisi Christianos ?) *Principibus & potestatibus,* *subditos esse, dicto obedire : admone ad ornare opus bonum paratos esse.* & beatus Petrus consentanea, ut-pote eodem spiritu , scripsit dicens : *Dominis carna-libus obedite, non tanum bonis & modestis, sed etiam dyscolis.* Si etiam dyscolis, quanto magis sapientissi-mo Principi & religione sancta devotissimo debemus prompta voluntate obedire ? Nec hoc dico quod non magis optem te cum tuis discipulis Deo vitam in sancta religione quietam ducere atque optimam cum felicissima femina , quæ sedens ad pedes Domini au-dire verba cœlestia elegerat partem , quæ numquam

auferetur : sed vereor fortassis , si moveatur causa , nec vestram beatitudinem ad desiderata pervenire posse. Ideo , sicut superius dixi , sola videtur salubris causa , Deo totum precibus in angusto situ nostri desiderii commendare eventum , ut sua sancta clementia & pietate provideat nobis , quomodo pacificè ad nostram pervenire valeamus voluntatem . Si tamen nobis nostra quærenda est voluntas , eo quod ille , id est Dominus Iesus , de se ipso dixit : *Non veni facere voluntatem meam , sed eis qui miseris me.* Ideò decantare in Oratione dominica jubemur : *Fiat voluntas tua.* Nam voluntas Dei omne bonum est . quæ ut semper in nobis fiat , omni mentis intentione & omni operum bonorum exsecutione postulandum est.

Hæc interim sub festinatione propter occupationem diei festi dictavimus : utique missus beatitudinis vestrae ad nos die sanctissima dominicæ Cœnæ venerat , exigens à nobis litteras , ne vacuis reverteretur manibus . Pleniorem Deo miserante responsionem sperare habetis , sive de consolatione laboris vestri , aut etiam angustie mentis , necnon & de inquisitionibus , quas habuit ex persona carissimorum nobis vestrae caritatis discipulorum . Gloria & laus Deo , apud nos omnia prospera sunt , & apud filios nostros quos nosti , qui una mente vestram salutant beatitudinem , eamque multo valere tempore optant in Domino . Scito certissime , quod tui nominis memoriam dulcissimam habemus in orationibus apud sanctum Martinum : & si quando spiritus Domini in compunctione visitat cor , semper recurrere in mentem facit vestri nominis recordationem . Deus qui dives est in misericordia , misereatur perpetua pietate vobis Pater , frater , fili carissime in æternum .

E P I S T O L A X X V I

ALCHINI
EPISTOLE.*Ad quemdam amicum.*

Dilectissimo in Christo filio, humilis Phæbigena
 perpetua prosperitate salutem. Solet caritas
 olim germanitatem fidelis compaeta novis saepius litte-
 ris reformari, ut firma agnoscatur in fide, quæ est
 dulcis in consuetudine. Unde ego chartulam chartulæ
 conjungo, ut legatur in pagina, quæ est in cordis
 tabula conscripta, non atramento perituro, sed spi-
 ritu sempiterno, qui gemitus excitat inenarrabiles
 pro sospitate vestra in meo corde. Vestra vero dilec-
 tio, ut novi certissimè, nostri nominis non oblitisca-
 tur: quia crebra infirmitas cogit nos amicos admo-
 nere de sanctarum orationum suffragio, ut propitie-
 tur peccatis meis pietas divina, & renovetur vita
 mea in melius, sicut aquilæ juventus: nec me Judex
 meus & testis meus judicet secundum merita mea,
 sed secundum suam magnam misericordiam parcat
 confitenti sibi servulo se esse peccatorem; nec dere-
 linquit eum in diebus senectutis suæ, sed solatio
 sancti spiritus foveat eum, & misereatur illi. Hæc
 eadem verba vestra recordetur de se ipsa sanctissima
 mens & acutissima prudentia: in qua, dum tempus
 habes, labora opus Dei, ut in die magno Domini
 nostri mercedem laboris tui sortiaris cum Sanctis
 Dei sempiternam. Divina vos, vestrosque filios, ves-
 tramque familiam gratia sempiterna protectione
 custodiat, præveniat donis, augeat & meritis in
 æternum.

C A R O L I M. E P I S T O L A

De gratia septiformis spiritus.

- * Coloniensi
- * Rotomagensi.
- * Bergomensi.
- * Egitentensi
- * Tolosano.

KAROLUS divina misericordia Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, **HILTI BALDO***, **MAGINHARTO***, **AGINO***, **GERHO HO***, **HARTRICHO***, sanctis Episcopis. Gratias agimus sanctitati vestrae, quia ad familiariiter à nobis interrogata familiare nobis responsum dare voluistis: & quæ caritatis instinctu vestrae dilectioni fuere proposita, eadem dictante caritate, juxta quod vobis visum est, sunt nobis absque retractatione soluta. Sed ipsius quæ à vestra sanctitate nobis data eit, responsionis ordo videndus, & apud vestram dilectionem intimi in ea sensus medulla perquirenda, ut & qualitas nostræ interrogationis appareat, & modus vestrae responsionis patentius elucescat. Sancti etenim Patres, qui, ut veteris testamenti serie legitur, ab initio Deo placentes hanc ultimam, sed Christi adventu felicissimam sæculi atatem probitate morum & meritorum multiplicitate præcesserunt. Sancti Spiritus gratiam absque ulla ambiguitate & accepisse, & habuisse credendi sunt. Quis enim unquam placuit Deo carens sancti Spiritus dono?

Sed, ut vestrae responsionis textu continetur, eadem sancti Spiritus dona singula singulos sanctorum habuisse, & in Christo cuncta pleniter inhabitasse cognovimus. quæ ut firma veritatis ratione subnixa probamus: sed nequaquam arbitramur quemlibet sanctorum Patrum unius singularitate doni fuisse contentum, cum hoc fieri non posse de ipsarum vocabulis gratiarum facillimè possit adverteri. Sapientia enim

& intellectus adeo sibi naturalitatis nexus conjuncta sunt, ut unum sine altero nullo pacto subsistere queat.

CAROLIM.
EPISTOLA.

Quomodo enim sapit qui non intellegit? vel quomodo potest intellegere, quem constat non sapere? Sapientia sive intellectu privatus quis umquam consilium vel sibi habuisse, vel alio* dedisse repertus est? Nam luce clarius constat, consilium non nisi sapientium esse. Fortitudinem vero si consilio careat, fortitudinem esse putandum non est, cum omnia inconsulte gesta fortiva potius quam fortia soleant nominari. Scientiam in quoquam sine sapientia & intellectu consistere posse valde est incredibile. Quid enim potest scire, qui nihil valet intellegere? Jam pietas & timor Dei qua arte sibi copulata sint, qui seipsum explorat facile cognoscit: quia nemo plus est, nisi qui judicium Dei timendo, in se peccanti dimitit proximo.

* alii.

Hæc septem sancti Spiritus dona sicut in sanctis Patribus fuisse singula, sic in Christo adunata omnia non est mirum. Quid enim illi ex omnibus bonis deesse potuit, qui omnia bona simul cum Patre creavit? Numquid magnum est si hæc in Christo mansisse dicantur, in quo omnis plenitudo divinitatis inhabitare cognoscitur? Numquid magnum est, si ea quasi pro munere adscribas Domino, quæ diligenter considerans invenies in servo? Numquid his tantum donis potest sublimari Dominus, quibus carens non est bonus servus? Absit ut his tantum gloriam ejus dicamus consummatam, cuius magnificentiam supra omne quod dicitur aut nominatur, sive in caelo, sive in terra credimus sublevatam? Neque enim sensus comprehendere, aut sermo poterit explicare, quæ & qualia, vel quanta sint quæ ejus debeant adscribi gloriam, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus sine fine. Sed ideo hæc & in Patribus singula, & in Christo simul omnia non miramur, quia in

discipulis ejus per singulos singula computari , & in Petro simul omnia possunt inveniri . Quamquam eadem in Christo longe aliter quam in ceteris sanctis fuisse credenda sint . Nam sanctorum cuique pro varietate voluntatum quibus fragilitas humana non caret , nunc hoc , nunc illud donum accedendo vel recedendo aut adesse , aut abesse cognoscitur : Christo vero qui est Dei virtus & Dei sapientia , cuncta sancti Spiritus charismata semel veniendo accesserunt , & in eo numquam recedenda permanserunt .

Sed quid haec de Patriarchis & Apostolis dicimus ? cum neque nunc diffidendum sit plures cotidie intra sanctae matris Ecclesiae sinum posse reperiri , qui vel singulis , vel pluribus sancti Spiritus donis sint ditati . Verax enim est qui in se confidentibus presentiam suam usque ad consummationem saeculi promisit non defuturam , quo & nobiscum & in nobis semper manente , nequaquam sancto septiformis gratiae Spiritu carebimus , qui cunctorum largitorem bonorum credendo & bene faciendo possidemus . Spiritu etenim sapientiae regitur , qui fidem sanctam & individuae Trinitatis tam ad sui , quam alienum profectum ediscere nititur : ut per hanc & hereticis resistere , & suos valeat confirmare . Spiritum intellectus tenet , qui divina præcepta audiens , quam necessaria sit eorum cognitio sensu cordis percipit , & juxta beatum Jacobum , *non obliviosus auditor fastus* . sed operator strenuus , ea quæ intellexit mandata , studet ut à se fiant quam integerrime custodita . Spiritu consilii viger , qui in cunctis quæ agere disponit , an haec Deo sicut placitura precogitat : melius existimans quæ & qualiter agenda sint prius tacite considerare , quam aliquid inconsultè inchoare , unde eum penitentia cogat ab incœpto desistere . Fortitudinis spiritum habet , quicumque diabolo & membris ejus , hereticis scilicet , fidei scuto ac verbi Dei gladio arma-

tus resistere studet, & contra vitia quibus suggestu
diaboli hæc mortalis vita cotidie maculatur, quasi
contra inimici jacula spiritu fortitudinis armatur.
Nam spiritum scientiæ possidet, quisquis Dominici
memor præcepti simplicitatem columbae & pruden-
tiam serpentis habet: quique inter consimilia diju-
dicans, scit reprobare malum, & eligere bonum. Sæpe
enim mixta bonis mala inveniuntur, quæ nisi sci-
entia difficulter discernuntur. Spiritum verò pietatis illi
inesse dicimus, qui dominica præcepta non oblitus,
in se delinquenti dimittit proximo: & non tantum
in alios, sed etiam in semetipsum justam exercet pie-
tatem. quia probus quisque cavere debet, ne dum
suo debitori dimittendo malum existit pius, sua non
tribuendo in semetipso existat impius. Spiritu autem
timoris Domini illum dicimus adimpletum, qui ju-
dicium Dei timens, non tam delectatione regni ce-
lestis bona facere studet, quam timore gehennæ mala
perpetrare non audet: & sic gaudet de promissione
perpetuæ vitæ, ut non minus timeat de supplicio
perennis pœnæ. atque hoc spiritu compunctus dever-
tat à malo, & faciat bonum.

Hunc sanctum septiformis gratiæ Spiritum & in
Patribus & in Apostolis fuisse, & nunc in sanctæ ma-
tris Ecclesiæ filios, qui in Christo cotidie in augmen-
tum populi sui renascuntur, divino munere credi-
mus inspirati. In Christo verò, ut prædictimus, hæc
talia non miramur, cuius immensitatem gloriæ hu-
mana mens non valet enarrare. Quæ dona qualiter
in illo sint, quia nullo modo explicare valemus, restat
ut nobis ea donanti laudes dicamus.

Christe salus mundi, sanctorum gloria perpes.

Sit tibi laus & honor semper in arce poli.

CAROLI.
M.
EPISTOLA.

Item de gratia septiformis spiritus.

Spíritus sapientiæ fuit in Petro , quando relictis
retibus & navi secutus est Dominum. Spíritum
intellectus habuit , quando Domino interrogante ,
quem homines esse dicerent filium hominis ? Chriſ-
tum filium Dei vivi esse & intellexit, & respondit.
Spíritus consilii erat in illo , quando Simoni pecu-
niā offerenti , sancti Spíritus gratiam venderē no-
lens , ipsum Simonem cum pecunia sua in perditio-
nem ire jussit. Spíritum fortitudinis habuit , quando
exempto gladio auriculam Malco abstulit. Spíritum
scientiæ posedit , cùm ceteris discipulis in navi dubi-
tantibus Dominum esse cognovit. Spíritus pietatis
cum illo erat , quando Dominum quousque fratri in
se peccanti dimittere debuisset interrogavit. Spíritu
timoris Domini plenus erat , quando viso piscium
miraculo consternatus , ad Dominum dicebat : Exi
à me Domine , quia homo peccator sum ego.

Item aliter.

Spíritus sapientiæ fuit in Andrea , fuit & in filiis
Zebedæi , quando similiter ut Petrus relictis reti-
bus & navi secuti sunt Dominum. Spíritus intellectus
fuit in Thoma , quando palpati vulneribus do-
minicis , ipsum Deum & Dominum suum & intel-
lexit , & professus est. Spíritus consilii erat in cunc-
tis discipulis , quando futurorum curiosi , Dominum
de fine mundi consulebant. Spíritum fortitudinis om-
nibus discipulis adfuisse nemo negat , nisi qui eos
pro Christi nomine mortem pati noluissent confirmat.
Spíritus scientiæ erat in Johanne , qui tam distinctè
de divinitate & humanitate Salvatoris in principio
Evangelij sui differuit , & non minùs discretè de

septem tonitruis in Apocalypsi, quæ silenda, quæque fuissent loquenda, conscripsit. Spiritus pietatis fuit in Stephano, qui in ipso mortis articulo pro persecutoribus suis exoravit. Spiritus timoris Domini fuit in omnibus Apostolis: quia non solum bona faciebant, sed etiam propter amorem Dei mala facere non audebant.

ODILBERT.
TI
EPISTOLA.

*Explicit explanatio de gratia septiformis
Spiritus.*

CAROLI M. E P I S T O L A II, de Baptismo.

*Ad O D I L B E R T U M Archipiescopum
Mediolanensem.*

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti KAROLUS serenissimus Augustus à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanum gubernans imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum, O D I L B E R T O venerabili Archiepiscopo in Domino salutem. Sæpius tecum, immo & cum ceteris collegis tuis, &c. *ut in tomo i Analectorum.*

O D I L B E R T I A R C H I E P I S C O P I responso ad Carolum M.

DOMINO Christianissimo & à Deo conservato KAROLO, invictissimo atque piissimo Imperatori, O D I L B E R T U S servus servorum Dei, sanctæ vestræ Mediolanensis ecclesiæ Archiepiscopus & orator vester, perennem in Christo Domino salu-

tem. Igitur immensæ omnipotentis Dei nostri misericordiæ sine intermissione omnibus nobis peragende sunt gratiæ, quæ vos in tam sublimissimam dignitatem collocavit imperii : simulque proolutis genibus omnes ejusdem Redemptoris nostri supplcamus clementiam, ut vitam vestram atque incolumentem per multorum annorum curricula ad profectum omnium ecclesiarum Dei, sive & fidelium populorum vobis à Deo commissorum conservare dignetur. quia in vestra tranquillitate salutem nostrorum omnium adesse cognoscimus atque tenemus, qui vos sollicitudinem habentes orthodoxæ Fidei magis præ ceteris omnibus, qui ante vos Christiani Imperatores in universo mundo fuerunt devotione quique & divino zelo commoti, id est Constantinus, Theodosius Major, Martianus, & Justinianus. Hi omnes ut Christianum populum ab omni erroris macula liberarent, divinitus inspirati, quæ Domini Sacerdotes diffiniebant, illa tantum principalis auctoritas confirmabat. Quorum vos meritis & scientia præcellentes, David sanctum imitantes, qui se pro populi salute in typo nostri exhibuit Redemptoris, cuius vos strenuus cultor pro credulitate rectæ Fidei divino amore accensi de Domino nostro Iesu Christo Dei omnipotentis filio per omnia & super omnia, qui cum sit splendor gloriæ & imago substantiæ ejus & candor lucis æternæ, propter nimiam caritatem qua dilexit nos, semetipsum exinanivit, & juxta apostolicam auctoritatem vel cetera que sequuntur, exhibuit sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, cuius abluens peccati contagium, pretioso sanguine suo redemptioni nostra tribuens sacramenta, & peractum mysterium post ascensionem suam, qua ad Patrem ascendit, apostolica traditione nos confirmat, quam fidei integritatem universis gentibus Apostoli prædicaverunt.


ut nullis ventorum flatibus & ictibus adversantium conquassetur Ecclesia Christi , sed in *vero atque* per-
petuo fundamine permanendo constabilita perficitat.
Sic & nos confirmati Sanctorum Patrum spirituali-
bus instrumentis, & corroborati inviolata fide & illi-
bata, de credulitate Patris & Filii & Spiritus-Sancti
rectam fidem credimus atque tenemus.

Sed quid religioso convenit Principi , ut super omnes polleat adversos , nisi de bonis sit semper sollicitus libenter operibus ? quod vestra sincera pie-
tas summo amplectitur studio , ut neque in qualiter parte Ecclesia Dei vulnerum maculis torpeat ,
aut in ea sanies ignorantiae crescendo ebulliat : sed quod magis vestris felicissimis temporibus sacerdotum Dei corda accensa ad sollicitudinem evigilando vera & recta custodia perseverent , & vos pro tanti vestri laboris certamine æterna præmia à Domino consequi valeatis. Sed ne aliquem nostrum existimemus , qui verbis eloqui atque cogitatione capere possit, ut putet se omnia mysteria cælestia liquidò comprehensa tenere. Suscipientes nos itaque epistolam à pietate vestri imperii nobis emissam , qua perfecta redolentiam sensimus nectaris suavissimi nimio fragrante odore ; multimodas Deo nostro gratias referentes , qui in corda vestra inspirare dignatus est pro statu Ecclesie suæ : quod à clemencia vestra commoniti , rationem veræ Fidei , & quæque per ordinem gerimus atque docemus , à nobis cognoscere debeatis. Itaque etsi ad id , quod dominatio vestra flagitat , pleniùs à nobis ipsis nequimus responsa proponi ; oportet tamen ut quanto paupe-
riores nos cognoscimus esse in nostris responsis , tanto magis in scripturis sanctis convenit fieri devotiores : ut qui propriis sermonibus minores sumus in dicendo , sanctorum quoque testimoniis ad crescere valeamus , & de eruditissimorum labore ,

ODILBER-
T I
EPISTOLA.

*f. pruden-
tia.

qui nihil in scripturis divinis obscurum reliquerunt vel clausum , quod ad veram non perducerent claritatem , & Davidicam clavem acceperunt ut aperiarent nobis , etiam tribuendo proficerent in salutem , & labor sanctorum nos inertes securiores & paratos faceret ad danda responsa. Hæc nos vero non per prolixitatem verborum scribendi compendiosè tentavimus , sed valde subjecti per humilitatem veram pietati vestrae constringentes breviter perscripsimus , currentes per sanctorum Patrum exempla ad significandum dignissimæ praesentiæ* vestrae , quæ velut mirificis floribus ex nimio rutilat ornata fraganti odore , auri ac pretiosarum devincens gemmarum , crescente vobiscum pietate & sapientia , & adesse semper tenemus : à quo veluti vivo fonte , & ad instar fluminis , ad singulorum irriganda corda dulcedine nimia profluente , mellis & butyri emanante longe lateque decurrentis , telluris ariditatem perfusione sui implet. Unde petimus , ut dulcia nobis dona magnifici eloquii vestri tribuatis : sed sicut solis radii mundum illuminans ; ita scientia nostra sanctæ vestrae doctrinæ dono circumfusa fulgescat quia quod nobis adipiscendum pro nostra inquisitione laboriosum esse conspicimus , vos vero pleniùs dispensatione Dei , sancto affluente in visceribus vestris Spiritu , manifestare & aperire sacramenta divina valetis. Dominus omnipotens prolixa per tempora gloriam imperii vestri incolument conservare dignetur , amen.



INCIPIT

INCIPIT LIBER DE BAPTISMO

CAPUT I De Baptismi praecepto in Evangelio.

Itē, inquit Jesus discipulis suis, docete omnes gentes, &c.

II De interpretatione Baptismi. Isidorus.

Isidorus inquit in Etymologiarum : Baptismum, inquit, grāce, &c.

III De Sacramento Baptismi, quod sit in verbo & aqua. Ambrosius.

Quid enim aliud est, &c.

IV De Catechuminis, & exorcismis. Isidorus.

Catechumini sunt, qui primum de gentilitate veniunt, &c.

V De sufflatione & exsufflatione. Calestinus Papa.

Cum five parvuli, five juvenes ad regenerationis, &c.

VI De salis acceptione. Isidorus.

Sal autem in ministerio catechuminis à Patribus est institutum, &c.

VII De Competentibus. Isidorus.

Post catechuminum enim secundus Competentium gradus est, &c.

VIII De scrutinio sancti Isidori.

Fiunt enim scrutinia ut explorentur in eadem doctrina, &c.

VIX De catechesis vel symboli traditione. Johannes.

Catechesis grāce, instructio, Instruitur enim ecclesiastico mysterio, &c.

X De tactu cum spiritu. Gregorius.

Per salivam itaque, que de capite in nos labitur, sempiternæ contemplationis irrigatio, &c.

XI De tactu aurum. Johannes.

Ideo tanguntur aures eorum, quia per eas ad intellectum &c : item Ambrosius. Aures à sa-
ver. Analect. Tom. IV.

cerdote tanguntur , ut aperiantur ad sermonem , &c.

XII De tactu naris. Johannes.

Cum vero tanguntur nares eorum , admonentur ,
ut quamdiu spiritum naribus .&c. *Ambroſius.*
Nares autem tangere est , ut bonum odo-
rem accipiant , &c.

XIII De unctione pectoris & scapula. Johannes.

Pectus eorum oleo consecrationis perunctum , &c.

XIV De Abrenuntiatione. Iſidorus.

Duæ sunt quippe pactiones , &c.

XV Utrum pueri per se Confessionem faciant. Iſidorus.

XVI De Trina mersione. Johannes.

Nam qui in Trinitatis nomine baptizandus acce-
dit , &c.

XVII De unctione Chrifmatis. Johannes.

Sumptis dehinc vestibus albis , &c.

XVIII De linceolo. Johannes.

Ad imaginem quippe sacerdotii , &c.

XIX De albis vestibus, idem.

Cuncti renati albis vestibus , &c.

XX De communicatione corporis Chrifti.

Dignum omnino est , &c.

XXI De impositione manus Pontificis. Iſidorus.

Manus impositionis , &c.

XXII De pedum nuditate. Johannes.

Hi etiam nudis pedibus..... nihil potest inve-
niri nocivum.

A D N O T A T I O N E S.

Superiores epiftola cum ſequenti conſtitutione à nobis
deſumta ſunt ex bibliotheca Augiensi in tra Conſtantiam. Prima eft epiftola Caroli M. de gratia ſpi-
ritu ſeptiformiſ , qua in epiftola magnopere elucet
optimi Principis religio , ejusdemque ſapienſia , ut qui

nonnullos Episcopos in Fidei rebus intelligentia superareret.

Altera est ejusdem Imperatoris epistola de Baptismo, qua Odilbertum Mediolanensem Episcopum aliosque Imperii sui metropolitas interrogat de doctrina & disciplina modo, quem tenerent in conferendo primo Christiana religionis sacramento. Hac epistola impressa est in tomo i Analectorum : itemque Leidradi Lugdunensis Archiepiscopi ad eam responsio in tertio tomo : sed Odilberti Mediolanensis hac de re epistola & libellus desiderabantur. Epistolam descripsimus ex codice Augiensi, libelli capita referre contenti, cum nihil aliud contineat, quam excerpta ex superiorum Patrum scriptis, ut lemmata capitum perlegenti manifestum est.

S I N D B E R T I E P I S C O P I & Abbatis Murbacensis.

Epistola encyclica.

Reverentissima Matrifamilia ill. SINDBERTUS dono Dei vocatus Episcopus atque Abba de monasterio MORBAC, in Domino æternam salutem. De cetero comperiat melliflua caritas vestra, eo quod frater vester nomine ille vel ille, de hac luce migravit (ut credimus) ad Christum. qua ex te obnixe obsecramus almitatem vestram, ut pro ipsius anima sic jubemini agere de psalmis seu Missis atque vigiliis, ceu ingens bonitas vestra consuevit. Optamus vos bene valere.

Indiculum ad Episcopum.

Dominō reverentissimo Episcopo ill. SINDBER-

tus gratia Dei vocatus Episcopus atque Abba
de monasterio MORBAC, una cum fratribus æternam
in Christo Iesu Domino nostro salutem, &c.

P R U D E N T I I . E P I S C O P I

Trecensis Epistola.

Ad quemdam Episcopum fratrem suum.

Dominō mihi in dominorum Dominō desiderabi-
liter venerando ill. merito sacerdotali paterno-
que culmine insignito, PRUDENTIUS famulorum
Christi humillimus, sempiternam in omnium Salva-
tore salutem. Quantum, mi frattrum carissime, litte-
ræ tuæ perdesiderabilis mihi germanitatis textus
meam diu insatiabiliterque collectamstīm æstumque
dulcedo recreaverit, quantumque jucundissimæ oblec-
tationis invexerit, fideliter fateor dici nequit: quippe
cum tot tantisque perturbationum fluctibus pœnè
inrevocabiliter obrutus, ne sibilo quidem (ut dici-
tur) tui quicquam haurire valuerim, utrum te super:
ad dominum jam redisse contingeret, cùm repente
vix tandem à palatinis excubis, quibus diu inser-
vire coactus fueram, absolutus, latorem quām de-
siderabilium mihi apicum... vestræ Trecas, cui me di-
vina gratia, non autem ulla meritorum meorum
plenitudo præesse dignata est, offendī. Et audito,
quod extinctum metuebam, alterius mei nomine,
explosis gaudio superante soporibus desperatione
potius quam oblivione contractis respiravi; & su-

pernæ bonitati , quæ inter adversa & prospera suos servare consuevit gratulatus , litterarum insatiabili atque multoties iterata recursione inhærens , illic meum ill. germanum unanimem , immo me alterum quæritans , tandem reperiisse me plurimum gaudet : quoniam qui ipso mihi auditu exstinctus videbatur , subito vivens apparuit ; & quem abisse autem mabam , superesse non ambigo . Agens itaque auctori bonorum omnium gratias , indefessè hoc uno inexplebiliter bono afficior , quo te non tam vivere , quam bene vivere audio , audiens gratulor , gratulans desidero , desiderans postulo ; & ut ipse convivere merear , tuis quam [piis] precibus opto ac meritis , quibus me ab omnibus propositum votum que Christianæ militiae infatigabiliter obpugnantibus innutabiliter relevari confido . Age nunc , fratum dulcissime , & duce omnium ordinantis , omnia serenantis gratiæ , me meæque discretioni commissos sanctissimæ instantissimæque intercessionis ope fulcire non desinas : quos plurimum vivere si xenja propriæ adinventionis vel ligatæ , vel solutæ crebro visitans , mittenda imperans , desiderantibus miseris . Bene te semperque in Domino valentem , nosque importunarum clavo supplicationum ad portum optati litoris revehentem , virtus omnipotentis brachii conservare dignetur .

*Quot voces oculis , lingua , audituque , manuque
Hausisti , totidem latificere bonis .*



I N N O M I N E D O M I N I
 incipit prologus RABANI EPISCOPI
 ad R A T L E I C U M Abbatem de Mar-
 tyrologio.

RABANUS servus Christi Jesu & servorum ejus,
 viro venerabili R A T L E I C H O presbytero at-
 que Abbatii, in Domino salutem. Quia rogasti me,
 frater amantissime, ut Martyrologium per totum
 annum tibi conscriberem, atque sanctorum festa
 quæcumque potuisse invenire, ibidem insererem;
 feci quantum potui, & singulis diebus nomina sanc-
 torum, quæ scripta, sive notata ab antecessoribus in
 libellis reperi, ibidem inserui: & cujuscumque sanc-
 ti obitum, sive martyrium, qualiter vitam finierint,
 legi; breviter, prout valui, notavi. Tu autem quia
 plurima scripta antiquorum invenisti & legisti, per
 ea etiam hoc parvum opusculum examinans, utile
 legentibus quo modo possis facias: ut quod mea
 imperitia atque infirmitas idoneè efficere non po-
 tut, tua peritia atque industria utiliter perficiat:
 meque tuis sacris orationibus omnipotenti Deo
 commendes, ut ipse auctor & tributor salutis nos-
 træ me miserum per suam gratiam & per sanctorum
 suorum intercessionem à vinculis peccatorum absolu-
 lutum æternæ beatitudinis participem efficiat.

*Te Deus aeternus cuncta per tempora servet,
 Aeternam & vitam det tibi in arce poli.*

DUlcissimo fratri ac reverentissimo Abbatii GRI-
 MOLDO RABANUS vilissimus servorum
 Dei servus in Christo salutem.

*Hunc ergo ex scriptis confeci rite libellum
 Sanctorum patrum, frater amate, tibi.*

Ut quorum celebras festa, tu noveris actus,
 Et finem vita, quo hinc abiere polum.
 Sicque bene ipsorum meritis precibusque juvalius,
 Ad cali regnum latus & ipse migres.
 Quo Deus aeternus, hominum fortissimus auctor,
 Cum sanctis temet collocet atque beet.
 Vive mea vires, lassarumque anchora rerum,
 Naufragio & litus tuaque terra meo.
 Solus honor nobis, urbs tu fidissima semper,
 Curisque afflito tua quies animo.
 Sintque licet montes inter cum flumibus arva.
 Mens tecum est, nulla qua cohiberetur humo.
 Temet mens sequitur, sequitur quoque carmen amoris.
 Exoptans animo prospera cuncta tuo.
Qui mihi te notum dedit & concessit amicum,
 Conservet sanum Christus ubique mihi.
 Ante solum terra, calique volabile cyclum
 Pratereant, vester quam quoque cesset amor.
 Hocque Pater monui, moneo te, iterumque monebo,
 Sis memor ipse mei, sicut & ipse tui.
 Ut Deus in terris quos hic coniunxit amicos,
 Gaudentes pariter jungat in arce poli.

AD NOTATIONES.

Primam ex praemissis epistolis, que est Sindberti Episcopi & Abbatis Murbacensis, atque sequentis inscriptionem idcirco reculimus, quod Bucelinus ex serie Abbatum Murbacerium, eumque secutus Carolus Cointius Sindbertum seu Simpertum expungant, uti exposuimus in tomo sexto Actorum nostrorum, ubi eum in predicto catalogo restituimus. Quia verò his in epistolis Sindbertus Episcopus & Abbas simul appellatur, dubitare licet, an idem sit ille Augusta Vindelicorum Episcopus. Etsi enim tempora conueniunt, in multis tamen cœnobitis tunc erant Abba-

tes, qui & absque titulo Episcopi, ut pluribus exemplis alibi demonstravimus. In veterissimo Necrologio S. Udalrici apud Augustam notatur 111 Idus Octobris Sintpertus Episcopus, absque Abbatis aut sancti titulo. Eodem tempore alter eiusdem nominis erat Episcopus Ratisponensis notatus in Kalendario S. Emerammi 111 Kal Octob.

Subsequens epistola est Prudentii Episcopi Trecensis, ad quemdam Episcopum, quem germanum unanimem, & fratrum dulcissimum appellat. Prudentius alio nomine vocabatur Galindo, isque natione Hispanus erat, ex Annalibus Bertinianis. Unde expendere datur, an Galindo Enneconis, cuius meminiit Eulogius in epistola ad Vilefindum Pampilonensem Episcopum, Prudentii frater consanguineusve fuerit. Quamquam Galindo nomen apud Aragonenses & Navarrenses vulgare tunc erat, testante Morale.

Post Prudentii epistolam haberetur Rabani prologus in Martyrologium suum ad Ratleicum Abbatem Seligenstadiensem cum versibus ad Grimoldum Archicappellaniū inferius laudatum, qui prologus deest in editiss apud Canisium. Hunc autem prologum cum premissis epistolis eruimus ex bibliotheca S. Galli.



F R A G M E N T A E X L I B R O
 ERMENRICI MONACHI AUGIENSIS
 D E G R A M M A T I C A
 ad GRIMOLDUM Archicapellanum.

Ubi multa de viris illustribus S. Galli.

DIU sanè mihi pertractanti, præceptorum doctissime, quo primo exordium adipiscendæ dilecta amicitia vestra caperem; inter multa animo opposita occurserunt mihi duo magna luminaria: luminare majus, quo inluminamur ut diligatur Deus; & luminare minus unde proximus: ad quæ præcepta cetera omnia cohærent, veluti etiam nomini & verbo, in quibus personam tenemus & actum, ceteræ partes omnes invicem adpendent. Cum enim non ignoro te tam in poëmate, quam in omni arte priorum ad prime cautum, in tantum ut interdum comicò cothurno, aliquando vero veste septemplici, quam sophia sibi suis manibus texuerat, indutus mirifice procedis. Præter hæc etiam gemmis omnium virtutum adornatus, humilitate præcipius, justitia temperans, fortitudine serenus, prudentia cautus, temperantia modestus, zelo Dei fervidus, patientia lenissimus, in adversis lætissimus, in prosperis humillimus pares. Et non immerito his virtutum malis ceteros præcellis: quia primo ætatis flosculo inter aulicos beatorum Augustorum mores decentissimos enutritus es, tam dogma totius disciplinæ, quam normam recte vivendi ab eis didicisti, qui in omni imperio cum Deo summi fuere.

Sed & haec tenus rivo jucundissimo ac in omni vir-

ERMINRI-
C I
• LIBELLUS.

tutum stemmate præfulrido ex primoribus fontibus totius Europæ emananti cohæres H L U D O U V I C O scilicet dilectissimo Regi nostro , qui licet angustiori limite terrarum , virtute tamen vincit Hercalem centauros domitantem , & agilitate Ulyssem. Interroga Sclavos in gyro , & non miraris epitoma meum. Habemus denique nos , ipsius alumni pauperculi , in eodem rivo majores copias Scythico Tanai formaque ipsas Nilo præferentes. Ei gratias referimus , qui nobis tam limpidum atque salubrem totius boni fontem concessit , unde cuncta pacifica & utilia semper haurimus , haustumque ipse omnibus ad se pro- perantibus indeficiens præbet & cupit hauriri.

Sed eheu idem ipse tam habilis fons ne latè flueret , quām s̄epe machinamentis quoīundam tam privatōrum , quām etiam ethnicorum seu extērōrum hominū dispendio obstruitur ; erēmus prodit , ac bestiæ loquuntur , donec restagnatus in sese , & non sine periculo sui patientissime s̄e exēdebat , Deoque eum protegente armis Rēpublicam defendebat : in cuius etiam latibus tu ipse veluti fidelis . . . conversatus , latusque dexterum observans , nosti melius quām incomparabilis sit ejus pietas , virtus & ingenium , aliarum gentium legibus : quippe qui in Deo solo potentiam possidet , & copia divitiarum ejus est sapientiæ decus. Quippe aliis sophiâ , ut dictum est , impar , avo tantum par te censore judicatus : quatenus eo superstite habeas , unde ingenium grandævo jam senio fellū exacuas : & ceu K A R O L U M optimum præ oculis habes , nil sit vel quod doleas , vel pertimescas. Sed hæc latius alias.

Ceterum , mi carissime Didascale , ne me longius ab incepta via egressum objurges , redeo demum ad id , quò omnes virtutes spectant , hoc est , ut primo diligamus Deum & Dominum nostrum ex toto corde , & ex tota anima , & ex tota mente ; qui est æterna

pulcritudo, æterna dulcedo, æterna suavitas, æterna
fragrantia, æterna jucunditas, perpetuus honor, in-
deficiens felicitas. Dein diligamus proximos nostros
tamquam nos ipsos.

ERMINRI-
CI
LIBELLUS.

Postea auctor agit de anima & ratione : tum subdit.
 Hæc idcirco, de animæ statu vel substantia, tam latè
 protuli, ut sciant legentes, qui se Deum diligere
 profitentur, quod ita eum diligere debent veluti tu
 diligis, ex tota videlicet anima, id est cum ratione,
 & cum omnibus sensibus suis; fide firma, spe certa,
 caritate perfecta; credens in eum, sperans in eum,
 diligens eum à quo omnia, in quo omnia, & per
 quem omnia sunt bona, atque permanentia. Ob
 cujus amorem, licet habitu hæreas, animo tamen
 spernis præsens sæculum, cupiens dissolvi, & esse
 cum Christo: terrena atque temporalia magis agens
 ex debito, quâm ex intentione; misericordiæ operi-
 bus deditus, hospitalitate præcipiens, Dei servitio
 intentus, omne quod ad cultum, vel ad religionem
 divinæ pietatis pertinet, quod Græci θεοτικαὶ vo-
 cant, summopere colis. Sacerdotes Christi diligis,
 vasaquæ sacrarum ædium restauras, monasteria visi-
 tas, ac visitata paterno affectu disponis, & æquani-
 miter, si qua sunt in eis anomala, diriges, atque ad
 statum æquitatis perducis. Et propter quem vel propter
 quid hæc agis, nisi propter Deum quem diligis,
 & propter proximum, quem ita diligis ut te ipsum,
 ac interdum plusquam te ipsum? Nonne cum cibum
 vel vestem tibi subtrahis, & indigenti tribuis, indi-
 gentem proximum plusquam te ipsum colis? Et ut
 tibi pernota incutiam; ecce pro invictissimo Rege
 nostro post Deum, tamquam pro capite nostro, eique
 carissima laterali costa, atque pro tota simul prole
 inde procedente, quantis precibus incubbis, quan-
 tasque vigilias pateris, quot itinera conficias, quan-
 taque hinc & inde in commune vulgus expendis?

ERMINRI-
C I
LIBELLUS.

Ambulas , curris , in montibus reptans , in fluminibus natans , silvas pertransis , & volitas in campis , nec est jam his labor diligentis animo , quia labor parit patientiam , patientia tolerantiam , tolerantia assiduitatem , assiduitas autem adducit caritatem .

Tum multa affert de dilectione proximi , deinde de quatuor virtutibus cardinalibus , & intellectualibus . Postmodum descendit ad grammaticalia , ac demum redit ad Moralia de dilectione , de anima , de redemtione ; & ad laudem ipsius Grimoldi postmodum hęc subdit . Ac ne me in his laudibus hypocritam sentias , dicam tibi absque fuko simulationis , quia , prout nosti , beatissimo praeceptore meo VVALAHFREDO pro responso quodam domni Regis ad KAROLUM germanum suum pergente , ibique defuncto , interim quo eum inde sperabas in columem reversurum , jūfisti me de Auvavensi monasterio , ad monasterium sancti Galli commorandi , & discendi gratia proficiisci , ibique à fratribus honorifice receptum aliquamdiu commorari . quod & feci juxta praeceptum benignitatis vestræ . Navem conscendi , atque illuc cum omni prosperitate , Deo gubernante , perveni , tantisque virtutes in iisdem fratribus conspexi , ut vix illas , ne dicas me , sed neque Pythagoram de Samo egressum putem eloqui posse . Alius enim alio humilior , & patientior invenitur , nec est zelus amarus inter eos , vel invidiae livor : sed sola caritas ibi principatur , & justitia regnat . Et sic caritas mater est virtutum , & concordia filia ejus , ac simplicitas earum pedissequa illic sine dubio domicilium proprium habet . quæ etsi pro tempore aliquanto in aliis locis commorata fuerit , & particulatim se ibi ostenderit ; hīc tamen semper cum filia & ministra tota consistit .

Nec est adventantium hospitum ullus , cui ab his tribus non occurritur . Sunt enim jugiter simul in-

dissolubiles , ut funiculus triplex , & inter omnes sparsæ , integræ tamen unum omnibus ministerium præbent. A cuius scilicet caritatis uberibus suxit dominus E N G I L P E R T U S largitatem , & ingenio-
fissimus H A R T M O D U S benignantatem : ambo tam Deo quām hominibus dignissimi , tibi etiam domino carissimo per omnia fidelissimi , ceu aurea candelabra lucent in domo tua ante Deum. Nec nocet si unius lux paullo ferventius ardet , alterius verò le-
nius , & ob hoc longius : cum utrumque placeat , & botrus qui à calore solis citius , & qui sero matu-
rescit ; & equus velox , & qui pedetempsit am-
bulat , æque laudatur ab his , qui interdum hujus ,
interdum verò illius utilitate , prout res liceat ,
utuntur.

ER MEN RI-
C I
L I B E L L U S.

Longum est sanè per singulos nominatim velle discurrere , quantos , qualesque Dei famulos in omni arte & virtutum stemmate redimitos ibi viderim. Sed neque in ædificiis construendis ex omni materia , tam industrios viros , vel rarò usquam repperi , sicuti bene in nido appetet , quales volucres ibi inhabitant. Cerne basilicam & cœnobii claustrum , & non miraris quod refero. Et ne de omnibus fileam , quid est U V I N I-
H A R T U S , nisi ipse Dædalus ? vel quis I S E N R I C U S ,
nisi Beseleel secundus ? in cuius manu versatur sem-
per dolabrum , excepto quando stat ad altaris sacri ministerium. Tanta humilitas in eis est , ut tam per-
fecti viri non dedignentur opus rusticum per se ipsos actitare , pensantes scriptum : Humilitate penetratur cælum , & caritate pervenitur ad regnum sempiter-
num. Quid memorem de domno A M A L G E R O ,
in consiliis provido , & universitate morum honestate præclaro ? In divino autem cultu quam religio-
sus sit , restatur altare aureum , ante quod sedulo se-
det , nec jacet orans. Taceo de domno R A D G E R O ,
viro simplicissimo , usquequo ventum fuerit ad hoc ,

ERMINRI-
C I
LIBELLUS.

quo latius id valeam exponere , qualiter omnis congregatio illa per totum diem laboraverat in una columnarum illarum , quæ in basilica ipsa circumstant. Ad ultimum omnibus jam fessis , ac inde secedentibus , solus ille ab incepto opere non recessit ; sed tamen frustra sudabat , antequam in hæc verba prorupit , dicens : Sancte Galle , finde illam , mirumque in modum in his verbis simpliciter edictis rupis illius moles immensa , sua sponte inde fissa enituit , unde tota illa multitudo ante laboravit . ut aperte daretur intelligi , quod hanc findere non labor hominum , sed meritum sancti Galli potuit , quæ per invocationem nominis ejus simplicem , tam facile fissa apparuit . Et quia idem ipse frater columna spiritualis ædificii fuit , in tali miraculo optime claruit .

Longum est denique si omnia illorum fratrum bene gesta , quibus per meritum sancti Galli præminent , velim tam brevi sermone concludere , dum omnes unum sint , & ipsi in Christo , & Christus in eis : quia nihil impossibile est capiti Deo , qui diligit membra sua : sed nec aliquid ad impetrandum difficile erit membris suis , qui sic cohærent capiti suo . Fateor omnia laudabilia vidi in eis , & præcipue caritatem ridentem , & unum vel nusquam , vel in paucis hic nullum missitantem ; completurque in eis quod olim Deus per Prophetam suum promisit dicens : *Et veniens habitabo cum eis , & ipsi mecum . & inter illos ambulabo , & ero illorum Deus , & ipsi erunt mihi populus.* Et juxta Psalmista cohortationem , senes ibi cum junioribus semper laudant nomen Domini .

Quapropter , mi carissime Pater domine Grimolde , diu opitulatam mentis meæ intentionem nunc recludendam sentio . Quia tamen bona in te , & in familia tua , per Dei gratiam conspexi , ceu basium quoddam rependens caritati vestræ , cogitavi scripto commendare quæ mihi constant de vestra bonitate nota , &

dignissima. Et cur non memoriae tradimus facta vi-
rorum cum Christo viventium ; si tanto studio legi-
mus facta hominum iniquorum mortuorum, & cum
diabolo in inferno sepultorum ? Quid enim Juppiter,
vel Mavors , nisi homines pessimi ? & quid è contra
sanctus Columbanus , & sanctus Gallus nisi homines
optimi fuerunt ? quorum familia , tantis terratum
spatiis direpta , talis est , ut una sit ; tantaque est ,
ut per Dei gratiam signa faciat. Sed quia de omni-
bus longum est commemorare , vel de vita sancti
Galli , cuius tu pastor quam optime tugurium possi-
des , & familiam regis ; liceat amoris causâ virtutum
ejus quosdam floscellos decarpere , & metris melo-
diis , ceu floreum diadema capiti tuo componere : ut
si superius te omni virtutum decorre dixi gemitum ,
sine corona tantum non te videat sol stellatum. Scrip-
sit itaque ejusdem Confessoris Christi vitam supra-
dictus praeceptor meus , vir simplicissimæ vitæ , &
per omnia rectæ , dominus V V A L A H F R E D U S tibi
notissimus , quem etiam tu ipse ut peritus cathegeta
peritum sophistam enutristi , & ut plus in domo Dei
luceret , lumine Dei præventum super candelabrum
elevasti. Sed heu prô dolor ! mors acerba , quæ nulli
parcere novit , subito eum nobis tulit : nec tamen
sibi animam illam vindicavit , quam Christus assu-
mit. Voluit verò ille poëtico cothurno gesta beatissimi
Galli comere , sed morte præventus , vitam in vita
finivit. Unde ego rogatus sum à quibusdam fratribus ,
& præcipue à devotissimo G O Z P E R T O , ne dicas
Calvo , sed pilis cephalii aure tenus nudo , omni ta-
men sancta benevolentia pleno , felicissimi Abbatis
G O Z P E R T I nepote , cum quadam vi impulsus , ut
quod magister devotus non impleret , ego cliens asse-
cla compleam illud factum , afferens esse unum tam
incipientis ex animo , quam perficientis præmium.
Fecissemque , fateor , in hac re votis satis , si supra-

ERMINRI-
C I.
LIBELLUS.

dictus dilectus noster in hac petitione aliquam pa-
tientiam habuisset. Est enim tam ferventis studii, ut
in una eademque hora, & lac velit mulgere, & ca-
seum premere: cum nec Roma una die sit condita,
sed neque triticum eodem die metitur, quo semi-
natur. Ad haec etiam de uno fonte non putavit siti-
bundus sitim suam posse sedari. Ad mare cucurrit,
scilicet H O M E R U M nescio quem novum pro hac
re invocans cis Rhenum, qui in morem Flacci non
currit in poëmate, sed fluit. Insuper & Alpes philo-
sophantur virum, sub quibus jugum Sambutinum
R A D P E R T U S Lyrico possidet sono: & si nosset
antra musarum, esset talis, ut Cynthus Apollo.
Cujus poësis prisca si interdum alternatur more,
H A R T M O D U S ejus aures avellit, apta repingens
proprietati. Nam & ipse scientiam philosophandi
habet, ut Aristoteles calatum in mentem erigens.
Et quia multa sunt miracula sancti Galli, plures de-
cet habeat adstipulatores multiplicesque laudatores.
Ac ne solus in ejus laude sileam, usque beneficia im-
mensa in me ipso expertus sum, tam in vocis clari-
tate, quam etiam in luctus mei solamine, ita ut
noctu ante tinnitus nolæ, hunc versum cantaret
ante me.

O alumne tuos comprise luctus.

Quem etiam luctum pro manenti concordia ne prop-
ter me ibidem umquam mutaretur, in crypta ejus-
dem sancti Deo fudi. Quapropter licet supra nomi-
natis poëtis sim abjectior, & ob ipsorum facetam
urbanitatem satis spretus, quia nec poëtam nec
amusaterum me esse profiteor: tamen vestra aucto-
ritate jubente, quibus verba delectant, de magnis
parva excerpto, &c.

Inter haec etiam & cuiusdam Scotticæ peræ jacula
vereor, ceu ex latere emissæ, quæ modò in partibus
Ausoniæ puttoni Littonias, vel aliud quid incogniti
cibi

cibi colligit , & licet attrita fronte, apparebit, quando putro inde gustabit. Tertius timor me premit , Calvus jam dictus partibus his favens , sed tuo privilegio semper salvo. Consolatur me una res super eo : quia talis Calvus numquam erit salvus , immo erit salvus , si bene fuerit Calvus .

ERMINRI-
CT.
LIBELLUS.

Hancque horripilationem forsitan in ponte Cumensis hauserat , quando de Bobionensi cœnobio reliquias sancti Columbani secum ferens rediit , & ob incuriam quamdam de navi egrediens , proram impedit , & in mare cecidit : indeque à sublevantibus emersus , putabatur à nautis ut esset Paulus. Sed quia ut quondam Jacob claudicabat , cognitus est à ducentibus , ut is esset , qui antea per se talis incedebat. Grande tamen tantum periculum , & laudandus Deus , qui eum liberavit per suum miraculum. Hæc que alias suo loco dicenda relinquo .

Ceterum , mi Magister & domine amabilissime , in calce hujus epistole sanctitatem vestram obnixe deponso , ut nugas presentis eloquii mei ita suscipiatis , veluti optime confido in paternitatem vestram .

Adjunxi autem & huic operi breve opusculum , quod de inceptione nostri cœnobii , & fratrum ibidem Deo famulantium vita conscripsi ; ipsaque dicta viro per omnia doctissimo domino G O Z B A L D O Episcopo vel approbanda seu refutanda commendavi. Et quia ille hæc sibi grata dijudicavit , vestro non ingrata judicio examinanda destinavi. Simul & hoc scitote , quod nec in cera vel in tabula hæc expressi : sed , sicut in præsentibus scholis dictata sunt , ita sunt vobis directa : ut si forsitan coram lecta non placuerint , non sit dolor perisse , quod constat vile fuisse. In priori quidem opere Anicium Boëtium sum imitatus , in isto vero Prosperi nostri morem ex parte fecutus. Tu vero , Doctor sagacissime , lynceis oculis in talibus utens , orationibus tuis me adjuva , quatenus

ERMINRI-
C I
LIBELLUS.

ad portum quietis quandoque prosperè evectum audiās me inter lætissimos celeuma ex alto canentem.
Sancta & inseparabilis Trinitas vos cum omni grege vestro bene valere faciat, mei memorande semper in ævo. Amen.

O felix vates Sensoris nomine dignus,

Poscimus optatam det ibi Christus opem, &c.

Sane antequam de vita sancti Galli aliquid tangam, de sancta Trinitatis essentia vel substantia pauca dicam, &c.

Primo sane antequam de vita sancti Galli tangamus, de situ patriæ hujus & fluminibus ejus, Rheni scilicet & Danubii, dicendum summatim ratum duximus.

Nunc primum loca tangentes cum flumine Reno,

In quibus est commoratus dignissimus Heros, &c.

Has Europa tenet prisco sub nomine gentes,

Quas Hister secum retinet divertia Rheni.

Et satis hinc dictum, clarum nunc persono flumen.

Rhenus ab Ausoniis descendens monibus altis,

In Brigantinum mare se stagnare videtur.

Antiquo ex fluvio sic dictus nomine Pontus,

Qui modo Podamicus vocatur gurgite noto.

Et dum se extendit circum per longa viarum,

Fertilitate sui nullis manet equiparandus

Fluminibus, praestans piscois germinis agmen.

Hinc equor medium secat & complectitur urbem,

Nomine qua proprii est Regis Constantia dicta:

Quam SALOMON nunc Antistes clarissimus ornat,

Doctrina & pietate Dei cultaque benignus.

Exin progrediens parit Auvam caspiae claram,

Insula qua est aliis praestantior Augia sola.

Auget enim indoctis doctam cum dogmate vitam,

Fertilis arboribus cum viribus undique cincta.

Quo flores vernant semper, quo lilia spirant.

Qua me nutrit ovans, & cum nutrimente sancto.

*Quam laudet populus . . . hinc usque Britannos.
Cujus adest Folcuvinus custos, Candidus Abbas,
Tempore qui longo salvus sit carus adopto,
Et multis annis tranquilla pace fruatur.
Possideat sine fine nova, & nova gaudia vita, &c.
Quin potius cunctos dimittens ore Pelasgos,
Totum se versat Gallum cantare beatum,
Gallum inquam Domini, sanctum & pietate benig-
num.*

*Cujus amore quidem cupimus nos scribere quadam.
Sed tu blanda manu hac tu ne scindas Honore.
Quin etiam magnas magnis concede Magistris:
At parvas parvis nostras da carminis odas.*

ER MEN RI-
CI
LIBELLUS.

E X P L I C I T.

A D N O T A T I O.

IN bibliotheca sancti Galli libellus, cuius fragmenta mox retulimus, exstat cum hoc titulo: ORDITUR EPISTOLA ER MEN RICI EPISCOPI AD DOMNUM GRIMOLDUM ABBATEM ET ARCHICAPITANUM. Codex auctoris aetate scriptus est, id est ab annis octingentis: quo tempore sancti Galli monasterio praerat Grimoldus, qui illius caenobii regimen inuit anno DCCC XLI, teste Ekkehardo. Libelli titulus primaria manu exaratus est prater nomen Episcopi, secundaria, sed antiqua manu adscriptum. Ermenricus hic fuit monachus Augiensis, alias ab Ermenrico monacho Elevangen, de quo nos alias. Porro ex his fragmentis inter alia intelligimus, Vvalfredum Augensem Abbatem, cuius mors in annum DCCC XLIX ex Hepidanno & Hermanno incidit, obiisse in legatione, quam iussu Ludovici Germania Regis ad Carolum ejus fratrem, cognomento Calvum, suscepserat. In prediclo codice deest libellus, quem de inceptione monasterii

nominato Episcopo , ut eamdem curtem ad præfatum monasterium , ubi ego ipse ab ipsis educatus fui cunabulis , pro suæ mercedis augmentatione per sui præcepti firmitatem post obitum meum in proprietatem concederet. At ipse benignissimus Princeps in hoc etiam nostræ satisfaciens petitioni , per sui præcepti firmitatem eidem sancto loco confessim suæ prædictam casam jure perpetuo confirmari decrevit. Cumque hæc & alia multa bona à piissimo perceperissim Imperatore , tantæ benignitatis non immemor , cœpi pensare cum Abbatे præfati monasterii & cum ceteris fratribus in Capitulo simul conjunctis , qualiter singulis annis memoria tam benigni Imperatoris perpetualiter continua perseveraret. At illi unanimiter libenti ac benigno animo suscipientes , hæc ita per omnia sibi placere , & opere adimpleri velle confessi sunt. Tunc demum inter nos disposuimus , ut singulis annis uno die à prænominate curte in commune cunctis fratribus cum omni abundantia plenum servitium pro anima Imperatoris perficeretur , & eadem die pro illius amore in refectorio plena caritate hilares atque gaudentes efficerentur : & illo ipso die omnes Presbyteri intenta mente ac benignissima voluntate Missam suam cum oblationibus decantarent : ceteri autem fratres cuncti pariter intenta mente singuli pro Imperatore **xxx** Psalmos adimplere stunderent . & hæc commemorationis fiat in die consecrationis suæ , id est Epiphaniatum die Post obitum verò Augusti volumus atque disposuimus , ut in illo Kalendario obitus illius omni tempore , de anno in annum , in ipso anniversarii die prædictum servitium in commune fratribus fiat , ac præfatae commemorationis orationes pro anima illius proculdubio perficiantur. Statuimus etiam in eodem convenerit , ut ego & frater meus , videlicet Liutvardus Episcopus , pro bonæ volun-

A D M O N I T I O

in epistolas sequentes.

IN antiquo & celebri Bajoaria monasterio Tegernsen-
si reperimus inter multos alios codicem varias Ab-
batum Tegernsensium, aliorumque virorum illustrium
epistolas continentem. Insigniores, prout temporis angustia
siverunt, descripsimus modo exhibendas. Restitutum
est ab anno C M LXXXVIII istud monasterium, cui
Abbates hoc ordine exinde praefuerant, H A R T VVI-
CUS ad annum C M LXXXII. G O Z P E R T U S ad
annum M I. G O D E H A R D U S ad sesquiannum.
Huic discendi suffectus E B E R H A R D U S, qui Ab-
batiam dimisit anno M III. P E R I N G E R U S ad
annum M XII. B U R C H A R D U S in quatuor annos.
E L L I N G E R U S pietate insignis ad annum M L V I.
Hec ad sequentes epistolas illustrandas: in quibus
vitæ Benedictinæ non sencet fit mentio, nempe in epis-
tolis prima & decima. quo adjuncto, scilicet Bene-
dictinæ, nullum ante id tempus auctorem usum invenio.

E P I S T O L A E T E G E R N S E S.

I. Ottonis III Imperatoris.

*De conditu monasterii Seuvensis in Bajoaria,
ejusque Abbatis electione.*

REx O T T O Imperator Augustus. Revelavit nos-
tris temporibus venerandi Pontificis Lamperti
preciosa ossa quondam in confinia Parthicæ gentis
devecti. quæ sancta tamen membra illa missis reve-
lationibus inventa, in regionem Bajuvaricæ gentis
Y iiiij.

* Seon

* anno 994

* Adalber-
tum.
V. Metrop.
Salisburg.
to. 3 p.349.

religioso viro ill. sunt deportata. Et Comes quidam A R I B O nominatus , nobili genealogia procreatus , sed nec minus (ut speramus) bona voluntas nobilitavit , quem Deus tali dignitate ditavit , suscepit tales reliquias in locum sui patrimonii Seuva * nuncupatum. Sed Deus qui humilia respicit , parvitudinem , angustiam vel pauperiem ejusdem loci non despexit. Cœpit ineffabilibus miraculis exinde martyris sui merita ubique diffamare , multique divites sive pauperes , Dei amore ducti , tradiderunt partem prædiorum , seu dona non modica pecuniarum. Talibus successibus taliter in manu Dei feliciter secundantibus , idem Aribus , heres ejusdem loci , cœpit in mente prudenter tractare aliquod digne religiositatis inibi Dei servitio dedicare de proprio prædio , quod possederat jure hereditario. Construxit celebre cœnobium * insigni ædificio , paucisque revolutionibus annorum transcursis , congregavit in monasterio non modicum agmen probabilium virorum sub institutione Benedictinæ vitæ degentium : atque hæc milite fama ad nos usque perveniebat , referentibus regni nostri Principibus , qui eumdem locum saepius frequentare solebant. Quocirca eumdem locum in nostri mundiburdum suscepimus rotatu domini H. Ducas Bauvariorum & dilectissimi neporis nostri , qui traditionem accepit ejusdem loci à prædicto Comite A. idecirco maxime quod sibi coagulatione consanguinitatis proximus esset , cui loco præficiimus Abbatem , nomine * A. nostra imperiali auctoritate , libertatemque concessimus , &c.



II EPISTOLA

OTTONIS II IMPERATORIS.

Ad DIEMONEM Comitem.

OTTO Dei gratia Imperator augustus, DIEMONI * amico nostro salutem & gratiam. Quia Abbas de Tegrinseo sepe se proclamando de tua injuria nos inquietavit, nobis multum displicet. Quare iterum atque iterum, quia à te sæpe neglecti sumus, tibi pro gratia nostra præcipimus, ut nihil in res aut in prædia monachorum, & singulariter de loco qui dicitur Ad-monachos, omnino te intromittas, & si amplius te ad nos de eadem re proclaimaverint, procul dubio longè scias te abesse nostræ gratiæ.

* V. infra
epist. 17.

III EPISTOLA

Ejusdem Ottonis ad Piligrinum Episcopum.

OTTO Dei gratiâ Imperator augustus, PILIGRINO venerabili Pataviensis ecclesiæ Episcopo, salutem & gratiam. BRUNONEM Episcopum * vestræ mittimus & committimus dilectioni, ut quibuscumque apud vos indiguerit utensilibus, abundatissimè adjuvetur, & tam vestris hominibus, quam & caballis, aliisque in itinere rebus necessariis, quanto propius possit, Ungrorum confinio honorificè ac cauissime perducatur. Nobis enim illuc erit delegandus, quo Rex eorumdem nostro quam propere arbitrio sit colligandus. Vobis ergo magnopere sit studium hanc citissime fieri legationem, nam si, ut apud nos sedet, prosperabitur, vobis in hoc vestrisque omnibus admodum consuletur. Valete.

* Prusso-
rum ut vi-
detur) apos-
tolum.

EPI T A P H I U M H A R T V V I C I A B B A T I S .

*Hic lapis eximium corpustegit ecce pusillus
 Hartvici monachi, qui fuit Abba loci.
 Cujus & officium gessit Pastoris opinum,
 Per placitum Domino fratribus & populo.
 Defecit cultus monachilis manibus istis
 Annos tam plures, quod sumus immemores.
 Post hac commiserans divina potentia regnans.
 Treveris hunc nostris miserat auxilis.
 Hic etenim fratres decuit perdiscere mores,
 Quos Benedictinam constat habere viam.
 Omnibus acceptus, cui nullus amore secundus,
 Corripuit monachos ut decuit placidos.
 Moribus & duros facit ipse benigne benignos:
 Paulus & ut monuit, omnibus omne fuit.
 Hen vix pervixit quinquennia, moxque recessit:
 Nos dedit orbatos, & peis ille polos.
 Sexta Idus rapit hunc Augusti, atque aibre locavit:
 Hanc animam perimus suscipiat Dominus.*

IV EPISTOLA ENCYCLICA

AD ALBLERONIS EPISCOPI METTENSIS.

In gratiam cuiusdam homicidae penitentis.

A Dalbero Mettensis Ecclesiae Antistes ordinante Christo, omnibus Coëpiscopis virtutum meritis admodum venerandis, cunctisque fidelibus in Deo summo salutem. Hominem Episcopatus nostri, nomine Arnoldum, exsulavimus suâ patriâ propter commissa homicidiorum quæ perpetravit, proprium videlicet fratrem à quibusdam interiectum ulciscens. Quatuor namque viros interfecit,

filiumque fratrii sui non sponte sua , sed ignaro ,
prō dolor/casu occidit. Ob quæ peccata diluenda com-
mittimus illum orationi pietatique cunctorum Christi
fidelium , ut digna pénitentia peracta , visitando
sancta loca minuendoque debita , gremio sanctæ
Ecclesiæ reconciliando sociari mereatur. Valete.

EPISTOLA
TEGERNS.

V E P I S T O L A

GOZBERTI ABBATIS AD UTONEM
nepotem.

A Bbas Gozbertus , humilis Dei famulus ,
Utoni dilecto nepoti salutem in Deo. Pe-
timus vos per amorem Dei & sancti Quirini mar-
tyris sui , ut nobis decimam reddere præcipiatis , quam
debent hospites sancti Quirini in servitium habe-
re , & pauperes in victum , qui cotidie veniunt ad
ejus monasterium. Timendum enim valde est , cum
eleemosynam Ecclesiæ Dei pauperibus Christi in-
justè tollitis , ut tollatur vobis à Deo quod luen-
ter & sine peccati periculo habere potestis. quod
vos Deus vitare concedat. Valete.

VI E P I S T O L A

GOZBERTI ABBATIS AD COMITEM ADALP.

NObilissimo Comiti Adalp. Gozbertus
Abbas cum monachis sibi commissis , pignus
superni salutaminis in Christo. Quamquam in ulti-
mis regionibus saxosis silvosisque locis habitemus ,
celebris fama pietatis vestra , quam in nos nos-
tramque familiolam exercuitis , sape sepius relatu
plurimorum ad nos usque pervenit. qui nullo alio
servitio possimus aut sufficiamus , nomen vestrum

**EPISTOLA
TEGERNS.** in libro vitæ apud nos conscriptum habemus , & cotidie supplicamus à Deo vobis remunerandum , pro cuius amore talia nobis nostrisque facitis. In talibus , ut prædiximus , locis degentes , pescationis magnam penuriam patimur. Quocirca petimus , si in manu vestra anno præsenti pescatura est prosperata , nobiscum solita clementia partiti præcipiat. Val.

VII E P I S T O L A eiusdem.

Domino M. boni nominis gloriâ ubique diffama-
to , Gozbertus Abbas cum suis confratri-
bus salutem in Domino. Nullius servitii munus
præ manibus habentes , accedimus ad vos magnas
res postulantes : sed tamen audacter , qui confiden-
tiam resumimus de conscientia totius bonitatis in
vos. In regione australi , sicut scitis , habitantes ,
more monachorum , ut decet , à carnibus abstinen-
tes , capturâ piscium raro pascimur , quia pisces
aquas minime habemus. Sed si Deus anno præsenti
fœcundavit capturam husonum vobiscum , petimus
ut jubeatis largiendo communicari , ut memoriam
vestri deinceps coram Deo in orationibus nostris
habeamus. Valete.

VIII E P I S T O L A Gozberti ejusdem ad Arnoldum nepotem suum.

Gozbertus Abbas nominatus , quamvis in-
dignus , Seniori Arnoldo , neptique nostræ
conjugi vestræ Adalhaide , salutem in Deo
summo. Necessitate maxima compulsi amicorum nos-

trorum fida flagitamus auxilia , quia præsenti anno minime sufficiunt nobis vietuum alimonia , fructuum fertilitate agrorum sterilitate suffocata. In omnibus rebus speramus vos nobis esse compatientes visceribus pietatis. Idcirco petimus , ut in instanti periculo nobis subveniatis , & si aliquid grani dari præcipitis in nostrum vietum , vel familiæ nostræ , pro pretioso dono auri vel argenti honorificè accipimus. Valete.

IX E P I S T O L A

GODEHARDI ABBATIS TEGERNSENSIS

Ad suos Tegernenses.

GO D E H A R D U S Abbas , quamvis indignus , VV. ceterisque fratribus , quicquid dilectis filiis in Christo. Quamquam nostræ fragilitatis legem interius exteriusque laborando natura cogente meritò patiamur ; tamen in hoc itinere , quod iussu domini nostris Ducis aggrediebamur , adhuc nos prosperari vestris orationibus gratulamur. Nam honorificè simulque caritativè à cunctis fratribus suscepti sumus , & devotè faciunt quæcumque eis regulariter præcipimus. Insuper etiam precamur , ut fraternitati vestraeque orationi deinceps consociemur , & unà mecum commendant vobis fratres nostros , quos huic misimus , ut eis omnem caritatem humanitatemque exhibeatis , ut præcipit beatus Pater noster B E N E D I C T U S. Mittite nobis librum Horatii & epistolas Tullii.

X E P I S T O L A

Ejusdem GODEHARDI ad THEODULUM
Episcopum.

Domino THEODULO, Pontificalium sacerdotum speculo liquidissimo, GOTAHARDUS Deo sibi monachum mentiens, prô pudor! dominicum. Scintillantis calami, æstuantis animi, vituperabilis invectionis in nos excitatæ ulterior modus cernitur esse quâm admirandus. Si in unius tam nefariae criminatiois causa me umquam reprehenderet propria conscientia, quâm verecundo vultu quamque pénitenti animo mea sponte voluisse me sequestrare à totius christianitatis communione. Absit à me deceptrix cupiditas, ut alienis tam impie vellem inhiare, quamquam sine vestris nullo modo vivere possem. Veneria, quin immo cupidinaria fascinatrix ita penitus fiat in me sospita, ut alterius copulæ junctam vel concupisibili oculo invidiose inspicere præsumam. Nostræ possessiunculæ absque fuso simulacionis repuntiavimus euge: sed non tantum postea profecimus ut debuimus, quia (ut verius scitur) neque omnes christiani christiani sunt, neque omnes viri viri sunt, nec omnes monachi monachi sunt: christiani tamen isti sunt & monachi: sed hæc conversim volumus, sed non possumus, nitimur, sed infirmamur. Qui aliqua christianitatis tinctione vel aspersione est insignitus, si catholicè excusatur tantæ perniciositatis flagitia non committere, quando qualiterve laudatur, qui tot vitiis obnoxius esse criminatur? Quod me furtive in ovile Domini dicitis irrupisse, testis est fidelis curia populi Christiani innumera agmina, quia nihil de vestræ potestatis vel alicujus alterius subjectione mihi vindicare præsumpsi, nisi quod de

poteſtatiua manu ſummi Principis hodie (non fateor utrum vellem aut nolle) fuſcepi. Hujusmodi prohiſionem obediſtionis in Regula conſcriptam vitæ Benediçtinæ non inveni, quamvis ſæpe ſæpius hinc inde detrita ſit præ manibus noſtris. Quod in hiſ deliquiſſe me ſentio ex æſtu talis pericuſoritatis, certum teneo, teſte multorum conſcientia, abſque ullo labore me emergerē poſſe. Valete.


EPIſTOLÆ
TIGERNIS.

XI EPIſTOLA

Ejusdem GODEHARDI ad A. Abbatem ANNO 991
Lunilacensem.

Abbas G. vester in omnibus confrater devoſtiſimus, A. Lunilacunenſium Abbati, multipliciſimæ in Domino ſalutes. In omnibus vos proſperari noſtri ſcítote eſſe gaudimonii: & ſi aliter, in hiſ libenter compatimur ſimiſiter. Proximo Apoſtolo-rum natalitio interfuiſmus ſollemni Miſſarum of-ſicio Pontificis * CHRISTIANI, quamvis nobis ſummo ſtudio renitentibus, epifcopaliter tamen vo- cavit vos, & hoc firmiter deſinivit, niſi INTRA QUATUOR DECIM NOCTES ad ſe veniatiſ, vos excommunicandum. Quapropter conſiliamur vobis, ut cum licentia Epifcopi veftri G. ad illum veniatiſ, & vos ipſe præſentialiter audiatiſ, qualiter eventus hujuſ rei habeatur. Si aliquid noſtri in- digebitis ad id cauſam negotii, parati ſumus quali- tercumque vultis vobis ſuffragari. Valete.

* Pata-
viensis,
V. Metrop.
Salisb. to. 1.
pag. , 03.



XII. EPISTOLA

F R O M U N D I M O N A C H I T E G E R N S E N S I S

Ad Theodulum Episcopum.

* V. epist.
18 & 19.

Domino Pontifici Theodulo Seniori nostro Frotimundus * solo vestitu monachicâ vitâ intitulatus , quicquid venerando Domino servus. Portarius monasterii sancti patris nostris Quirini constitutus , causor pietati vestræ , sanctæque Synodo vobiscum congregatae , in hoc officio quo fungor minime me posse aliquid perficere , nisi sanctæ manus vestræ juvamine. Multum namque timeo quod plures reprehendere debedo , sed de talibus tacere nequam audeo. In decimatione quam Christi pauperibus pro Dei Ecclesia beatorumque animabus elemosynaria manu dispensare debuimus , undique euge euge fraudem sentimus. Pauperiores quidem quædam subtrahunt penitiam coacti ; potentes publicè tollunt impune securi ; & unusquisque quo se redimere debet , in hoc se perdere non timet. Quocirca precamur pro amore Dei ac lege totius justitiae , ut tales providendo coercentis pontificali auctoritate vistra , ut isti sibi non audeant vindicare quod non debent , & illi ab Archipresbyteris vestrīs ceterisque sacerdotibus compulsi reddant quæ debiti sunt ; & cum juramento retribuant , quæ ab eis injuste , sibique periculose adhuc retenta sunt. Valete.


XIII EPISTOLA

XIII EPISTOLA

EPISTOLA
TEGERNS.

G O D E H A R D I Abbatis ad quamdam
Abbatissam.


A Bbas G. omnium qui præfunt ultimus, domnæ
Abbatissæ T. vel A. seduli precaminis servitii-
que devotionem in Christo. Recordamini petimus,
quod semper vos in Domino diligebamus, dilec-
tamque Christi agnellam fieri optavimus, ac nobis
in speciale nomen dilectissimæ sororis eligebamus. Ista
soror nostra venit ad nos ante Natale Domini,
multiplicis necessitatis suæ miseriam nobis con-
quæsta. quam libentissime nobiscum commorari per-
mitteremus, & in quantum sufficeremus, ministrare
illi necessaria jubemus, si qualitas sexus aliquot
permitteret monasterio fratrum feminas cohabita-
re: quia ut à sanctis viris comprobatur, stipulæ,
paleæ, ignisque numquam sibi pacificantur, nisi al-
ter alterius damno citius consummentur. Quocirca
petimus, ne ad dedecus nostræ professionis vel habi-
tus monasterialis, quo ista soror vestitur, ulterius il-
lam vagari per diversa loca patiamini: sed pro amore
Dei nostræque futuræ excusationis ante Deum, vel
ancillarum vestrarum operibus eam consociari di-
gnemini, atque necessaria, quantum eleemosynæ est
vestri, ei largiri. Valete.



XIV EPISTOLA

E B E R H A R D I Abbatis TEGERNSENSIS
ad quemdam Comitem.

EBARHARDUS famulorum Dei vilissimus ser-
vus, domino Comiti O. devotum servitium, ju-
gemque instantiam precaminum in Christo. Quia
aliunde non habemus tam firmum subfugium sicut
in vobis, jugiter insistimus suclamando vos modà
oppottune, interdum inopportune. Jussu domni nos-
tri Ducis, consilio monachicæ congregatiōnis, pe-
titionēque totius familiae nobis subjectæ, SIGIAR-
DUM constituimus nobis Advocatum: & quia vos
non fuistis cum Duce, aut in tali vicinitate, ut
vestri licentiam petere possemus; precamur ne nobis
irascamini super hoc negotio, sed cum vestra sit
gratia. Petimus etiam per clementiam vestram, jubete
vestro militi Pennoni, ut famulos & ancillas sancti
Quirini qui ad nos pertinent nobis reddat. Si ille
dicit nos habere aliquos de suo beneficio, reddi-
mus sibi libenter. Vestro militi Vvolfoldo præ-
pistis, ut nobis redderet decimationem ad Isman-
ninga, quod adhuc noluit facere. Idcirco iterum
itenimque precamur, ut nuntium vestrum cum isto
præsenti nuntio nostro mittatis, qui hoc ei à vobis
firmiter præcipiat, ut nobis decimationem reddat.
Valete.



X V E P I S T O L A

G. * Episcopi ad Henicum Regem.

SEniori nostro H. Regi victoriosissimo , G. solo nomine Pontifex vocitatus , regni vestri gubernator devotissimus. Dum crebrius nobis conquestus est E B A R H A R D U s Abbas Tegetensis monasterii , quod nullum auxilium sibi praebuistis in ulla rebus necessariis , non possumus vos diu celare. Profitetur videlicet ordinem regularis vitae se non posse cum fratribus sibi commissis retinere , præ magna penuria victus & vestitus : & cum non habeat eis dare quæ secundum Regulam essent reddenda , veretur ne forte & ipse contra Deum habeatur culpabilis , vestramque majestatem , ut illam pondere istius oneris exuatis , multum precatur. Nos simul cum illo , sicut ab eo rogati sumus , petimus , ut monachis concedatis jus electionis secundum dignitatem loci & congregationis , juxta id quod præcipit vita regularis , & sicut acceperunt privilegium ab antecessoribus vestris Imperatoribus. Valete.

X VI E P I S T O L A

Eberhardi Abbatis ad Henricum Regem.

H regali solio dignissimo , E. Tegerensis monasterii Abbas vestra gratia subrogatus , quicquid servus in regales administrationes. Cum undique inimicorum stringimur persecutionibus , nullum in his omnibus post Deum nisi ad vos suffugium speramus. Idcirco laboramus & in omnibus deficimus , quia non habemus , à quibus fideliter res ecclesiæ defensas videamus. O quam magna regalis poten-

Z ij

EPISTOLA
TEGERNS.

* f. Godehardi tunc
Episcopi
Hildeneheimens.

tia ! dicit tantum , fiat ; & perpetuum est. Hæc vestra vis imperialis auctoritatis ad nos precamur usque pertingat. Est locus super litus Tegerinsensis stagni situs , quem Poppo & Piligrimus frater ejus, simulque mater illorum abstrahere injuste à domo Dei in suos usus hereditarios nituntur. Sed precamur, ut vestro imperiali iuslī hoc interdicatis, ne falsis aut corruptis pecunia judicibus à domo Dei abstrahatur, priusquam in præsentia vestri dijudicetur. Valete.

XVII E P I S T O L A

Peringeri Abbatis Tegernsensiſ ad eumdem.

SEniori suo H. exercitus Christiani ductori nobilissimo, PERINGERUS, Abbatis vocabulo minime dignus, cum congregatiōne sibi commissa, sedularum precum devotissima munia. Sub manu vestræ defensionis ob eleemosynam vestri haetenus valde pacificè viximus: sed qui nunc nos contra vos Deumque insectantur, diutus celare non possumus. Dominus DIEMO Comes inimicabiliter persequitur nos. Habet nobis denique nostram navim ablatam, qua debuimus fratribus nostris vestitare vina & legumina, aliaque necessaria.; plura etiam retia habet nobis tulta: victimasque & granum, quod nostri debuerunt seminare in agrum. Insuper infringens domunculas servorum vi diripit ab eis omnia quæ habent: nihil eis est peculii, quod ille non jubeat perscrutari & tolli. Quid multa: nisi manus vestra extendatur super nos & res nostras, ipseque à vobis exterritus prohibeat tali flagitio, ille solus sanctum locum corporis sancti Quirini dat exterminio. Precamur ut illi statuatis diem, quo nobis navim & retia reddat.

XVIII E P I S T O L A

EPISTOLA
TEGERNS.

Fromundi monachi Tegernsenfis ad
Peringerum Abbatem.

Suo seniori P. monachicæ religionis cultori conf-
stantissimo, F.* nullomodo talis meriti partici- * V. epist.
patus. Impeditus peccatorum meorum retinaculis 12 & 19.
dignus non fui pervenire quo desideravi. Romam,
ut scitis, pergere cupivi, ut ibi, si dignus fuissüm,
gradum perciperem Presbyterii. Quodque non merui
perstrinctus gravedine mei peccati; subjaceo adhuc
tamen ponderi hujus cupidinis, similis anhelanti, ut
Deus qui omnia dabit in se confidenti, quando &
quomodo vult, præstet mihi effectum talis desiderii:
ut tam beatus labor sit testimonium animæ meæ in
die judicii, & ille cognoscat certitudinem sui men-
daci, quisquis ipse fuit, qui vobis mentitus est, me
coram Deo tale propositum falsa fictione simulare
sub fuco mendacissimi cordis mei. Sed esto. Scio, Pa-
ter veterande, culmen sacerdotalis dignitatis excelsi
esse meriti, magisque spiritualiter quam manuali-
ter hoc officium debere ministrari. Quain ob causam
quia in me nihil tale cognovi, quamvis à multis
sæpe persuasus, hujus sancti ministerii gradum usque
modo suscipere recusavi. quia quanto quisque altius
scandit, tanto durius cadit, si illum cadere conti-
gerit. Hæc omnia committo Deo vestroque salubri
consilio. Hunc gradum non multum renuo, nec mul-
tum desidero: sed vobis ceterisque senioribus in hoc
obedio. Et si talem gradum assumpsero, quicquid
tunc in eo deliquerо, puto, spero, credo, confido in
Christo mihi multo indulgentius esse, si accedo ti-
midè, non temere. Valete.

XIX E P I S T O L A

Ellingeri monachi, dein Abbatis Tegernensis
ad Fromundum.

* esse

Con marco Froumundo mirè rosulenti splendoris
in cunctis emerito, **E**LINGERUS omnium
hominum extimus, quicquid in Christo adoptari
potest festivius. Cum igitur, ô dilecte Magister, in-
timò affectu cordis meditarer, ut aliqua inreprehen-
sibilia dicta vestræ bonivolentia composuissem, &
inscitia semel & sape impediret quod voluntatem
delectaret; tunc demum confusus, baculoque vesti
secreti consolatus, speravi, quamquam sint vitupe-
randa, tamen non esse à vobis propalanda..... Nu-
per verò compéri quod me affectu animavit inedi-
cibili, videlicet vos fore * promotum ad ordinem
Presbyterii. qua de re flexo poplite flagito, quati-
nus mei infimi memoria apud vos maneat, ut ves-
tri apud me firmius invaleat..... Valete.

XX E P I S T O L A

L. Episcopi ad **A.** Imperatricem.

A Imperatrici gloriose, L divino juvamine Pon-
tificatus honore sublimatus, preces jugiter cum
famulatu devotas. Pacem dignæ quietis Ecclesia Dei
nobis commissæ cupientes, ut decet, stabililire mo-
nasterium sancti Magni. Cum fuimus ingressi, nun-
tius Comitis Sicconis redeuntis de Italia occur-
rit nobis invisè, qui fatebatur ipsum Sicconem vix
fuga revulsum fuisse de illa regione. Nam Hugo
vinculo fidæ pacis undique disrupto, belligerationis
iniquæ stimulos renovare volens, nullos vestræ di-

tionis viros, voluntatisque devotos suo libitu per-
mittit inde inlaesos discedere. Hoc vobis omnimo-
dis est trutinandum, qualiter istiusmodi discordiis sit
subveniendum. Valete.

EPISTOLA
TEGERNS.

EPITAPHIUM ELLINGERI ABBATIS.

Hic Ellingeri noscuntur membra teneri,

Quis cum justitia respuerat vitia.

Moribus Abbatum sanctis decurans dominatum,

Cum pieate patris prefuerat monachis.

Per vigili cura tulit affectis nocitura:

Lectificando probos corripuit reprobos.

Instruit exemplis cunctos plusquam documentis:

Pravis difficultis, mitibus & facilis.

Mundum despexit, dum carnis pondera vexit,

Calcans carne solum, mente petendo polum.

Jugi multarum se fonte luens lacrymarum.

Mox lassis oculis affuerat populis,

Sprexit divitias . . . ut pote delutas

Latos cuius opes praetulerant inopes.

Hujus contritam dederant jejunia vitam,

Largam muneribus oppido pauperibus.

Numquam pro Christo tali caruere ministro,

Quod populum laquit, sed Domino patuit.

Ut dilexissent illum plusquam timuissent,

Blandus discipulis sic fuit, ac famulis.

Nullum damnavit, quem judicio superadit:

Sollers consiliis, commodus auxiliis.

Mundo, dum vixit, se pro Domino crucifixit,

Gestans arma crucis talis amore ducis.

Doctrina rivotum producens pectore vivum,

Hoc sibi contiguos fecerat, irriguos.

Fornicibus pilitam qui jusserat hic fore cryptam,

Ac sibi vicinam construit ecclesiam.

Hic memor in primis per cuncta negotia finis.

*Crimina sic domus corpore dum viguit.
Pace coronatum cali requiescere flatum,
Lectores precibus poscite supplitis.*

E P I S T O L A

GOZECCHINI SCHOLASTICI,

Ad VALCHERUM itidem Scholasticum,
suum olim discipulum.

Pramissâ apologiâ , quod relicto Leodiensi cathedra magisterio , Moguntiam secesserit , mala sui temporis deplorat , ex Berengarii maximè perversa doctrina consecuta.

UNAMI suo fratri & filio VALCHERO , frater GOZECCHINUS in eo quod est esse , feliciter coësse . Retractatis multiplicibus , quæ mihi saepe ad nutum exhibuisti , benevolentiax impendis , multiplex à me tibi , carissime , & habetur & refertur gratia ; nec solum pro dulci , jocunda ac suavi veterum recordatione , sed & pro festiva novi munera exhibitione . Misisti enim mihi quem petebam librum , videlicet opera digitorum tuorum , in quo planè ostendis quanti me facias , quāmque id quod me velle nosti , non in secundis habeas . Qui utique liber ita innovat cuncta quæ mihi antehac impendisti caritatis xenia , ac si ea secum gregatim revehens mihi sistat præsentia . Hunc ergo diu à te exspectatum ut primū vidi , ut in manibus accepi ; & articulos tuos , immo te ipsum in eo agnovi , & totus in novam tui dilectionem penitus exarli , ac si antehac expertum non dilexissem . Seriò verò triumphat animus , quòd rudes articulos tuos aliquando ipse manu mea ad scriben-

dum direxerim , quodque male tornatos apices , ceteraque id genus quæ tenera peccat ætas , super dorsum tuum cuderim , ut scilicet de arbuscula nostra putans superfluam mergitum & foliorum luxuriem , postmodum de cremento & fructu ejus gauderem . Quis enim plantat vineam , & de fructu ejus non accipit ? Ego verò s̄ p en numero laboris mei dulcem messui fructum in his , quibus à me plantatis & rigatis Deus dedit incrementum : à nullō tamen eorum tanta mihi affluxit fertilitas , quin semper à te cumulatior mihi arrideat bona frugis ubertas .

Et ô utinam omnes utriusque auditori nostri asseclas tales enutrissem ! utinam vel unum talem senectutis mee baculum inter eos invenire possem ! sed heu ! juxta divinum per Prophetam conqueritur oraculum , hodie est filios enutrire & exaltare ; ipsos autem , præter admodum paucos , exaltantem se spernere . Viderint autem qui ejusmodi sunt , ne pro contemptu bene momentis patris , à Patre patrum priventur testamento æternæ hereditatis .

Tu verò , mi carissime , fac quod cœpisti , augmenta in majus & melius quæ à me bona accepisti , nec à tua umquam desinas remunerabili erga me benignitate , pro qua ab eo qui tibi me præposuit , æterna doneris hereditate . Hoc verò nec novum facis , nec præter solitum , si te mihi tam exhibes benignum : sed & cùm adhuc sub scholari fleres ferula , eadem mihi subserviebas benevolentia : & quod de te , ut de ceteris solus metus sufficeret extorquere , tu præceteris , ut in tali animante conjici poterat , magis hoc exhibebas ultronea bonitate . adeo ut totus de nutu oris mei pendères , nec quidquam de verbis meis in terram cadere permetteres . Cumque te adhuc puerum ob hujusmodi diligere cœperim , & propter alia quadam signa virtutis in te jam tum eminentia ; factum est accessu ætatis , ut spem honeste-

tiorem in dies de te captarem , considerans vim industriae tuæ ad obscuritatem lectionum , sagacitatem , vigilantiam , acumen alacris ingenii ad fugas subtilium rerum : adeo ut cum ceteri catacheseos nostræ auditores verba Magistri dictis vel scriptis nequivent æquiparare ; tu etiam totum magistrum in te videreris transfundere. Unde & ego cum fratre tuo & cum ceteris amicis quibuscum oportebat gloria-
bar, speciale quoddam mihi accrescere in areola quam plantabam aromatum, scilicet inter adultos te sapien-
tem puerum.

Ubi verbè te adultum propter bonos mores & vitæ honestatem gaudebam sedulò mecum esse , quid te gratius , quid te amabilius mihi erat ? numquidnam aliquis , vel aliquid poterat intervenire , quod te apud me in secundis fecerit esse ? Ac multarum quidem rerum atque hominum assiduitas satieratē afferre solet : te vero mihi domi forisque conjunctissimum consuetudo ipsa altius inserebat ; ut quotidie gravior , recentiorque habereris. Et merito quidem nam te mihi in cunctis adeò exhibebas unanimē , ut non solum de successu meo gauderes , verum & si quando res nostras adversa concussissent , tu multo acerbius multoque indignius atque ego , cuius intererat , tolerares. Eratque jam tum experiri quantum valeas etiam consilio , dum modò profectibus nostris gnaviter annuendo , modò incommodis viriliter obnittendo , res nostras saepè in melius reduxisti. Si quando vero ab exterioribus mihi non vacabat negotiis feriari , tu vices absentis Magistri inter adjutorii nostri concessiones ita exsequebaris , ut quæque vel legendo , vel disputando perplexè intricata , vel in theosophicis , vel in sophisticis occurrissent ; ea nodosus ipse sagaciter enodares , & de his ambigentibus ad votum satisfaceres.

Cum hæc & hujusmodi plura ita se habeant , pos-

sumne, oro, probitatem, industriam, benigitatem tuam, ceteraque id genus bonæ & circumspectæ vitæ munia oblitione transmittere, teque, ne si velim quidem, non amare? Ego vero ut prius in te puerò præclaram indolem, ita nunc totis amplector visceribus præcanam adulæ juventutis tuæ maturitatem; nec quidquam magis mihi dolet, quam quod dulcedinis tuæ privatus fructu, *velut in quadam deserti solitudine mihi degere videor.* non quia desint frequentissimi comites & carissimi assessores sed eorum nullus, aut valde rarus est, in quo caput, immo animum tam molliter reclinem. Proinde si fas esset, & ratio pateretur, continuis pulsacem aures pre-cibus divinæ pietatis, si forte detur nostras admitti voces in tra sacrum exanditionis: quatenus tandem aliquando eo loci nos componat, ubi tua vel aliorum quibus concrevi, vel quos enutriui, benignitate, qua, dum vacabat, jocundè fructus sum, adhuc frui liceat, sicut prius; & de vestro convictu gloriari, sicut antiquitus.

Licet enim aureum regni caput, nobilis videlicet Moguntia, mellifluis ubertatis suæ roris, quibus undique affluit, liberali me adspergine perfundat, & in splendidissima sacri Senatus sui corona non humili loco mihi currulem ponat; præter omnes tamen (ut pace ejus dixerim) angulus ille mihi ridet, quem mater Legia* fortis virtutum robore nodosa, indigenis suis tam delectabilem, quam jocundum exhibet. Ipsa enim, ut nosti, ex occidua sui parte, non subditis collium clavis clementer erecta, geminoque publici montis reflexu, qui in dorso non multum audaci, quatuor regularis vitæ gestat greges; ipsius inquam gemino reflexu molliter sinuata, sicut gallina pullos suos, ita hæc filios suos sub alas colligit, fovet, & nutrit, & ad omne quod civile sit, & mortibus conducat, informat & instruit: nec quidquam

GOZIENS.
N I
PISTOLA

Leodii de-
scriptio &
elogium.
* Liege.

patitur deesse, quod vel copiam regere, vel inopiam possit temperare. Allubescit quoque & alluit ad loci munimentum & copia supplementum non subitis allapsibus bicornis Mosa, fluminibus nostræ Belgiae non immerito præferenda: quæ non solùm civibus, sed & indigenis terra piscium copiâ fluit dapsilis, variis mercium commeatibus habilis, omnique prorsus commoditatum genere conducibilis, excepto (ut venia tua satyricè, licet sine metro ludam) quod si quando in convivium deorum cum nubigenis annibus fratribus suis, cumque Æolo rege & ventis suis intra palatium Junonis adsciscitur, dum longis laboribus exhausta, solito uberior Æolo propinante nives vel imbræ adhibens, inebrata revertitur; collectis influentium sibi fluviorum copiis, velut contracto exercitu, per regionem circumcircâ lymphato cursu debacchatur, quæque sibi obvia proterit & populatur; nocturna piscatorum furtæ, quæ illis impune cessisse sâpe dequesta est, prohibens punit; sata, quæ avidi agricolæ, litoreis virectis audaci sulco violatis, ubi ipsa vellet meridiari, insperserant, eluit & prostrat. Nos quoque indignata litoreis aquatilis aulæ suæ attriis placito viciniis insedisse, & calones nostros eam sèpius inquietare, domos nostras non supplex ingreditur; omnibusque expulsis, nihil deprecata, violenter hospitatur. Et quia sèpius ac familiarius inimico sibi numini supplicamus, larem familiarem discruciatis excludit *; omnesque sibi invisi numinis reliquias, etiam favillam & cinerem, eluens extinguit: donec patientiâ nostrâ vix tandem satiata, dum ei non resistimus quia non valemus, alveum suum vix demum placata repetit; & nuda nimis relinquens vestigia, in sua se palatia recipit. Hâbent quoque suburbana nostra undique versum suave olentes hortos olerum, & dulce rubentes lucos arborum, scilicet vineis nostris brachiis aliis habilio-

* extendit.

ribus sibi regionibus intendens , suprema vitium putamina & paucos inspergens thyrso , extremam impo-
suit manum . His & hujusmodi multis commodi-
tatibus Legia nostra ubertim ditata , adhuc habet
multo potiora , hiisque longe longeque præminen-
tia . Denique ipsa flos Gallie tripartitæ , & altera
Athenæ nobiliter liberalium disciplinarum , floret
studiis , & (quod his præstantius est) egregiè pollet
observantia divinæ religionis , adeo (quod pace
ecclesiastum dixerim) ut , quantum ad litterarum
studia ; nihil de Platonis expertas academia ; quan-
tum verò ad cultum religionis , nihil de Leonis desi-
deres Roma .

Inde ergo undique versum Christi bonum spar-
gens odorem , plurimam ad se gregatim confluam
allicit & recipit multitudinem : quorum nemo se ad-
huc ei applicuit , qui non profecerit in melius , nisi
ipse sibi animis obdormivit . Cum ergo nostrum sit
tale Leogium , quicumque ei derogat , quicumque
cognitum non amat , ut rusticè loquar , habeat Dei
odium . Inde est , carissime , quod continuis huc votis
ruo : & licet alibi degam , animo tamen ibi tecum
habito .

At verò forsitan me insimulas levitatis , quasi bene
vivendi , immo vacandi & gloriandi locum quæram ;
quod utique est animi vanitantis : acidéque redarguis ,
quod velut ex desiderii affectu , modò situm , amcen-
tatem ; affluentiam & sapientiam tantopere nostri
extollam Leogii , cui aliquando Moguntinam præ-
ferens gloriam , dederim libellum repudii : quodque
tanta fluitem animi inconstantia , ut modo Leogii
positus suspiriem Moguntiam ; modo Moguntiæ satur
animo Leogium recurram . Adhibes quoque tibi pa-
tronitum Flacci , ut ulcus quod tibi videris secare ,
tanto asperius satyrico sale valeat inficari . *Calum* in-
quis , non animum mutant qui trans mare currunt . Item .

GOZBCHI-
N I
BPISTOLA:

In culpa est animus qui se non effugit umquam.

Novi, carissime, te nihil sinistrum contra me moliri, nec iccirco te mihi ad resistendum opposui: sed novi canes illos, qui clandestino mortuū semper parati sunt alienam vitam discutiendo rodere, suam verò flagitiis obvolutam in cōēo vitiorum volutare. Hos mihi post tergum derogantes sub persona tua, velut in faciem resistentes, mihi oppono: his sub tuo nomine, de quo nihil sinistrum suspicor, respondere paro: ut arguta cavillantium invectione displosa, dissolutum sit quicquid umquam in me arcus livoris super his jaculator est, & enervatum quidquid serpentinus odii sibilus amarius in me cavillatus est. Unum autem verbum, & pro omnibus unum, hoc est, cuius per omnis hujus tomī areolas semper meminisse debes, scilicet ut quicquid in hoc velut conflictu laute, lepidè, amabiliter dictum sit, applices tibi: quicquid verò durè, acidè, mordaciter inspersum sit, adversæ detrahentium reputes parti.

Video, frater, video quisquis es quem sub amici persona mihi opposui, quem sub advocati scena figmenti ex adverso dicere feci, video inquam, quod ancipiti me gladio impetus, ac duplice mecum telo congrederis: in altero quidem levitatis inconstiam arguere paratus, in altero verò pertinaciam in vitiis confodere animatus. Attentiū ergo videndum est, quia in me subtilli criticorum lance uteris, quid ad singula responderi conveniat objectis. Ergo arguis in me levitatem vanitantis animi, qui velut hac illac fluitans vacare desideret, & gloriolari, pro eo quod Leogium nostrum tantopere laudaverim, meque ibidem cum necessariis meis libenter vivere dixerim, quod quidem injuriā facere, nec æqui bonique ducere videris, sed commoda nostra obliquo invidiæ oculo limate, & cinico detractionis mortuū venenare contendis. Numquidnam diversis locis & temporibus

melioris vita rationem colligere, veluti variis litteratum studiis & disciplinarum experientia, liquidum scientiae mel stipare adscribis levitati? num in melius velle proficere deputas vanitati? Numquid nam è diversis locis salubres petuntur & aquæ & herbæ, quæ suapte vi valeant quaque morbida sanare? Nonne duodecim sunt horæ diei? nonne ordinatè dispositum est quid sit agendum mane, quid antemeridianis, quid postmeridianis horis, quid vesperæ? Sed jam heu matutinum, in quo erat lætitia, transiit; & vesperum, in quo demorabitur fletus, advenit. Jam posuit Dominus flumina in desertum & fontes aquarum in litim; terram fructiferam in saluginem, & cetera. Et quid de reliquo faciendum est in hac rerum sentina, ubi cunctis quæ à Patribus ad nos de manarunt, & studiis & disciplinis tantopere reclamant mores & tempora? nun ideo, ut tu desipis, à bonis est desistendum, & nundinis insistendum, ut oblii quid deceat, quid non, Itacensis Ulyxei vitiosum fiamus remigium? nonne magis oportet quemvis, qui quidem vir siet, ut semper deteriora vitans, id appetat unde se ipso semper melior fiat? Tam vero abest ut hæc sint animi vanitatis, ut sint etiam animi ad postes ostii sapientiæ mane vigilantis; & hoc de fratre sentire vel dicere sit invidiæ & odii malignantis.

Quod autem hostili me premens telo, dicis, quid mihi & Leogio? quod olim insolenter deserens turpi notarii eloquio; cuique Moguntinam præferens gloriam, hoc ceu vilem reputaverim scoriam. Certè nimis à veritatis tramite aberrasti, vel potius totus veritate excidisti. Dic dum quæso tu, qui sub ovino vellere, lupino rictu lattas, è duobus alteri præfertur, qui postulat, an qui postulatur? quid respondere hæsitas? num tibi laqueum tendi putas? Ergo taces? satis concedis illum præferti, quem constat ab altero

GOZESCHI-
N I
EPISTOLA.
*injuriam.

postulari. Dic ergo numquid elogium* intuli Legiæ, quando eligit ut propter me rogaretur à se ditiore; exaltatâ autem Legiâ, dum vel invitatus, vel jussus à summis aurei illius sœculi viris, veni Moguntiam? numnam matri Legiæ feci repulsam? numquid eam insolenter sprevi, quam velut matrem benevolentiaë amplexibus strictam numquam deserui? Profectò non, ut cornicaris, dedi ei libellum repudii; sed de corem tripudii: non elogii notam, sed honoris coronam: quando per os meum etuctavit cor ejus verbum bonum; quando contuli in thesauros hujus affluentiaë, quod accepi de thesauris illius sapientiaë. Nec umquam hodie effugies, etiam si alter fias Prometheus, donec veris victimas fatearis, quod nihil quidquam obsit cum ratione loci mutatio, tantum de bono nihil mutetur proposito: quāmque sapientem oportet omnes vitæ rationes pro loco & tempore metiri, nec juxta leviculum Diogenem omnia in medio haberi.

Quod autem de Flacco tuo ad vitii notam mihi inutris, sive poëticum illud, sive philosophicum sit, satis sui auctoris struit argumento, ad id quod adstruendum instituit, non tamen ut proposuit, ita est necessarium: quia qui trans mare currunt, sicut cœlum, ita mutare possunt & animam. V. G. si quis idiota & insulsus Athenas perget vel naviget, ibique doctrinæ sale inspersus, stultitiam sapientiam committet. Illud autem sequens, ubi de loci vel cœli mutatione tacuit, & animum redarguit; magis facit ad rationem; nihil ad bene vivendum, vel professe vel obesse loci, nisi certa mutationem ratione. quin potius valde culpandus est animus, qui se numquam effugit talem, qualis jacet in corruptela & cœno vitiorum, & per artam moralis disciplinæ semitam ad seipsum non configuit talem, qualis effici potest in schola virtutum. At vero non est modo nostri otii vel

vel operis exquisitus prosequi , quid de his argumentando elici possit : hoc interim , si placet relinquamus eis , quorum tota natio , tota ratio , garrulitate procaci concertando , sophisticis cavillationibus totum discendi vel dicendi otium operamque insumit.

Habemus autem antiquiora his quæ ad hanc rationem faciunt argumenta , quibus probetur , quid vel patria , vel locus aliquis ad bene vivendum sapienti , nihil conferat vel auferat : quin potius ipsa sibi virtus ab bonam beatamque vitam usquequaque sufficiat. Denique Teucer inhibito sibi sine fratre redditu , cùm Salamina Patrem aversaretur , & à sociis patriam suspirantibus ubinam vellere degere rogaretur ; Patria , inquit , cujusque est , ubicumque bene est . Quo quid acutius ad hanc , qua de agitur , vitæ rationem dici possit non video , si bene esse suo accipiat modo. Socrates quoque rogatus cujacem se esse fateatur , mundanum se esse respondit , id est non unius alicujus loci , sed incolam & civem esse totius mundi. Hoc verbo designans , quod ubicumque esset , nihil de virtutis proposito mutans , idem esset ; quodque cum omnibus qui in toto mundo ratione uterentur , communem vitæ municipatum haberet. Philosophi quoque nobilissimi , sicut in veterum monumentis legimus , Zenocrates , Crantor , & Chrysippus , Aristoteles , Carneades , & Panætius , aliique innumerū , nullum certæ habitationis locum sibi ad bene vivendum elegerunt : sed semel egressi ad investigandam toto fugientem orbe sapientiam , numquam domum reverterunt . Talis est vita perfecti consummatique sapientis , quem quocumque res cedat , non in Phalardis tauro vel carnificina , quem à constantiæ gravitate , à propositi rigore nullus umquam deflectit locus ; cui totus mundus ad bene heateque vivendum unus est locus . Sed quorsum ista ? scilicet ut arguens refel-

GOZETCHI.
NI
EPISTOLA.

latur , videatque locum , vel insessum , vel mutatum , sapienti nihil obesse , cuius propositum est ubivis locorum in constantia virtutis eundem esse .

Sed quid nobis hæc peregrina ? scilicet Apostoli , quos de mundo elegit qui mundum fecit , primum sub cælesti Magistro in schola veritatis vivæ vocis auditu erudit , dein ut radii veri Solis emissi ad illuminandum , & ut sal terræ dispersi ad purgandum & condiendum , non patriam vel locum , non agrum vel domum , non quidquam quod mundi esset sibi proprium duxerunt , sed salvandis animabus primò durissimum prædicandi laborem etiam in frigore & inedia variisque periculis impenderunt : dein exemplo Magistri , qua caritate majorem nemo habet , animam suam pro fratribus posuerunt . Omnis autem beata illa posteritas quæ ex hac Patrum spirituali generatione descendit , populus scilicet acquisitionis , qui testamento sanguinis Christi in Israëliticam dignitatem adoptatus , in genus electum & regale Sacerdotium Domino eligente successit ; omnes , inquam , isti eamdem vitæ viam , licet sub varia graduum & officiorum distinctione ingressi , quia in terra aliena , non quæ sua essent , sed quæ aliorum laboraverunt ; quia non habentes hic manentem civitatem , futuram inquisierunt ; ideo in veram repromotionis terram filiorum Israël , ab eo qui ascendens captivam duxit captitatem , feliciter transmigrati , facti sunt ibi cives sanctorum & domestici Dei .

Neque vero arbitris , me aut ignorantiae cæcitate , aut oblivionis caligine obtutum , ordinatas Christianæ militiae phalangas præterire , aut eis petulantæ vagantis licentia arrogantia præjudicium inferre , quæ videlicet intrantibus novæ Jerusalem , tam se ipsis , quam infirmioribus Ecclesiæ membris armatura Dei protegendi excubare videntur , & regularis vitæ rationem , seu militaris vigiliæ stationem demigrando .

mutare prohibentur. Novimus enim divinis Patrum edictis cautum esse, ne quis, nisi recta ratione, ad alia demigret, ne quis alienum clericum sollicitet: nihil minus etiam scimus liberè permisum, si qua ecclesia in diversis graduum & officiorum functionibus minus plenos habeat, ab alia ecclesia, cui talium copia est, non negandum petens accipiat. Graduum, inquam, velut si de alia ecclesia sibi petat ordinari Episcopum aut presbyterum: officiorum, velut si sibi petat institui regularem Prælatum aut litterarum Magistrum. Scimus quoque in eisdem spiritualis vitæ gregibus alios esse, quibus contemplativæ dulcedinis felix placet otium: alios, quibus in lucrantis animabus activæ dispensationis evangelicum injungitur negotium: quorum alii circuli, alii vectes, alii vectores facti, novam testamenti arcana portant, donec eam in æterna sistant vita, in laudem & gloriam omnipotentis Dei. Hæc est illa graduum & officiorum distinctio, & bonorum operum quæ in his geruntur splendor, quem videbat propheta in ornatu Reginæ, quæ in vestitu deaurato assistens à dextris sponsi Regis, fulget circumdata varietate. Hanc eamdem distinctionem idem Propheta in ænigmate speculabatur, quando miratus admirabile nomen Domini in universa terra, pro eo quod super cælos elevata esset ejus magnificentia: miratus, inquam, Filium hominis paullo minus ab Angelis minoratum, & propter passionem mortis in confessu Patris gloria & honore coronatum, *Omnia*, inquit, *subjecisti sub pedibus ejus, oves, boves, pecora campi, volucres celi, pisces maris*. O beatus ille qui talia videbat! beata & sanctorum Ecclesia, quam, & cui, & in qua talia prævidebat! ibi enim sub pedibus Christi discretas videbat pias volucres cæli ab his, quæ obunco avitiae rostro, recurvo rapacitatis ungue mitiores aliates in ære devorant: ab his quoque, quæ ad hoc

innatant aquis, ut in profunda cupiditatum demersa, hiacem avaritiae ingluviem rapaci miserorum piscium capture pascant. Ab his, inquam, discretæ sunt mites illæ volucres cæli, quæ picturatis bonorum operum vestitæ plumis, habentes etiam virtutum pennas & duplices caritatis alas, quasi columbae volant ad fenestras suas. Ibi etiam sunt stellæ cæli, quas Abraham in promissione accepit. *Multiplicabo*, inquit, *semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam maris.* Hæ stellæ puritate vitæ lucidissimæ splendent in cælo, sicut ecclæsiæ verbis riantes, exemplis rutilantes.

Sed quid nobis ad volucres cæli? quid nobis ad stellas cæli? Nos enim sumus miseri pisces maris, nos sumus arena maris, nos fluctibus sæculi ut arena contundimur; nos æstibus mundanæ incertitudinis, ut vagi pisces circumferimus. Et quæ est nostri ad piæ volucres cæli comparatio? quæ ad lucidas stellas collatio? certè ea quæ est nihili ad aliquid, si tamen ratio patiatur, ut hoc comparatio dici possit. O utinam in aliqua spirituali lacuna procul à tempestatis bus conquiescamus! utinam sub aliquo vivæ rupis abscondito delitescamus, ubi venti fortunæ vires suas exserere, & nos ludibrium suum néqueant facere. Hanc ergo quietis lacunam & vivæ rupis latibulum nostram mihi eligerem & optarem Legiam, nisi tu tam aspero Flacci tui sale defricares levitatem meam. Eligerem, inquam, studiorum nutricem Legiam, fontem utique subtilium ingeniorum, & divinæ sapientiæ feracem locum, utpote civitatem, quam digitus Dei multiplici distinxit gratia, quæque sui similes viros dono Dei semper est editura. Sed quid dixi? quasi ipsa mea laude indigeat, & non per se satis emineat. Non enim indiget alicujus laude adumbrari, vel in commentitiam effigiem beatæ civitatis alicujus sermone picturari: quia verè viva civitas est, & beatus locus, divinæ religionis vivens.

institutis & legibus. Cum ergo augustum matris & nutricis nostræ caput nive candidius albeat reverendis antiquæ sapientiæ cunis , cumque trito gestet in vertice splendidum diadema divinæ religionis ; fulgeat quoque auro tectis insignium gestorum cycladicibus , & tota sit desiderabilis undique virtutum circumamicta varietatibus : sanusne sis , si suadeas ut umbram alarum ejus non requiram ? quod tantidem est ac si hortere , ut eam odio habeam. Numnam ut ejus solus potiaris , solus communibus fruare commodis & gaudiis ? sed absit hoc à modestia & probitate tua ; absit ut hoc umquam de te , quem tantisper norim , credat anima mea. Tam verò abest , ut à me odio habeatur , ut etiam si prohibeatur , vehementissimè diligatur.

Nec hoc dico , quin uber colonia , quam inhabito , paterna mihi viscera , & materna exhibeat ubera : sed aut tecum ludo , aut opto quod vellem , si ita sine honoris præjudicio fieri concedat Dei gratia : nec mihi debes ad vitium reputare , quod apud præstantes viros , dum res ita poposcit , constat non insolitum fuisse. Namque plena est exemplorum vetus , plena & modernæ ætatis novitas , quanti quique illustres viri certa ratione loca demutaverint ; nec loca ipsa , sed quid inibi moribus eorum oberat devitariunt ; aut certè , ut multis ad salutem prodeffent , ad alia demigrarint. Abraham quippe & filii ejus patriarchæ non tot loca mutavissent , non tot putoeos aquam vivam quærentes fodissent , si in uno aliquo loco cuncta bona vitae suæ congruentia reperissent. Jacob quoque , nihilo minus Vates quam Patriarcha , numquam in animabus septuaginta (qui mysticus numerus est) ad Ægyptiam descendisset primo ubertatem , postea servitutem , nisi canineam fugeret famem. Joseph quoque bis venditus ab invidis fratribus bene locum mutavit , qui in tempore angustiæ

GOZECHE-
NI
EPISTOLA.

multis ad vitam profuit. qui videlicet vir primo
virgâ temptationis eruditus , & camino tribulationum
ad purum excoctus , inde in dominum Ægypti excre-
vit , unde dorsum patientiæ sub oneribus & manus
obedientiæ in cophino servituti subegit.

Possem innumera ejusmodi ad medium deducere ,
nisi castigato tibi crederem ista sufficere. His ergo
Flacco tuo cum cælo & animo suo castigatus sit res-
ponsum , quām se copia suggerit , ne de cetero ali-
cujus propositum tam improvidè carpferit. Excute
ergo de manib[us] cum cælo tuo Flaccum tuum , & psal-
terium arripe mecum. Quod si non vis , sine rivali
solus ama & habe illum : satis autem inexpugnabi-
lium luce rationum superius probatum videtur. Ta-
men si Flaccus tuus raseat , quia bene vivendi locus
est , ubicumque sis , & si te animus non deficit , equus
est etiam salubris.

At attamen licet vagando & vacando bene vivendi
quærere locum , è sacrario sapientum viperas acepha-
lotum eliminet regula rationis ; tamen permagni re-
fert videre , quibuscum diverseris. Non recordaris
quid laboranti Prophetæ divinum dicat oraculum ?
Fili , inquit , *hominis* , *increduli & perversores sunt tecum. & cum scorpionibus habitas*. Num te praterit
genuina scorponum malitia , qui non dente mor-
dent , non lingua inficiunt , non ore venenantur , sed
tantùm nocent cauda ? Hos quippe scorpiones nota-
bat Psalmista cum dicebat : *Detrabentem secreto proximo suo* , *hunc persequebar*. Item , *Qui loquuntur pacem cum proximo . &c.* quos quantum ipse omnesque
sancti viri semper execrati sint , subdendo aperit :
Da illis secundum opera ipsorum , & cetera quæ se-
quuntur.

Ecce iterum me pervicaciter premens adjicis :
Numquidnam eidem Prophetæ mandat idem oracu-
lum , locum vel animum fugiendo mutare , ac non

potius ad corridentes perversores & evenenandos
Scorpiones , etiam usque ad sanguinem resistere ?
Nonne idem Propheta vincula , famem , lacum cœ-
nosum pertulit , ceteraque id genus plura , quæ à
principio semper piis malignantium perversitas in-
tulit ? Utique , frater , ita est , & tamen non modo
hominibus , sed etiam viris supra vires est semper in
procinctu esse , numquam animum ad divinæ con-
templationis dulcedinem remittere : jugiter tumul-
tuosis assultibus percelli , numquam internæ dulce-
dinis quiete foveri. Nunc iterum antiqui illius Mu-
sonii dicto , velut hostili armatis telo , dicens : Ani-
mum remittere , amittere est . & Christiano Theologi
nostrī muniris clypeo :

Numquam bella bonis , numquam discrimina desunt.
Ad hæc ego : Animum , inquam , in delicias , volup-
tatesque resolvere , & posthabitis iis quæ ad salutem
animæ operantur & protegunt , in terrena desideria
remittere , verè amittere est . Verùm animus à sœcu-
larium tumultu , quantum homini vacat , feriatus ,
si nubes curarum , si ventos imbresque detrahentium
linguarum , si tempestates & turbines falsorum fra-
trum in altum se attollens transscendat , & à dis-
tricto rigore militaris disciplinæ remissus , in illam
placidissimam & lucidissimam divinæ contemplatio-
nis quietem se totum resolvat : ita verè non amit-
titur , sed potius retinetur , vel (quod potissimum
est) tunc demum vivere videtur. Quod autem noster
ait Theologus , semper Christiano esse pugnandum ;
nihil unde vel ausim vel queam distingere : sed ta-
men salva virtutis constantia liceat dicere , satis super-
que esse laboris , si aforis in falsis fratribus bella &
seditiones cessent , interius verò nostri conatus vires
contra antiqui hostis tentamenta decerent , donec his
armaturā Dei superatis & expugnatis , donante Chris-
to accipiamus quietem pacis perpetuæ.

GOZECHEI-
NI
PISTOLA.

Adhuc pervicaciū agens dicens, semper in Christianæ militiæ castris utrumque pugnandi genus su-davisse; & Augustinum, Ambrosum, Athanasium, innumerosque notæ frontis Patres, & exterius contra apostolos & discipulos satanæ, & interius contra spiritualia nequitiae usque ad victoriæ coronam for-titer dimicasse. Assentior quidem, frater, his quæ tum verè, tum curiosè argumentaris. mihi tamen non fatis rectè omnem electorum Ecclesiam in hoc pugnæ stadio concludere videris. Nam si de fastis & chronicis, immò si de authenticis scripturarum monumentis Deo militantium colligas annales, cer-tè tam theoreticis, quām practicis, hoc est tam otiosis quām negotiosis virtutibus, eos Deo placuisse invenies. Et ut pauca de his in argumentum fidei compendio perstringam, considera sub umbra Legis Josue, Gedeon, David, & coronam Machabæorum; dein Moysen, & Aaron, Eliam & Eliseum, & pro-phatarum chorū. Ad summam nota quod Paulus de iisdem antiquis Patribus dicat: *Sancti*, inquit, *per fidem vicerunt regna*, & cetera quæ sequuntur usque *circuierunt in melotis, & in solitudinibus er-rantes*. & tandem omnibus enumeratis concludit dicens: *Et hi omnes testimonio fidei probati inventi sunt*. His & hujusmodi, si diligentiam considerationis adhibeas, videbis certè Patriarchas quidem practicè negotiis instantissimè occupatos: Prophetas verò contemplativæ quieti serena mente feriatos. Quo-modò enim aliter, vel isti salutem gentis sue forti-manu propugnarent, vel illi serenato mentis oculo beatas visiones viderent? Nec hæc dico, quin in utro-que ordine fuerint plures utriusque propositi: sed hæc tamen adscribitur generalis distinctio utriusque ordinis. Transacta autem veteris testamenti nocte, in cuius firmamento memorati Patres velut clari-simæ lucebant stellæ, ubi illuxit dies quam fecit

Dominus , & ortus est Sol iustitiae Christus Jesus , vide Barjonam Petrum , & Vas electionis Paulum usque ad martyrii coronam in acie perstuisse : Johannem vero angelicæ virginitatis Theologum , & Lucam Evangelii conservum , quorum alter primò contra bestiam Domitianum aliosque Antichristos fortiter decertavit ; dein vero sospitis eamdem bestiarum furoribus , theologiæ otio vacans , & in ipso divinitatis arcano Evangelii calamum tinguens , in pace consenuit . Lucas autem cum peripathetico Paulo aliisque Evangelii veredariis primò circumquaque defudavit : dein in theologiæ otium se conferens , & sacram incarnati Verbi historiam texens , beato fine in pace obdormivit . Vide dehinc quos memoras , Augustinos & Ambrosios , ut verè asseris utroque pugnandi modo , in acie feliciter perstisse . E diverso autem attende Paulos & Antonios , aliosque innumeros Christi cruxifixos pæne ab exteriori turbine vixisse feriatos : atque etiam ipsa interioris pugna certamina adjuvante gratia Christi post tergum mississe , & jam quasi in cœlestibus ei conregnare qui dicebat : *Nostra conversatio in celis est.*

Nec solum Theologi evangelicæ lucis irradiati claritate , verùm & priores Philosophi & heroes quamplurimi gentilibus obvoluti tenebris , nondum exorto Sole iustitiae , & negotiosis & otiosis virtutibus , quas partim naturæ beneficio , partim libera- lium disciplinarum studio assécuti sunt , vitam suam in illo suo honesto & utili sollerissimè exercuerunt ; quando alii eorum vel artis militiae stipendiis devincti , vel publicis administrationibus perfuncti , domi forisque graviter agendo , terra marique fortiter pugnando , celebre nomen sibi perpetuo (ut putabatur) propagarunt . Alii vero vel emeritis laboribus nobili otio donati ; vel etiam in otium quod elegerant odio sacerdarium , se conferentes , vel scri-

& solidissima mens primitivæ in Electos persecutio-
nis manu detergit dicens. *Omnis qui volunt in Christo
pie vivere, persecutionem patientur. &c., Non corona-
bitur, nisi qui legitiime certaverit.* Adhibes quoque
præter ea certanti scutum divinæ protectionis, quo
Dominus in Propheta perduelles suos confortans
dicit: *Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum
ut eruam te, dicit Dominus.*

GOZICHI.
NI
EPISTOLA.

Fateor quidem, carissime, vera sunt & ea quæ de
crassa satyrici Damalissippi profers minerva, ubi poë-
ticum figmentum philosophicum habet argumentum;
vel ea quæ de divino producis oraculo, ubi sine nube
figmenti, clara patet veritas argumenti. Vera, in-
quam, sunt, & omnino idonea, non tamen omnino
efficacia ad persuadendum, quando animus irrevo-
cabilis tenore ab his diversum eligit propositum. Di-
dicisti cum Tullio docente oratoris officium & finem.
Officium quidem, aptè ad persuadendum dicere: fi-
nem vero, persuadere dictione. Hotum ergo alterum
optimè affers, dum aptè ad persuadendum dicis: al-
tetum vero minimè, quia dum persuadere dictione
minime vales, sine excidis. Nosti autem quod tanti
æstimatur officium, nisi sine suo, id est effectu po-
tiatur: quanti est satio, si numquam metatur. Pro-
inde aptè de labore dicens, officio rectè fungeris: sed
dum quietem & otium eligenti persuadere non po-
tes, ut supra dictum est, sine excidis. Quis enim ho-
die otium negotio non preferat, quando, si labores
in vacuum cadat; si cesses, tantidem valeat? Quis
enim non temperet a labore, ubi negato etiam
eo de quo convenisti denario, minimum laboranti,
plurimum conferat otianti, si quidem otio bene-
utatur? Quis autem, nisi mente captus, tali pergit
tempestate supra spinas ferere, ubi mala terra tri-
bulis genuinæ perversitatis horrens, salubrem cultoris
manum, & bonum verbi semen spernit admittere?

GOZECHEI-
N I
EPISTOLA.

Felix utique terra , in qua per verbum hominis se-minatur verbum Dei , quæ caelestibus rigata & compluta docentium nubibus , centuplum reddit fructum ad horrea Domini Dei sui. Extræ terra illa ferrea merito cælum habet æneum , quæ accepto semine non fœcundata germine , quicquid spinarum & zi-zauiorum generat , in tempore messis alligatis fas-ciculis mittitur in ignem æternum. Denique tali terræ & tali vineæ cultoribus non respondenti Pa-terfamilias merito iratus , per Prophetam minatur dicens : *Non putabitur , nec fodietur , & nubibus man-dabo ne pluant super eam imbre.* scilicet eos quos secundum propositum prædestinationis p̄t̄xvidit dam-natum iri , hoc verbo secernens ab his , quos præ-scivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Inde etiam , ut arbitror , Legislator & Proph-eturum Dominus in suo , de quo tota Lex pender & Prophetæ , Evangelio loquitur dicens : *Nolite sanc-tum dare canibus , neque margaretas mittatis ante per-ecos.* quo utique verbo damnandos secrevit à salvan-dis , ne surdis prædicando in vacuum cedat pia sol-litudo laborantis.

Jam tandem , carissime , fateris , ut arbitror me-tali temporis articulo mihi , tibique , & piis omni-bus , nec frustra , nec otiosè exoptasse otium: quippe quando nec honesto , nec utili , vel certè (quod his antiquius est) saluti non respondet negotium. Unde , ut arbitror , veris victus , & quietis illecebrâ ductus in nostram cedis coloniam , nec ultra , si sapis , infensor otii contra defensorem insinues querelam. Ut autem pernoveris quod nunc huic tomo maximè in causa est , mihi quidem optabile requiro otium , utpote qui longe longeque ultra legitimæ missionis metam emeritis milito stipendiis : tibi vero , licet adhuc succulento & viridi , & piis omnibus tantidem , quia timeo , vel certè video quod in laborando frustra vol-

vitis rotam nativitatis. Quare autem frustra , quia superius abunde est expressum , castigata disputatiō idem repetere superfluum est. Nostī præterea quod Levitæ ex mandato Legis à xxv annis & supra jubentur ministrare ; à quinquagesimo verò qui & Jubilæus est , & mysticis celeberrimus sacramentis , custodes vasorum fore. Maturius autem lege militarium sanctionum tyrones scribuntur ad militiam ; eamdem tamen , quam & illi , legitimæ missionis habent metam. Cathedra quoque Scholaris magisterii & juxta metam militaris disciplinæ in auditorium catecheseos habet januam institutio- nis : sed longè maturius absolvitur exitu necessariæ missionis . cuius laboris tempus , quia nihil difficultius sub sole geritur , vel quod magis operarii sui vires exhauriat , à sapientibus præfinitum est septenne , nisi de cetero is qui præst , auctoritate præsideat , non labore. Omnes itaque has metas , partim tu , carissime , ex toto : ego jam dudum transegimus , & adhuc gemimus sub fasce , adhuc in eodem desudamus labore ; & nulla nobis adhuc arrisit gratia emeriti honoris , quæ ex æquo compenset vicem tanti laboris. Non est , præter admodum paucos , qui opus illud retractet , non est qui recogitet. Liberales enim disciplinæ mimis & histriōibus posthabentur , & pene per tabernas mendicare videntur , pecunia illa super ... philosophatur mammona , super Reges & Tetrarchas omnibus dominatur. Ad summam omnia virtutis præmia feralis possidet avaritia , & in regno pecuniae ambitio sua taxat mercimonia. Quid de tantillis nobis credamus futurum , ubi lapides sanctuarij dispersi sunt in capite omnium plateatum ? Quæ verò sperari vel concupisci potest , aut dignitatum ministratio , aut spiritualium vasorum custodia , ubi non vasa misericordiæ præparata in gloriam , sed ubique videntur vasa itæ apta in interitum , à vasis

Scientia
infructuo-
sa.

GOZICHI-
N I
EPISTOLA.
Auctor
mala sui
temporis
deplorat.

crateratum usque ad omne vas musicorum?

Ex eadem itaque toxicata avaritiæ radice, & ex hoc pestifero zizaniorum semine male orta est & quotidie in pejus pullulat exitialis morum & disciplinæ jaætura, adeo ut in nullo regularis officii regimine liceat uti sollemni majorum censura vel ferula: sed si tortuosis vitorum anætaæibus manum in virga directionis stimulo represseris, continuò pro majoribus quidem aut multitudo similium propugnatrix, aut pecunia defensatrix accedat: pro minoribus vero aut immatura libertas, aut allatis pedibus fuga liberatrix intercedat. Sed de majoribus silere præstite rit, veritas enim odium parit. At vero hi qui adhuc sub scholari ferula erudiendi essent, quia ignaviae, socordiae & deo suo ventri manus dederunt, dum instrui refugiunt ad gravitatem moralis disciplinæ, ut levis palea circumferuntur omni vento doctrinæ, & juxta eundem Appostolum sanam doctrinam non sustinentes, sed ad sua desideria coacervantes sibi magistros, prurientes auribus, vanis & pestiferis inserviunt vocum vel quæstionum novitatibus: & qui adhuc nudum & molle lutum in rota disciplinæ artifici pollice & vehementi torno formari deberent in vasa gloriae, ab inde in externa fugitando resilientes deformantur in vasa contumeliae, qui etiam si aliquid extremæ vel garrulæ cujusdam scientiae colligant per eruditoria, quasi vagi palantesque nullo contenti discursant, quia de moribus extrema, vel nulla quæstio est, reversi ad suos, excusso ab indomita cervice timoris jugo, & disrupto disciplinæ freno, seipso perdite vivendo, alios fermento malitia corrumpendo, totos rapiunt in præceps.

Quidam vero facti suæ cujusdam institutionis pseudomagistri, dum certum ignorant præsepe, nec in sua quæ non habent, se possunt recipere, hac illac per villas pagosque urbesque circumcurrant, novas

Psalterii , Pauli , Apocalypsis lectiones tradunt , juventutem novorum cupidam , levitatis pedissequam , disciplinæ refugam , post se per voluptatum declivia trahunt : reverentiam disciplinæ , subjectionem obedientiæ , observantiam religionis , postremo omnia regularis vitæ munia perditissimâ morum corruptione confundunt .

Et ne fortè me putas in hujusmodi derogantis lingua tela dirigere , & novorum , immo meliorum suggestionem invidiose texere ; non omnino credas verbis meis , crede potius oculis & auribus tuis . Vide si placet quām sanæ doctrinæ , quām salubris disciplinæ , Theologi de Turonensi emergant academia , cui præsidet ille apostolus satanæ BERENGARIUS . Vide inquam , quām pestilentes , immo letiferi scorpiones & reguli de cavernis erumpant totius nostri temporis Babylonie . qui hæresiarchæ sui musto ebrii , & veneno delibuti , de sacris sacrilegas introducunt novitates quæstionum , ad nihil utiles , nisi ad subversionem audientium : quorum sermo ut cancer serpit : quia scientia quæ inflat , non ædificat , sed subvertit .

Isti de rebus sacrosanctis , de cælestibus scilicet Sacramentis , quæ sancti Patres , quotiens ad ea se audebat tractatus eorum attollere , videntes ea non solum sermonem , sed etiam humanam superare rationem , & reverenter , ut oportebat , attingebant ; & , ubi opus erat , habentes clavim David , subtili discretione aperiendi ; & claudendi , quantum ad sobrietatem sapientibus satis esset , ea catholicè exponebant . de his ; inquam , rebus & Sacramentis & novas , & peregrinas cudent à fide intelligentias ; & ipsa Sacraenta cælestia , quæ in altari convercantur , dicentes umbram esse non veritatem (quod lingua refudit & auditus perhorrescit) obnoxia contendunt ventri & secessui juxta naturæ necessita-

Berengarii
perversa
doctrina .

GEZCHI-
NI
XPISTOLA.

tem , quæ scilicet naturæ Dominus in fœdere huma-
næ reconciliationis omnipotentiâ suâ Sacramentum
fecit , & Christianæ animæ escam spiritualem , unde
in æternum vivat , dedit. Iste eumdem Agnum pa-
chalem , qui eadem Sacraenta in seipsum ineffabi-
liter transformans nobis condidit & consecravit ,
crudum vel coctum aqua , non assūm igni comedunt ,
& quod ejus residuum est , & semper erit (quia nul-
lus umquam mortalis , quantumlibet sciens , ad in-
carnati Verbi arcana plena intelligentia in hac vita
penetrare potuit , aut poterit) igni non comburunt.
Isti improvidam simpliciorum fratum facilitatem , &
maxime , curiosam discursantium perfugatarum levita-
tem novo quodam docendi lenocinio occupantes ,
primo ipsam Scripturarum superficiem , quasi planam
ad septicolonnem sapientiæ domum ostendunt viam ;
& rectam , velut ad portum salutis , demonstrant se-
mitam : deinde sophisticae disputationis retibus cap-
tos , & carnalis scientiæ acumine hebetatos , per cap-
tivos necessariæ argumentationis ducunt anfractus :
dohec extranea & à salute peregrina quæstionum
novitate pulcrè ad perniciem instructos , unà secum
demergant in puteum interitus.

Tales ergo quia non advertunt , quod non humano
aut sæculi sensu in Dei rebus sit loquendum , quod-
que inventum mel ad sufficientiam , non usque ad
nauseam sit comedendum ; dum sua freti sapientia
nimium Majestatis profunda scrutantur , oppressi à
gloria in errorum profunda præcipitantur : & dum
impudenti carnalis sapientiæ audacia lippientes ocu-
los animalis hominis , qui non percipit ea quæ Dei
sunt . in verum Solem desigere nituntur , ipsius in-
accessæ lucis radiis repercussi , in exteriores errorum
tenebras projiciuntur. Isti de divinis Sacramen-
tum mysteriis , semper quidem reverendis , nec um-
quam humano sensu aut ratione attingendis , dum
impiis

impiis non timent contentionibus inservire , nihil
fano auditu dignum merentur diffinire : & dum na-
turæ terminos volunt includere , & id quod totius ra-
tionalis creaturæ rationem superat , humana ratione
pergunt concludere , verè in lapidem offensionis &
petram scandali impingunt : quia de piis sanæ doc-
trinae uberibus pro lacte , butyrum aut sanguinem
exprimere contendunt. Hanc mortiferi dogmatis
pestem ab Ecclesia sua Christus Jesus radicitus evel-
lat , priusquam modicum fermentum totam massam
corrumpat.

GOZECHI-
NI
EPISTOLA.

Cùm ergo hoc toxicò, insuper & multiformi malitiæ
& nequitiae fermento tota undique fermentetur Eccle-
sia, nec usquam pæne sinceritatis & veritatis integrum
servetur azyma: cumque nemo pæne sit qui contra hæc
vel ad vera bonæ vitæ instituta, vel labore ipse , vel
laborantem debita mercede remuneret ; & ob hoc
ipsa quæ vix residua est , laborantium paucitas tædio
victa , à labore temperet : quis negotio non antepo-
nat otium ? quis inutili labori & clamori ad surdos
non præferat quietem & silentium ? Posui inquit,
ori meo custodiā cum consisteret peccator adver-
sus me ; obmutui , & humiliatus sum , & filii à bonis.
Et quid hujusmodi humiliatis & à bono silentibus
agendum sit , Jeremias docet dicens : *Sedebit solita-*
rius , & tacebit , quia levavit se super se.

Hæc omnia sapienter despexit HERIMANNUS
Remensis , DROGO Parisiensis , Spirensis HUORE-
MANNUS , Bavenbergensis M E I N H A R D U S , &
præterea multi , & præstantes , & præcipue auctorita-
tis viri , qui præciliis speciebus , & abdicatis labori-
bus , studiis valefecerunt ; & sapienti consilio usi ,
in Theologiæ otium concesserunt. Ego verò quid
facerem ? cur non idem vitæ propositum de cetero
eligerem ? Ego verò ac lubens. Ad hoc enim eti g-
eneralis pitorum omnium querela vel causa me non

Vet. Analect. Tom. IV.

B b

GOZETCHI-
N I
EPISTOLA.

Qualis an-
tea rerum
status.

urgeret, singularis tamen vite meæ decursus & re-
rum mearum proventus me idem eligere satis mo-
neret. Vitæ namque decursus continuo laboris attritu
effetas exhaustit, si qæ supersunt, corporis vires,
& præmaturas inspergit capiti nives: unde & matu-
rum mihi minatur exitium, nisi maturè me confe-
ram in quietem & otium. Proventus autem rerum
mearum, licet abunde expetendarum affluat copia,
tamen maximè desiderabilium aporiatur inopia, eo-
rum utique de aureo majorum sæculo priùs audita,
quæ felicioribus nostræ memoriaræ diebus ipse oculis
meis vidi, scilicet fidem non fictam, & veritatem
integram; præceptum Domini in invicem conservare,
justitiæ & æquitati nihil anteponere; nihil re-
mittere de gravitate disciplinæ & religionis, nihil
admittere quod non esset publicæ utilitatis & ho-
nestatis; ceteraque id genus omnia, quæ in luteis hu-
manæ naturæ cratibus auratis possunt mentes ædi-
ficare, & in valis fictilibus desiderabiles thesauros
reponere. Hæc sunt quæ melioribus nostræ memo-
riæ diebus me videre, & his interesse serio gaude-
bam. Nunc verò quia pæne ex toto defecerunt; non
tam meam quam communem defleo miseriam.

Et ut antiquiora, & ob hoc meliora se raseam tem-
pora, & his loquar quæ partim ipsi vidimus, partim
recenter gesta fidelis relatione didicimus; à diebus
domini NOTGERI nostræ urbis Episcopi, eorum
Pontificum qui ei contemporales in Ecclesia flore-
bant præcipui, usque ad hæc quæ jam in miseria de-
fluxerunt duo lustra, misericordia & veritas obvia-
verunt sibi, justitia & pax osculatae sunt. Nunc au-
tem de terra sublata est, & justitia in cælum re-
cessit, & repentino quodam fortuna impetu, &
monstruosa rerum perturbatione inversa & perva-
sa sunt omnia; & ut breviter dicam, omnino præ-
dictis contraria. adeo ut si quis inter has sæcula

tempestates eodem rationis clavo & eadem via mandatorum, quasi cælestium ductu siderum, velit seipsum & sibi credita regere; ipsâ turbinis violentiâ percussus cogatur ab incepto resistere. quod quâm horribile, quâm monstri simile sit, nulli facile explicable est. Legimus enim nobile illud prioris sæculi aurum argento ceteris inferioris pretii metallis sensim & per temporum intervalla degenerasse, nec tam subito sui coloris speciem amississe. Nunc autem, ut præmissum est, monstruosa & inaudita quadam rerum perturbatione, quasi in momento, à suo statu subversa sunt omnia: nec pæne quisquam est, qui proprii ordinis vel officii servet legitima: sed desiderabile illud nostri temporis aurum repentina quodam casu, non, ut prius, per temporum intervalla, non in argentum vel cetera quantivis pretii metalla, sed in stipulam & fœnum, aut certè in favillam & cinerem omnino redactum est. Ut enim cuncta quæ superiùs objectis tuis respondendo deuestus sum, compendioso recolligam epilogo, postquam clarissima duo Ecclesiæ luminaria, quæ nimis sero Deus accedit, & nimis maturè in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum abscondit, HENRICUM dico secundum Imperatorem, & LIUTBOLDUM Moguntinæ sedis Protopräsulem, in quos aurei sæculi fines cum maxima sui decoris specie devenerunt: hæc, inquam, clarissima duo luminaria, postquam ab his tenebris ad veram lucem, à qua etiam huc alluxerunt orbi terræ, ut otamus & optamus, assumpta sunt; quidquid divinæ religio-
nis, quidquid æquitatis & iustitiae, quidquid liberalium studiorum, quidquid moralis disciplinæ ubique vigebat, sicut tunc temporis Ecclesia & vario virtutum decore & multiplici liberalium litterarum propagine florebat, cum eis pariter sepulta, immo in celum recepta sunt: ita ut nihil eorum pæne reman-

GOZECCHI-
N I
EPISTOLA.

serit in terra præter admodum pauca, & hæc ut umbræ inanis vestigia.

Namque in primis hi qui in populo Dei Magistratus & Duces locum regiminis occupant, sine respectu Dei videntis, sine metu hominis corrigentis, omnes pñè quæ sua sunt querunt, non quæ communiter & aliorum: quia non est timor Dei ante oculos eorum. & ideo contritio & infelicitas in viis eorum. Et quomodo cognoscent viam pacis, qui devorant, inquit, plebem meam ut cibum panis? Quia verò non est qui hoc requirat, non est qui arguat; pro studiis divinarum Scripturarum invulnerunt studia partium, pro gravitate & modestia religionis gloria & gloriatio vanæ elationis: & dum divitiis & honoribus gestiunt alter alterum prævenire, nec timent profanis mentibus odiis & contentionibus deservire; nec quidquam pensi habent, cum tyrannidem potius quam regimen exerceant: ad quem exitum, immo exitium talia provenire debeat? Hæc autem majestas & talis potestas, si quando sedeat pro tribunal, ut subiectorum facta debeat examinare, & neglecta in oculo suo trabe de oculo alterius festucam eruere; avaritia comes in medio adstans declamat querelas, exudat causas, fas & nefas, sacra & profana in medio haberi deplorat: miserationem judicum, auctoritatem legum, jura divina & humana implorat; & nisi id quod arguitur, in loculos nummati illius qui incesserit fuerit punitus, perturbationem conqueritur fore omnium judiciorum. Hoc autem tonitruo cunctis terrore percussis, ipsa utrumque susurranti inclinat aurem, utriusque partim linguam aptat venalem, utrumque torvum retorquet oculum, utriusque promittenti rapacem portrigit matum: & quem modò quod concupivit habentem accusat, modò quod querrebat dantem excusat: perorata verò causa violentiæ &

rapacitati ceterisque concurialibus suis media residens, de libro suo legit quod sit justum, & eisdem iuratis legibus sibi assentientibus lege nummularia in reum profert judicium ; & tamdiu vinculatus teneatur reus , donec illum absolvat mammona deus : quémque modò Labeonem lege Cæcilia suffixit cruci, modò Catonem lege monetaria donat curuli. In omni autem concione hujus potestatis hoc proponit auctoritas legum , in hoc consentit summa judiciorum , ut qui non potest solvere de immenso suo, solvat quod compar sit de dimenso suo : & si non habet unde solvatur , sine miseratione cruci figatur.

Inde est quòd cum in nundinis sanctum videmus Evangelium , venales in Ecclesia columbas & cathedras vendentium , nec longè ab his mensas nummulariorum , quia hodie nec gratis quidquam accipitur, nec gratis datur. cum hæc, inquam, videmus, attenitiùs vacamus omnes foro quam choro, cautiùs usurris quam Scripturis, impensiùs mercationi quam religioni ; magis implendis capacibus marsupiis, quam assequendis liberalibus studiis : & omnino omissis his quæ evangelica veritas, apostolica institutio, sanctorum Patrum auctoritas ecclesiasticis sanxit disciplinis, saecularium desiderio adeo inhiamus, cumulandis divitiis tantisper occupamur, ac si tali pretio vitam æternam mercari mereamur. Quare hoc ? quia tanti quantum habeas sis. *Omnis enim res*, ut ait quem nosti ,

Virtus fama, decus, divina humanaque pulcris

Horatius.

Divitiis parent, quas qui contraxerit, ille

Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam Rex,

Et quicquid volet.

Cum ergo ex ea quæ malorum omnium radix est avaritia , hæc horribilis spinarum silva emergat ; facile , immò horribile est videre , hoc spinetum quem fructum ferat. Inde est quòd dum acquirendis

B b ij

GOZECHE
NI
EPISTOLA.

GOZECHEI-
NI
ERISTOLA.

immorimur studiis , in comparandis honoribus invicem præcurrentes , non honore invicem prævenientes ; antiqua divinæ religionis immutata facie , paterna moralis disciplinæ pâne in fabulam redacta institutione , frater fratri invidemus , alter alteri mordendo derogamus : invicem accusantes intestina bella movemus , acutis verborum spiculis fratrum corda confodimus ; dolos in corde versantes , simulationem in vultu , fallaciam in verbis proferimus , & omnino ad injuriam mandatis Dei omnia mandata ejus præ pecunia parvi habemus. Postremo omnes levitate & morum inconstantia , quasi arundo ventis , adeo agitamus , ut in quo pridie studiosus vehemens vel certè nimius fueris , postridie nequidem memineris. Et quid super his speramus futurum ? certè hoc , ut facto de resticulis flagello omnes hujusmodi Dominus ejiciat de templo. Valde etiam timendum est triplex illud animadversionis flagellum , quod per Prophetam populo peccatori Dominus intentat dicens : *Ecce ego inducam super eos gladium , famam . & pestem , & disperdam eos in omnem ventum.* Hujus autem flagelli quosdam quasi ramos & prænuncios videmus sensim de terra oriri , quando paulatim conterit Dominus baculum panis & lætitiam vini , dum inter Christianos audimus geri bella & seditiones , super Christianos paganorum crebras incursiones. Unde datur conjici id quod restat , nisi correctione nostra propitietur Deus , non diu dilatum iri.

I nunc , Frater , age contra otium & quietem , & qui ea hoc tempore concupiscit , voca pigrum & sordem. Et ô utinam desperatis laborum præmiis ea potiamur optata & salubri quiete , cui non labor succedat , sed gloria accedat in Senatu cælestis curiæ ! Si quid , Frater , nosti rectius , candidus imperti : si non , uterè mecum. Quod si generosa magnanimitatis tuæ fortitudo adhuc his non acquiescat , & eam

nihil arduum aggredi pigeat : alium quām me tibi
 quāre Ferentarium , quia me hoc tempore in pugna
 non habebis socium : vel quāre alterum Martium ,
 cui opus hoc ecommittas , cui tamen bonis initiiis
 meliores eventus , quām illi Romano tribuas. Ego
 verò licet in illo quām ferali , tam diutino vincu-
 latus carcere , quantalibet potero effetas vires sola-
 bor quiete : & spero quod aliquando tandem exau-
 diar , & longa optatæ missionis ducens suspiria , si
 non emeritus , saltem emissus , alicui transscribam
 mea tristia regna. Nihil verò in voto meo ponens ,
 aut voluntati relinquens , me lutum suum ex toto
 committo Figulo meo : ipse me singat in rota sacer-
 laris ordinis , prout federit beneplacito suo : utcum-
 que me ejus tornet potentia , nihil addam , nisi sol-
 lemne illud obedientiæ verbum , *Fiat voluntas tua.*

Constat , Frater , quorsum abertravimus , quorsum
 à recti itineris linea cursum nostrum detersimus :
 quoniam me abduxisti ignarum , adque verborum di-
 verticula me traxisti dulcedine tuæ caritatis ebrium.
 Vide frater , & diligenter vide , ne dum quædam Scrip-
 turarum sidera incautè sequimur , in cautes & syrtes
 adæsti charybdeum incurramus naufragium. Vide , in-
 quam , etiamsi minùs libito , ne dictum sit amplius
 licito , quia flagelli plaga livorem facit , flagellum
 lingue comminuit ossa. Proinde jam nunc illuc redeat
 oratio , unde abiit , & ad te revertatur , unde prima
 ejus scaturigo profluxit : & quia à caritate cœpit , in
 caritate desinat. Caritas verò numquam excidat , sed
 hîc sata & clementata , veram sui plenitudinem præ-
 tripiat in vita æterna. De probitate autem tua , gra-
 vitate , modestia , & constantia , deque ceteris bone
 vitæ functionibus satis in superioribus dictum sit : de
 affectione verò tua , benevolentia , ceterisque huma-
 nitatis officiis , neque hîc , neque ibi satis umquam
 dici poterit. Hoc tantum tibi imprecet , ut semper

GOZECHEI-
NI
EPISTOLA.

in melius & majus proficias , donec ad eam adspires
crementi plenitudinem , in qua nullum detrimentum
pertimescas . Porro hunc quia desiderabilem thesa-
rum in fictili vase servas , non otiosum duco si te
commonefaciam , ut diligenter adhibeas pervigilis
cautelam custodix . Hoc autem feceris , si cunctas tuæ
civitatis portas , omnes hujus luteæ domus fenestras ,
custodia humilitatis sub sera & sigillo habeas : si
cunctos hujus fictilis vasis exitus & aditus virtutum
repagulis munias , ne vel exitus his qui intus ser-
vantur , vel aditus pateat his qui foris insidiantur :
quia si elationis levitate foris effluant ea quæ intus
bene congesserat operosa manus solliciti laboris ; con-
tinuo ea , aut difficile , aut numquam recolligenda dis-
perdet & dissipabit ventus superbiae in perditionem
suæ vanitatis . Si verò à foris patente aditu maligni
irruperint hostes , ea quæ plurimo cum labore intus
gesisti violenter diripient , nihil reliqui victo præter
gehennam facientes . Proinde quidquid gratiarum in
te divinitus collatum est , quidquid divini munieris
in thesauro conscientiae tuæ collectum est ; nec mihi
imputetur plantanti & riganti , nec tibi terræ uber-
tini fructificanti : sed totum referatur ad Patrem lu-
minum , à quo est omne datum optimum & omne
donum perfectum .

Possim quidem uberioris & plenius perfectionis tuæ
munus applaudere : sed propter notam assentationis
non patitur gravitas modestiæ . Librum autem quem
mihi scripsisti , quémque mihi scribendo occasionem
fecisti , in quo mihi articulos digitorum , oculos &
animum , inclinium cervicis , laborem capitis , immo-
te totum animo meo insinuasti ; in exterioribus meis
non invenio unde possim ex æquo recompensare , vel
plurimæ benignitatis tuæ talionem reddere . Sed pri-
mò rogatim ab eo tibi restitui , à quo haec & omnia
quæ habes bona accepisti , ut ad invicem hujus be-

nevolentiae aureis bonorum operum litteris nomen tuum scribatur in libro vitae. Dein non dormitabit nostra erga te perpetua devotio, si permodestè succinctis rebus nostris, quantum utriusque nostrum ad honorem conducat, remunerandi subluceat occasio.

GOZECCHI-
NI
EPISTOLA

Jam tandem his quæ dicenda erant, prout negotia patiebantur, explicitis, calamus se totum novo scribæ scalpello, non Judaico, sed scholastico more circumcidat; & ad te recipiendum, salutandum, festivè habendum, non quantum latius, sed quanto lautiùs valet, accingat: quia te quem interius in visceribus Jesu-Christi teneo complexum, aforis non dimittam, nisi lautè acceptum: sciasque ejus dapis te esse debitorem, cuius te nobis festivum exhibuisti convivam & assestorem. Saluto té cum paucis; licet sim cum multis: quia vel pauci sunt indigenæ ejus quam seruo coloniæ, qui norint quanta virtutum dote industrium ornaris animum; vel pauci sunt boni rerum aestimatores, qui sanum de rebus ferant judicium. Si enim te noscerent, & de te pro meritis aestimarent hi qui multa bona noverunt & oderunt, profecto te amarent. Saluto te cum his cooperatoribus nostris, qui ad bonam frugem instituti de academia nostra ascenderunt, & in locis certè præcipuis magisterii cathedram sibi vindicaverunt. Saluto te cum tyrunculis nostris, qui adhuc in scholari desudant palestra; nobilissimum utique bonæ indolis florem, qui ad nutum oris nostri fructum suum meditatur etiam sub ferula: quorum etsi non in tibi scripta legeres, tamen notitiâ careres, cum faciem ignorares. Quo tamen verbo me ipse coarguo: quia si cuiusque notitiam ex facie metiris, nec te nosti ipsum, cùm faciem tuam numquam ipse videris. Saluto te super omnia ea genuina caritate, qua te in cunabulis disciplinæ, elementario eruditionis lacte nutriti, & ad solidum perfectioris doctrinæ cibum usque perduxí,

GOZECHE-
NI
EPISTOLA.

ut de cetero commilito meus in acie , & concolonus in labore , communiceps mihi sis supernæ civitatis & coheres aternæ hereditatis. Salutatus ergo saluta ex meo nomine humili fratres meos , non quos caro & sanguis in unam mili congeneravit cognationem , sed quos aqua & Spiritus in unam mecum regeneravit adoptionem : ut coheredes Christi in regno Dei Patris testamento sanguinis ejus sortem accipiamus aternæ beatitudinis. Saluta ergo patres & dominos , fratres & amicos ; patres cura regiminis , dominos dignitate prælationis ; fratres in Deo Patre , amicos in caritate. Saluta inquam unumquemque eorum , prout nosti mecum esse vel tecum. Salutatio mea sit ad vos omnes , ut eo adjuvante in quem credimus , pariter simus aternæ vitæ confortes. amen.

A D N O T A T I O .

Superiorem epistolam ex codice ms. bibliotheca Do-lensis sancti Hieronymi Collegii , quam in Germanico itinere transcursum perlustravimus , rogatu nostro describi curavit R. P. Prior è Congregatione sancti Vitoni , Ambrosius Mercerius , qui nos cum magna humanitate ibi exceptit. Quis sit hujus epistola auctor Gozechinus , satis patet ex ipso epistola contextu : in qua se apud Leodium litteras docuisse , & Moguntiam tandem secessisse dicit , tadio vultum rerum humanarum , variarumque turbarum , quas rerum novitas , ac præsertim perversa Berengarii doctrina , non sat cito coercita , facessebat. Valcherus , ad quem scripta est epistola , ex Gozechini discipulo successor evasit , nescio an is , quem Adelmannus in Rythmis alphabeticis laudat , scilicet Vvalterus Burgundio , ubi schoolas multas flagranti studio expilasse , & ad fines Allobrogum , cum ex Italia rediret , casus fuisse memoratur. Hos rythmos consule sub finem tomij primi Ana-

lectorum. Porro hac epistola scripta est paullo post morrem Henrici II imperatoris & Liutboldi Archiepiscopi, usi auctor superius, nempe pag. 387 indicat: ac proinde sub annum M LX, qui à Liutboldi obitu proximus; à morte Henrici Imperatoris secundi, aliis tertii, quartus fuit.

Superiori epistola aliam, itidem contra Berengarium scriptam, subjecere visum est, eam scilicet, quam Baronius & Chappelavillus perperam sub nomine Durandi Leodicensis Episcopi, & quidem mutilam ediderunt ex ms. codice Martelli civis Rotomagensis. Idem ipse codex nunc asservatur in amplissima Bibliotheca viri eruditissime & genere ornatissimi Emerici Bigotii. Eo in codice, non Durandi nomen (qui ante natam Berengarii heresim devixit, scilicet anno M XXIV) adscriptum legitur: sed prima duntaxat littera D. Deodunum seu Theoduinum significans, Vvazonis successorem ab anno M XLVIII ad M LXXV. Eodem modo ejus nomen decuriatum legitur in codice percelebris monasterii sancti Audoëni apud Rotomagum: quem codicem cum Bigotiano contulimus.

Deoduni epistola propter argumenti affinitatem subjecere visum est sancti Brunonis fidei professionem, quam morti proximus edidit, damnata heresi Berengarii, cuius discipulus fuerat, si fides est Chronico Malaccensi. Hujus professionis breve fragmentum refertur in ipsius Brunonis actis: sed eam integrum nobis communicavit venerabilis ac religiosus vir Dominus Leo Vassorius, Prior Cartusie sancti Juliani prope Rotomagum, amicus meus. Eam denique professionem sequuntur aliae duas breves orationes, in quibus fides & adoratio sanctissimi Sacramenti continetur, una sancti Anselmi ex ms. Sacramentario Lirense: altera incerti auctoris ex Carnutensi sancti Petri, quod annos sexcentos excedit.

I N C I P I T

EPISTOLA D. LEODICENSESIS EPISCOPI

De corpore & sanguine Domini.

* Henrico.
* Deodui-
nus.

* homi-
num.

Gloriosissimo & invictissimo Regi Francorum H. * D. * Leodicensis Antistes , temporalis regni gubernationem ita moderari , ut in æternum cum sanctis ab omnipotenti Deo merito debeas coronari. Fama supremos Galliae fines prætergressa totam Germaniam pervasit , jamque omnium nostrum replevit aures , qualiter BRUNO Andegavensis Episcopus , item BERENGARIUS Turonensis , antiquas hæreses modernis temporebus introducendo , adstruant corpus Domini , non tam corpus esse quam umbram & figuram corporis Domini : legitima conjugia destruant , & quantum in ipsis est Baptismum parvolorum evertant. Quos ad revincendum & publicè confutandum eo zelo , eoque fervore quo erga sanctam Ecclesiam divina inspiratione plurimum semper ardetis , aiunt vos Concilium advocasse , ubi tandem illud totius nobilissimi regni vestri , heu nimis turpe opprobrium de medio auferatis , & in æternum , si fieri potest , ab ipsa omnium * memoria deleatis. O pia voluntas & vere Rege dignissima ! quæ utinam effectum habere posset , ut in tanto sacrilegio convictos (quod certè facillimum est) absque ulla dilatione debita ultio consequeretur.

Sed desperamus id fieri posse , cùm Bruno existat Episcopus : Episcopum autem non oporteat damnationis subire tentiam præter apostolicam auctoritatem. Igitur omnes quicumque sumus filii sanctæ matris Ecclesie , in maximo dolore positi sumus . nam plurimum veremur , si illis miserrimis & perditissi-

mis viris audientia sancti Concilii (sicut ipsi de poena securi postulant) permittratur , cum de tanta præsumptione revinctos puniri minime * concedetur , gravissima scandala in omnium Fidelium populo generari . Certè quos videbunt impunitos , & nequaquam à sui gradus honore dejectos , eosdem putabunt ab omni Concilio aut vinci non potuisse , aut justificatos esse , eruntque (ut ita dicam) novissima pejora prioribus .

Ergo majestatem tuam omnes exoratam vellemus , ut interim illorum impiam , sacrilegam , & nefariam assertionem audire contemneretis , donec accepta Romanæ sedis auctoritate ad præsens illos post audiendam damnandi potestatem haberetis . Quamquam hujusmodi homines nequaquam oporteat audiiri : neque tam eit pro illis Concilium advocandum , quam de illorum supplicio exquirendum . Tunc quippe haeretici necessario audiendi fuerunt , quando & hæ * ipsæ , & hujusmodi questiones , utpote quæ nondum ad unguem discussæ fuissent , in dubium venire potuerunt : ut per congressum certaminis patesceret , utra pars staret pro defensione veritatis . quod idem nunc profectò fieri non oportet , quia cœberrimis sanctorum Patrum Conciliis , tum etiam venerabilium Doctorum clarissimis sententiis ita omnia sunt eliquata , ut ne minimum quid resederit de omni face dubitationis .

Sed nos ex multis epistolari brevitate cogente pauca exponemus . Et primo ponemus exempla pertinentia ad corpus & sanguinem Domini . Ait itaque beatus Leo Papa : Sic sacra mensa communicare debetis , ut nihil prorsus de veritate corporis & sanguinis Christi ambigatis . Item sanctus Cyrillus : Non communem , inquit , carnem accipientes , sed verè vivificatricem , & ipsius Verbi propriam factam . Ergo si propria , quomodo umbra ? si propria , quo-

DEODORINI
EPISTOLA.

* al. non
licet.

* al. hæ
reses.

"
"
"
"
"
"

DEODUINI modo figura? Item beatus Ambrosius: Ne esset, in.
BPISTO- " quit, veluti quidam horror cruoris, sed maneret ta.
LA. " men gratia Redemptoris, ideo similitudinem acci.
 " pis, sed vere naturæ gratiam virtutemque conse.
 " queris. Item ipse in libro de Sacramentis: Quid hic,
 " ait, quæris naturæ ordinem in Christi corpore? cùm
 " præter naturam sit ipse Dominus Jesus partus ex
 " Virgine. Ante benedictionem alia species nomina.
 " tur, post consecrationem corpus efficitur. Item ipse
 " in eodem: Vinum, inquit, & aqua in calicem mitti.
 " tur; sed fit sanguis consecratione verbi cælestis. Pre.
 " tiosum sanguinem bibis, ut nullus horror cruoris sit,
 " & pretium tamen operetur redemptionis. Et beatus
 " Augustinus dicit ita: In ipsa carne ambulavit, &
 " ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit.
 Ergo si ipsam, non umbram, non figuram, ut Bruno
 & Berengarius affirmant. Et in alio loco idem ipse
 exponens qualiter dictum sit de David: *Ferebatur*
 " *manibus suis*. Quomodo, inquit, intelligatur in ipso
 " David, secundum litteram non invenimus, in Christo
 autem invenimus. Ferebatur enim Christus in mani.
 bus suis, quando commendans corpus suum ait: *Hoc*
 " *est corpus meum*. Ferebatur enim illud corpus in ma.
 nibus suis. Corpus suum dicit, non, sicut Bruno &
 Betengarius, umbram & figuram. Item Basilius: O
 miraculum, ô Dei in nos benevolentiam! ait. Qui
 sursum sedet ad dexteram Patris, sacrificii tamen
 tempore, hominum manibus continetur, traditur.
 que lambere cupientibus eum. Item Eusebius dicit:
 Vere unica & perfecta hostia, fide existimanda, non
 specie; nec exteriore censenda visu, sed interiore
 affectu. Hilarius quoque id ipsum testatur. De veri.
 tate, inquit, carnis & sanguinis non est relictus
 ambigendi locus. Plura præter hæc exempla conge.
 rere possemus, nisi vitarem modum excedere.

Nunc de baptismō parvolorum ex libro Augustini de

Verbis Domini pauca poneimus , ubi ille sic ait : Par-
vulus ad verba aliena sanatur , quia ad factum alienum
vulneratur . *Credis in Iesum-Christum ?* fit interroga-
tio . Respondetur , *Credo* , pro non loquente , pro si-
lente , pro flente , & flendo quodam modo ut subve-
niatur orante respondetur . Item ibi : Ubi , inquit , po-
nis parvulos baptizatos ? profectò in numero cre-
dentium . Rursus ipse : Inter credentes igitur bapti-
zatos parvulos numerabis , nec judicare ullo modo
aliter audebis , si non vis apertè esse hæreticus . De
legitimo autem conjugio , cùm & novi & veteris
instrumenti multiplici auctoritate confirmetur , cum
que non modo Christiani , verùm Judei , immo etiam
gentiles legalium nuptiarum copulis fœderentur ;
unum dumtaxat adversus Brunonem & Berengarium
Toletani Concilii testimonium sufficere potest . Est
igitur in constitutione ejusdem Concilii xvii capitu-
lum : Si quis dixerit vel crediderit conjugia hominum
quaे secundum legem divinam licet habere , exse-
crabilia esse , anathema sit . Quam ob rem Bruno-
nem & Berengarium jam anathematizatos arbitra-
mur . Quod si ita est , verè illis audientia Concilii de-
neganda est , & cum vestris , cumque nostris Episco-
pis , & (si vobis ita videtur) cum amico vestro Imperatore ,
cum ipso Papa , quaे vindicta in illos sta-
tuatur , deliberandum . Est enim justum , ut quorum
manus sunt contra omnes , omnium manus contra
ipsoe excitentur .

EXPLICIT EPISTOLA D. DE CORPORE ET
SANGUINE DOMINI.

C O N F E S S I O S . B R U N O N I S .

Fidem Magistri BRUNONIS, quam communiter fratribus suis protestatus est, cum horam sibi appropinquare sensisset, ut omnis carnis viam ingrederetur, scriptam servare curavimus, eo quod satis intime coram Deo nos illius fidei testes esse rogares.

Credo firmiter in Patrem & Filium & Spiritum-sanctum, Patrem ingenitum, Filium unigenitum, Spiritum-sanctum ex utroque procedentem, & has tres personas unum Deum. Credo quod idem Dei Filius conceptus sit de Spiritu-sancto ex Maria Virgine. Credo quod Virgo castissima fuerit ante partum, virgo in partu, & post partum virgo in æternum permanserit. Credo quod idem Dei Filius conceptus sit inter homines, ut verus homo, sine peccato. Credo quod idem Dei Filius invidiose à perfidis Judæis captus sit, injuriosè tractatus, injustè ligatus, consputus, flagellatus, mortuus & sepultus. Descendit ad inferos, ut captivos suos inde liberaret, descendit propter redemptionem nostram, & surrexit. Ascendit ad cælos, inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo Sacra menta, quæ catholica credit & veneratur Ecclesia: & nominatim quod consecratur in altari, verum corpus esse, veram carnem, & verum sanguinem Domini nostri Jesu-Christi, quem & nos accipimus in remissionem peccatorum nostrorum, in spem salutis æternæ. Credo carnis resurrectionem vitam æternam. amen. Confiteor & credo sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum-sanctum, unum Deum naturalem, unius substantiæ, unius naturæ, unius

unius majestatis atque virtutis. Et Patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur. Ipse Pater à nullo originem dicit, ex quo Filius nativitatem, & Spiritus-Sanctus processionem accepit. Fons ipse igitur & origo est totius divinitatis: ipse quoque Pater essentiā quidem ineffabilis, substantia sua Filium genuit ineffabiliter, nec tamen aliud quām quod ipse est. Genuit Deus Deum, Lux Lucem. Ab ipso ergo est omnis paternitas in cælo & in terra. amen.

O R A T I O D I C E N D A

*Ante perceptionem corporis & sanguinis Domini,
edita ab ANSELMO Archiepiscopo.*

Domine Jesu-Christe, fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu-Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti, adoro & veneror hoc sanctum corpus tutum, & hunc sanctum sanguinem tuum, quod traditum, & qui effusus est pro multis in remissionem peccatorum. Deprecor clementiam tuam, misericors Domine, per horum virtutem, fac me unum de illis multis, & fac me hæc sic sentire per fidem & affectum, ut sentiam ea per salutis effectum: & absolve & libera servos & ancillas tuas, me, & omnes qui mihi confessi sunt sua peccata, & pro quibus promisi vel obnoxius sum orare, & qui se sperant vel petunt meis orationibus apud te juvari, ab omni peccato & pœna peccati: & fac ecclesiam nostram continua tua protectione & consolatione lætari. Qui cum Deo Patre, &c.

A L I A O R A T I O

Item ante Communionem contra pervaſores.

IN spiritu humilitatis & in animo contrito ante sanctum altare tuum & sacratissimum corpus & sanguinem tuum, Domine Jesu-Christe, redemptor mundi, accedimus, & de peccatis nostris, pro quibus justè affligimur, culpabiles contra te nos reddimus. Ad te Domine Jesu venimus, ad te prostrati clamamus: quia viri iniqui & superbi, suisque viribus confisi, undique super nos insurgunt, terras hujus sanctuarii tui, ceterarumque sibi subiectarum ecclesiarum invadunt, deprædantur, vastant: pauperes tuos, cultores earum, in dolore, & fame, atque nuditate vivere faciunt, &c.

A D M O N I T I O


in libellum sequentem.

IN subiecto libello auctor, monachus utique Ratisponensis ad S. Emmeramnum, suppresso nomine proprio, varias tentationes suas spiritales, variamque fortunam suam describit. Opusculum istud dividi potest in duas partes: quarum in priori varias tentationes suas, in posteriori scripta sua commemorat. In his vitam S. Nicolai, itemque S. Wolfgangi, & S. Magni se emendasse dicit. Sed e^r vitam S. Bonifacii Episcopi & martyris, difficili stilo editam, faciliori reddidit rogatu Fratrum ex Fuldenſi monasterio, in quod procellâ nescio qua exagitatus secesserat: anno M^lxxii. Ex hoc unico opusculo (nam alia reperire non potuimus) conjicere licet hunc esse OTHLONUM;

qui alta S. Bonifacii novo stilo donavit, amplificavitque. Nam & tempus rectè congruit, & Othlonus ipse non ex Fuldenſi, sed ex alio grege erat. Unde miratur, se hac de re à Fuldenſibus fuisse interpellatum, tot Patribus peritis tam inter vos, ait Fuldenſes ipſos alloquens, quām circumquaque commorantibus hucusque relictis. Quo minus tamen huic ſententia nimisquam fiderent inheream, illud occurrit, quod monachus ille, quisquis est, Ratiſponensis vitam S. Bonifacii faciliori tantum ſtilo donaverit: Othlonus vero epiftolis, altis Conciliorum, aliisque multum eam auxit, atque in duos libros Vwillibaldi unicum distinxit. Lectoris erit hac de re ferre judicium.

Eodem tempore, quo ſequentiſ libelli ſcriptor, Arnolhus ex Comite monachus ad S. Emmeramnum. ex cœnobio ſuo in Saxoniam abire coactus est, Fratrum ſuorum invidia, nempe quod acta S. Emmerammi depravata emendare vellet, cedendum ratus. Sed iſ anie conversionem, non Clericus, ſed Comes, non videatur eſſe auctor ſequentiſ libelli, cuius exemplum nobis flagitanib⁹ religiosus vir Anſelmus Grabnerus jam ſupra laudatus à ſe deſcriptum nobis humaniſſimè tranſmisit. Veterus codex hunc titulum praficit: INCIPIT LIBER DE TENTATIONE CUJUS DAM MONACHI. Sed quia hic titulus non ſatis libri argumentum explicat, cum ita exhibemus, ut ſequitur.

Henr. Canis.
Antiq. leit.
to. 2. pag. 7



A N O N Y M I M O N A C H I
R A T I S P O N E N S I S L I B E L L U S

*De ipsis temptationibus, varia fortuna,
& scriptis.*

P A R S I.

Fuit quidam Clericus vitiis multis modis deditus, qui cùm sèpius à Domino commoneretur pro emendatione sua, conversus tandem venit ad monasticam professionem, nullis suorum amicorum scientibus. In eo autem loco quo Monachus factus est, cùm plurimos diversæ qualitatis homines invenisset, quosdam libros quidem gentiles, quosdam verò sacram Scripturam legentes; ipse cœpit illos solummodo imitari, quos videbat divinæ insisterē lectioni. Quanto autem frequentior erat in hujusmodi lectione, tanto magis molestias diabolicae temptationis sentiebat sibi inolescere: sed ille in Domino confidens, gratiæque Dei se jugiter committens, eo animo quo cœpit, in sacra lectione perseverare studuit. Cumque post multum temporis ab hac impugnatione eriperetur, cogitans qualiter per ea quæ passus erat, tam ipse, quam alii ædificari possent; scripsit non solum illatas temptationis molestias, sed etiam sacræ Scripturæ verba, quæ ex divina inspiratione sibi prouverant, ex quibus interea fraudi diabolicae respondendo utebatur pro clypeo. sic quippe incipit scribere de temptationum suarum molestia.

Delusiones satanæ varias vigilans ac dormiens pertuli, quas licet universas nequeam promere, aliquas tamen memoriae insitas, prout possum, volo referre: & reor hoc primùm de fraudibus his perhibendum, quod & ante monachalis vitæ professionem, & pos-tea diu perpessus sum, quod scilicet satis stolida im-

providaque etiam inesset voluntas conversionis : quia contra Scripturam quæ dicit, *Omnia fac cum consilio*, sine consilio parentum & amicorum quāmque in maximo juventutis fervore positus subito vellem adire, nimisque foret inconsultum, ut hujusmodi homo quisquam tam pericolosum susciperet votum. ideoque multo melius esset, ut præstolans usque ad ætatis maturioris perfectionem, tunc tandem cum se virtus ingesserit omnis, sponte pro desiderata trac-tem conversione. Hæc ergo & his similia in primis etiam quasi compatiendo & consulendo intulit illusio diabolica.

ANONYM.
RATISP.

Deinde verò cum talia ad plenum voluntatis suæ effectum Dei gratia resistente non potuisset tentator nequissimus in me obtinere ; ad majoris excitatus est pugnam nequitia. Nam arte solita ad desperationem me pertrahere studuit, inspirans scilicet incassum, me tales velle reverti, qui tantis criminibus sum implicatus, ut non solum Principibus, sed etiam multititudini ceteræ, ipsisque simul parentibus & cognatis exosus essem. Putasne, inquit, ut tam sceleratus homo apud Deum judicem districtissimum veniam possit promereri ? quandoquidem, sicut scriptum est, *Vix justus salvabitur*. Ne cupias ergo quæ non sunt cupienda, sed potius ad ea laboris tui studium converte, quæ amodo possis obtainere. Si enim ita, ut tu stolidissime æstimas, omnibus concessâ foret hujusmodi facultas, ut scilicet ad regna cælestia tam perversus, quam justus homo pertingere posset; nequaquam Apostolus ille excellentissimus Paulus diceret : *Non enim est omnium fides*. & iterum idem dicit : *Non omnes obediunt Evangelio*. ipseque Salvator & veracissimus Auctor hæc rudimenta suis mundoque dedit omni : *Qui potest capere capiat*. In qua procul dubio sententia innotuit, quod non omnis bona possit. Cum ergo delusionibus torqueret tali-

Cc iii

**ANONYM.
RATISP.**

bus , quis putas etiam tunc erat animus ? nil aliud certe tunc prævaluui nisi flere , & juxta Psalmistam fuerunt lacrymæ meæ panes die ac nocte. Fateor nimurum ex intimo corde , quod nullus , nisi per gratiam Domini solam , talia potest vincere.

Postquam autem insidiator callidissimus me ad desperationis illatæ consensum nequivit petrare , conatus est per alia fraudis suæ argumenta ad justitiæ divinæ blasphemiam me deflectere , non deterrendo & improporado , sed quasi condolendo & compatiendo afflictioni meæ , sugerens videlicet cordi meo hujusmodi cogitationes. O quam miserande juvenis , cuius dolorem nullus hominum dignatur attendere ! Quis autem hominum vel excogitare potest tanta temeritate : quia quod nequeunt scire , in eo non possunt subvenire. Novit enim Dominus solus omnia. Ideo que illi soli constat imputandum , quidquid videtur ineptum & inordinatum. Cum ergo sciat & possit omnia , quare non adjuvat te in tribulatione tua , qui pro ejus amore reliquisti & prius sacerdotium , & jam diu inestimabilem sustines cruciatum ? Quæ rogo ista erit ratio distinctionis , quæ ad se jugiter clamantes omnibus cruciat modis ? Fac quod facturus eris : depone supervacuas preces & luctus , quia ille in hac severitate , in qua haec tenus erat , amodo etiam perseverat. nam nimis stultum est ea precibus attentare , quæ te scias non posse impetrare. Verumtamen noli timere , quia numquam unius potentis injustitia omnes permittit perdere. Quomodo enim posset fieri , ut homo quisquam mereretur semper affligi ? vel quis mortalium sine peccato valet esse ab initio usque ad finem vitæ ? aut parvuli innocentia qualiter acquireti potest in senecta ? sicut Christus docet : *Nisi , inquiens , conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli , non intrabitis in regnum calorum.* Numquid &

hoc te non movet, quod Ezechiel propheta commi-
natur dicens : *Anima qua peccaverit, ipsa morietur?*
Si enim omnis qui peccat morietur, profectò nullus
homo salvus erit, quia nemo absque peccato inven-
niri potest. Nonne similiter & illam mirabilem sen-
tentiam, quam paullo post idem Propheta dicit, tua
mens attendit? Ait ergo : *Si averterit se iustus à ius-
titia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiae ejus
erunt in oblivionem.* Hinc est quod ille Judas proditor
Domini, cùm hoc unum traditionis crimen admis-
set, post multimoda justitiae opera damnatus est.
Attende adhuc & alia duo maxima hujus rationis
exempla, in quibus probari & definiri potest omnis
nostra sententia. Legitur enim in Exodi libro, quia
dixerit Dominus ad Moysen, *Miserebor cui voluero,
& clemens ero in quem mihi placuerit.* rursumque in
Evangelio scriptum est, quia volens quidam disci-
pulus ejus fieri, ac dicens, *Sequar te quocumque
ieris,* repulsus est ab eodem Domino dicente : *Vul-
pes foreas habent, & volvres cali nidos.* *Filius autem
hominis non habet ubi caput suum reclinet.* O indis-
creta severitas! ô miseranda æquitas! quæ tantum-
modò voluntatis sue arbitrium sequitur, & ad se
confugientes suscipere deditur. Intolerabilis certè
talis est disciplina, nullique merito placitura. Hujus-
modi quoque delusiones diu perturbaverunt cogita-
tiones meas, in quibus satis probari valet, quantis
periculis mens mea subjaceret.

Ad easdem delusiones videtur pertinere quod sub-
sequenter volo referre. Sæpe namque contigit, ut
quia matutinis horis ad signum primum, sicut Re-
gula sancta docet, volvi exsurgere, phantasma-
tico aliquo signo longè ante tempus surgendi exci-
tatus, ad Oratorium venirem festinus. Hoc etiam
tamdiu credidi opus esse divinum, queisque ex tem-
pestivi soporis impedimento coactum me sentirem

ANONYM.
RATISP.

ANONYM.
RATISP.

ad intempestivum. Patiebar & hoc per aliquot annos in nocturnis horis , ut licet admodum sanus in lectulo dormiens jacerem , cùm ad matutinas laudes surgere deberem , quasi compede quodam membrorum omnium constringerer debilitate : sicque ad ecclesiam nutanti & difficillimo gressu pervenirem.

Proferenda est adhuc tentatio & delusio una , quām tanto difficilius intimare queo , quanto minus umquam aliquid hujusmodi legebam aut audiebam ab ullo. Postquam enim suprascriptis & aliis multis temptationibus (quarum quasdam minime in memoria habeo , quasdam verò , ne legentibus sim tædio , hīc proferre nolo) sum impulsus , sed pér Dei gratiam à fide & spe cælestis auxilii nequaquam evulsus , tunc impugnatione tali diutius torqueri me sentiebam , per quam & de Scripturæ sacræ scientia & ipsius Dei essentia prorsus dubitare compellebar. In aliarum quidem temptationum discrimine aliquid refrigerii intervallum , aliquid spei præstabatur refugium : in istis verò per horas continuas omnis fere solatii privabar cognitione. In aliis per sacræ documenta Scripture aliquatenus roboratus , contra illata mortis jacula fidei speique armis decertavi : in ista autem omni dubitatione & mentis excitate circumseptus , si aut ulla in Scripturis sacris veritas sit ac profectu , aut si Deus omnipotens constet prorsus dubitavi. In aliis . inquam , tolerabilis aliquo modo & temperata fuit impugnationis causa : in ista autem talis erumpēbat violentia , ut non solum spirituales , sed etiam corporales mei sensus vigore solito destituerentur. Videbatur enim mihi iinterdum , ut quasi obvelato visu & auditu nil juxta vires solitas videre aut audire possem. Interim ego quasi cujusdam mecum colloquentis & ore etiam apposito verba meis auribus susurrando immittentis audirem dicentisque , Cur labore cassō tamdiu fatigaris ? ubi est illa spes

tua , quam usque modo retinebas in Scriptura? nonne omnium mortalium stultissime, casibus propriis poteris probare , quia & Scripturatum testificatio , & totius creaturæ imaginatio absque ratione constat & sine rectore ? numquid experimento non cognoscis , quia aliud librorum relatio divinorum , & aliud vita moresque probantur esse hominum : Putasne tot millia hominum errare , qui, ut ipse quoque hactenus cernebas , nec observare , seu nec suscipere curant documenta librorum ? Cumque super his mæstus in corde meo tractarem sapientiam , quasi interrogando & objiciendo . Si ita est , inquiens , cur tanta convenientia est in omnibus fere Scripturis divinitus inspiratis , ut ratione pari & de conditore Deo , & de mandatorum ipsius observantia enarrent ? visum est hujusmodi verba iterum quasi respondendo mihi inspirari : Ideo utique , ô insensate , Scriptura in qua confidis , de Dei persona & de religione multiplici verba profert , quomodo homines illi qui Scripturæ ejusdem auctores olim exstiterunt , eodem modo quo etiam in tempore præsenti vivunt , ipsi tunc vixerunt . Modus autem vivendi in tempore præsenti , sicut tu quoque scis , constat talis , ut honestè quidem & religiosè satis homines loquantur , aliter vero longè sint actus eorum , sicut scilicet expedit , & fragilitas humana permittit . Nonne ergo haec ita esse quotidie potes probare ? Unde putas , & auctores scripturarum antiquarum religiosa quidem honestaque dicta composuisse , sed non secundum eorumdem dictorum qualitatem vixisse . Igitur secundum talē modum omnes legis divinæ libros intellige conscriptos , ut vide licet religiositatis & virtutis superficiem quamdam exterius habeant , interius vero rationem aliam & intellectum exquirant . Sicut in plurimis , maximèque in divinis codicibus , facile reperiuntur sententiae , aliam in littera , aliam in intelligentia rationem

ANONYM.
RATISB.

retinentes. Hæc autem omnia ita esse uno Pauli testimonio approbo. *Littera enim*, inquit; *occidit, spiritus autem*, id est sensus, *vivificat*. Nonne satis apertè per hæc Apostoli verba doceris, quia si librorum dicta sequeris, maxima pericula patieris? Idem quoque de Dei essentia intelligendum est. Alioquin si aliqua persona aut virtus Dei omnipotentis esset, nequaquam tanta confusio atque diversitas in rebus cunctis appareret. Sed neque tibi discrimina tanta contingenter; talisque dubitatio, quam modo patieris, minimè imminerer.

Cumque hujusmodi delusionibus plusquam credibile sit impugnarer, & propter inauditam ipsius impugnationis qualitatem ulli fratrum apertè indicare vererer; (nullum enim talia posse credere aut audire arbitrabar;) tunc solo prostratus, & præ amaritudine suspiria longa trahens, & vires animi colligens, emisi talem labiis & pectori vocem. O si quis es Omnipotens, & si sis undique præsens, sicut & in libris legi sapientissime multis, jam precor ostende quis sis, & quid possis, eripiens citius me à periculis imminentibus. nam sufferre magis nequeo discrimina tanta. Nulla dehinc mora: & ablata est per Dei gratiam non solum omnis illa dubitationis supradictæ nebula: sed etiam scientiæ lux tanta in corde meo emicuit, ut & numquam postmodum tales dubitationis mortiferæ tenebras sustinerem, & ea quæ minus antea cognovi, intelligere cœpissim. cuius etiam intelligentiæ gratia in tantum per idem tempus mihi augebatur, ut non eam facile possem occultare. Instinctu enim quodam ineffabili & fervore insolito succensus, aliquam laudis divinæ operam pro gratia collata assumere incitabar. Cumque eamdem intelligentiæ gratiam nec prorsus tacere, nec convenienti ratione possem perhibere; tractare cœpi, quia forsi-

tan dictando & scribendo fervor insitus liceret proferri. Hoc itaque modo occasionem scribendi sumens, & ea quæ superius de illusione diabolica proferebam, & quæ adhuc proferre volo, de divinæ inspirationis colloquio scripsi, ita incipiens.

ANONYM.
RATISB.

Quoniam igitur delusiones diabolicas peccatorum meorum causa exortas, atque contra me suscitatas aliquantulum protuli, consequens profecto & rationabile videtur, ut etiam divinæ inspirationis modos, quibus mens mea ad repugnandum instruebatur, scribendo aperiam: ne forte aliquis delusiones easdem hic tantummodo scriptas, & non protinus cœlestis adjutorii instrumenta ex lectione pari agnosca; aut me victoriam adeptam, quæ mea numquam est, mihi met deputasse arbitretur; seu etiam, quasi mihi defuissest protectio divina in meis, in suis pariter temptationibus idem sibi venturum vereatur. Cui suspicioni nullum dans locum, fateor me contra diaboli insidias omni modo per gratiam divinam instructum, seu desidia lasciviâque animi torpem nullo umquam certamine debito, aut vigiliarum, aut jejunii, seu cuiuscumque continentiae pro viribus datis pugnasse. Nam ut præterea collata scientia liberalis dona, quæ circumspetionis instrumenta constant maxima; memini me frequenter, & maximè cum primùm de stratu meo in matutinis exsurerem horis, mox à quadam quasi mecum surgente, mecumque simul gradiente, per ineffabilem modum nunc increpari, interdum leniter admoneri, crebro etiam humillimo nisu obsecrari pro emendatione morum & vitiorum, eorum quidem in primis, quæ hesterno forsitan die ignoranter committens pro nihilo duxi: deinde verâ pro eorum emendatione, quæ in quocumque tempore admisi, aut ineptè ridendo, aut incaute loquendo, seu etiam inutilia cogitando: postremo pro emendatione cujuslibet vitii,

ANONYM.
RATISP.

quod longè jam antea perpetratum vix memini.

Cumque hujusmodi inspiratione & instinctu circumventus ecclesiam intrassem , & ad orationis studium me suppliciter inclinassem aut prostravissem ; Deus scit quod non mentior ; videbatur mihi quod aliquid à me deposceret eodem studio orandi , dicens : Sicuti igitur tibi gratum est ut à me rogata consequaris : ita quoque mihi pretiosum constat , si tu precibus obedias meis. Nonne ergo tu quem sæpe rogavi , ut ne hoc aut illud vitium geras , adhuc in illis perseveras ? numquid non adhuc in te resident carnalium rerum desideria , servitutis divinæ negligentia , jactantiæ & arrogantia . necnon vestitus superflui studium , illius hominis odium , quem scis à te non esse odiendum , dicente Scriptura : *Omnis qui odit fratrem suum , homicida est.* Si enim ille te frustra perseguens iniquus est , quid ad te pertinet ut eum similiter perseguaris ? nonne scis scriptum : *Mibi vindictam ego retribuam , dicit Dominus?* Si vero talis est ut eum convertere possis , cur hoc negligis ? nonne ad hoc unicuique ingenium liberalisque scientia à Deo præstatut , ut alios ædificare moliantur ? An arbitraris ut te tantummodo in alios peccantem velim tolerare , & non similiter alios in te delinquentes usque ad paenitentiam exspectare ? quin potius attende , quia sicut omnium unum patientiæ , & paternitatis habeo affectum : vos autem homines hoc decet omnimodo prævidere , ut tanta pietatis meæ devotio vobis valeat prodesse. Ubi ergo nunc est patientia & constantia , necnon illa perfectio quam sæpe Deo promisisti , si ille te eripiens à periculis imminentibus constitueret in habitu monastico ? En Deus effecit quod mens tua sæpe rogavit : tu quoque quare tuum tardas persolvere votum ? Rogasti etiam tibi talem præstari locum , in quo copiam haberes librorum. Ecce auditus es ,

ecce libros retines diversum dogma ferentes , in quibus æternam poteris cognoscere vitam.cur rebus variis mentem per inania spargis , & minus optatum festinas sumere donum ? Ad hæc etiam rogare studeisti, ut quia te ad toleranda adversa præparatum & promptum existimasti , aliquam super te permitterem venire molestiam temptationis , per quam meruisse aliquatenus expurgari à peccatis. Ecce & hoc ita exaudivi, ut non secundùm nequissimi tentatoris vota , sed potius juxta vires tibi concessas ab eo fatigareris : & tamen cùm ab hujusmodi compunctionia attingeris , mox velut ignatus vel inermis victus abibis? Constat ineptus homo, qui se scit subdere neutro , nec paci videlicet , nec bello. Paci quidem, quia cum nulla aderit pugna , se tamquam validum & promptum sponte offert ad pugnandum : bello autem, quia quād primum insonuerit clangor pugnæ , mox depositis armis fugit ad solatia pacis. Quem ergo sanctorum Patrum in veteri aut in novo Testamento degentium tam gratum mihi tamque pretiosum esse umquam legisti , ut eum in tribulationis alicujus fornace noluissem probari ? In quibuscumque igitur libris divinæ legis placeat hoc quod jam dixi exquirere , & invenies procul dubio mihi non in sua voluntate delicatos , sed magis in tribulatione ac persecutione probatos semper placuisse. Unde in Evangelio dicitur : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. queniam ipsorum est regnum celorum.* Id item Evangelica verba testantur : *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Item scriptum est in Evangelio : *Ardua & angusta est via, qua ducit ad vitam.* Hinc etiam Paulus Apostolus dicit : *Nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit.* Cùm ergo hæc & his similia multa in Scripturis sacris scis esse scripta , quare tu , si aliquam vitæ perennis coronam vis percipere , nil tribulationis aut

ANONYM:
RATISB.]

ANONYM.
RATISP.

molestiæ pro criminibus saltem commissis cupis sustinere ? Attende itaque diligenter ad ea quæ jam dicere volo , quoniam legisti talia crebrò. Plurimi namque sanctorum non tantum pro emendatione seu correctione peccatorum , quantum propter probationem aut perpetuæ felicitatis compensationem tormenta in hoc mundo pertulerunt , sicut sancti Job , Daniel , Esaias , Hieremias in veteri ; in novo autem Testamento omnes pæne Martyrum chori leguntur ideo magis passi , ut velut aurum in fornace probatum puriores effecti , æterna perfuerentur requie , quæm ut pro sceleribus puniti reatum persolverent illata tribulatione. Tu verò nihil horum meritò tibi vindicare potes , ut scilicet magis ad probationem quæm ad peccatorum absolutionem amo do affligaris : sed ad hoc tribulationes omnimas tibi opus est tolerare , ne pro reatibus tuis æternas pœnas cogaris subire. Hoc quoque oportet ut jugiter recorderis , quia plurimi pro peccatis multo levioribus , quæm tua sint , justo Dei judicio aut tormentis gravibus , aut inhonesta membrorum amissione vix præsentem vitam redimere meruerunt , seu etiam (quod miserabilius est) aut gladiis , aut bestiis , aut igne , sive aquis consumpti mortem repentinam subierunt. quæ omnia licet multis criminibus sæpe meruisse , non solùm pietate divina protectus evasisti ; verùm etiam ingentia dona , quæ mortalibus plurimis sunt negata , tu velut ex meritis aliquibus acquisita , ab annis puerilibus usque in præsens tempus semper tenuisti. Nonne ergo hæc tanta recordatione sunt digna ? numquid ullam in Deum habes justæ querimoniae causam ? Scio utique te eo majorem pro tribulatione quacumque recenti querimoniam habere , quo minus in tempore præcedenti adversa solitus eras ulla sustinere. Ideoque contra Domini flagella peccatis tuis abolendis nimis necessaria tanto

magis modò murmurare soles , quanto majore clementia patientiaque ille haec tenus iniqüitates tuas sustinuit omnes. Sed hæc est injustissima hominum recompensatio , ut cùm à pueritia usque ad senectutem omnigenis peccatorum sordibus involuti mira Dei pietate sustineantur , & postea ne æternis depotentur suppliciis, pro eorumdem peccatorum ablutione aliquatenus affligantur ; nullas ei grates studeant impendere , aut pro exhibita compassione , aut pro emendatione. Noli ergo mirari, quia mihi placet omnes probari. nam nec sibi, nec aliis cogniti forent, nisi eos tentamenta aliqua certos ac probatos facerent. Quis enim miles nullum prælii periculum expertus, præliandi socius erit certus ? ideoque multi in otio & in pace inutili nutriti , quamvis fortes se esse credant, quando venerint ad bellum , continuò fūgæ querunt præsidium. Sic etiam tu arbitratus es temet ante temptationis tempus validum ad omnia : & ecce quām infirmus sis , ex temptatione apparer illata. Numquid adhuc nescis , quantum sit noscere quid sis. Certè si ne cum tentatio aliqua fortior em, tui tamen te fecit certiorem , quia prius te (quod non eras) credebas validum ; nunc veritatem propriæ fragilitatis expertus , agnoscis te infirmum. Hæc est namque illius agnitus infirmitatis , de qua Apostolus dicit : *Virtus in infirmitate perficitur.* Igitur Deo gratias age , quia , quamvis invitum , te fecit jam tibi notum , & propriæ fragilitatis consciūm : consideraque simul , quia tanto majore devotione ac fide regimini divino debes amodò obtemperare , quanto pluribus experimentis jam probasti omnia in Deo tuta esse. Sufficere namque tibi pro fide & spe retinenda deberet , quod sepe in Psalmista legis & audis : *Quomodo miseretur pater filiorum , misericors est Dominus timentibus se , quoniam ipse cognovit figuratum nostrum.* & iterum : *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis , & sanctus in*

ANONYM.
RATISP.

*omnibus operibus suis. itemque : Custodit Domi-
nus omnes diligentes se , multaque his similia , &
in Psalmis & in aliis codicibus inveniuntur scripta,
ut in Esaiā Propheta , qui ex Domini persona dicit :
Convertimini ad me , & salvi eritis omnes fines terra.
& iterum idem Propheta dicit : *Derelinquat impius
viam suam , & vir iniquus cogitationes suas , & rever-
tatur ad Dominum , & miserebitur ejus ; & ad Deum
noscendum , quoniam multus est ad ignoscendum.* In Eze-
chiele quoque invenies similia verba scribit enim :
*Vivo ego , dicit Dominus Deus , nolo mortem impii ,
sed ut convertatur & vivat.* Et paulo post profert sen-
tentiam , quæ licet justis , ne de se aliquid præsumant ,
pavorem ingerat , injustos tamen verbis omnem hu-
manæ clementiæ usum excedentibus consolatur di-
cens : *Etiamsi justo dixero , Vita vivat , & confusa in
justitia sua fecerit iniquitatem : omnes justitia ejus
oblivione tradentur.* Si autem dixero impio , Morte
morieris , & egerit penitentiam à peccato suo , fece-
ritque judicium & justitiam , vita vivet & non morie-
tur. In aliis etiam Prophetis invenitur scriptum ,
quanta Dei gratia sit super omnes qui invocant
illum. Johel quoque Propheta dicit : *Convertimi ad
Dominum Deum vestrum , quia a benignus & misericors est ,
& præstabilis super malitia.* Item Amos Propheta
dicit : *Quærite Dominum , & vivite.* Non minorem
quoque fidei atque spei doctrinam in Jona Propheta
invenies , in quo commemoratur benignitas Dei
immensa circa Ninivitas delinquentes. Eadem ita-
que rudimenta ac solatia in omnibus sacræ Scriptu-
ræ libris reperiuntur , sicut & Apostolus Paulus tes-
tatur dicens : *Omnis scriptura divinitus inspirata
utilis est ad docendum.* Item Paulus inter innumera
epistolarum suarum documenta specialiter quali cle-
mentia Deus in tribulatione aut tentatione positos
tueatur , profert dicens : *Fidelis Deus , qui non patie-
tur**

tur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione provenium, ut possitis sustinere. illud scilicet proventum vocans, quod variis temptationibus fatigati, sed ad Dominum clamantes, liberati discimus, quanta nequitia sit diaboli nos impugnantis, quantaque Dei gratia nos exinde liberantis.

Sed si de omnibus documentis quæ jam ex Scripturis sanctis prolata sunt aliquid diffideres, aut quia ex Legis umbra, seu quia ex puris hominibus sunt dicta; saltem ea quæ dicta sunt à Domino Christo, qui Deus & homo est, firmiter credere debuisses. Dicit enim Matthæo Evangelista narrante: *Non veni vocare justos, sed peccatores item eodem narrante: Venite, inquit ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam.* Luca enim perhibente discipulos suos pro quadam ratione increpat dicens: *Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare.* Item per eundem Evangelistam ait: *Maius gaudium erit in calo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent penitentia.* Johanne quoque perhibente dixit discipulis suis: *Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam eternam, & in judicium meum non venit, sed transit à morte in vitam.*

Quia igitur tibi datum est nosse legendo & meditando hujusmodi documenta, cur quælo non sufficiunt tibi pro fidei & spei salutiferæ constantia? Numquid pro munere parvo, aut sine causa datam tibi litterarum scientiam existimas? O quanti pretiū pensarentur ista apud multos, quæ tu pro nihilo deputas. Proinde verò quia non solum supra memoria scientiarum liberalis gratia, sed etiam ea quæ ex ingenio naturali ipsoque usu communis vitae velut certissima de Deo prius sentiebas, nunc in oblivionem

ANONYM.
RATISP.

& in errorem ducto tibi minimè suppetunt, pro retinenda inter tentationis illatæ molestias fideis peique constantia, libet illa referre Dei beneficia, quæ expertus es in pueritia: ut dum hoc quod modo, licet plurimis documentis instructus, ute in ætate maturiori constitutus ignoras, te olim in ætate puerili satis nosse probavero, aut sic confusus ad cor redeas, & de Dei misericordia patientiaque nnnquam diffidas, quolibet modo afflictus videaris, qualicumque tentatione impugneris. Diabolo enim justo Dei iudicio fatigare te ad tempus permittitur: sed sollicitudo tua nisibus omnimodis hoc debet perpendere, ne ille delusione sua te valeat subvertere. Quis igitur ille erat, quem tu quondam, cum nuper ad scholam pro litteris descendis traditus es, & saepe inter coævulos ac scholasticos residens ne verberibus ullis castigareris timuisses, unicè pro discendi facilitate invocasti, & exaudiuit te? quem quæso tunc crederas tam pium, ut te parvulum à virgularum plagiis defendeter, tamque potentem, ut capacitatem sensus, necnon ampliorem scientie facultatem concedere tibi posset? Nonne Deum solum creatorem & provisorem universorum? numquid non tuis tunc satisfactum precibus, quamvis tu necdum ad proferendas orationes sinceras exsisteres gnarus? Certè temetipso consentiente, nisi forte oblivionis aut mæroris causâ impediari, testor, quia non solum præmonstratas à Doctore, sed etiam nondum referatas lectiones & cantica tam capaci celerique effectu diceras, ut non parvum miraculum ceteris simul discentibus exhiberes. Quoniam igitur adhuc parvulus, & in scholis positus, tantam Dei gratiam potentiamque expertus es, cure etiam modo, cum viriles annos retinere videaris, cum per dona scientiae plura, necnon per experimenta multâ pietatis divinæ notitiâ potiaris, dissimilia de Deo credis? O qualis vir,

qui aliquantulum proficiens in puerili , ad nihilum tendit fungens ætate virili ! cùm congruentior ordo humani profectus sit de puerili in virilem animum proficere , de magnis ad majora conscendere , sicut & Apostolus dicit : *Cum essem parvulus , cogitabam ut parvulus , sapiebam ut parvulus : quando autem factus sum vir , evanescavi quæ erant parvuli.* Attende ergo quanta pietatis divinæ experimenta teneas , & à fidei speique constantia deficere noli : sed recordare jugiter quia scriptum est : *Justus ex fide vivit.* & , *Omnia possibilia sunt credenti.* Sed & illud quod beatus Petrus Apostolus admonet dicens : *Sobrii esto & vigilate , quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quarens quem devoret , cui resistite fortes in fide.* Quare autem adhuc dubitas de ineffabili Dei clementia , & de præcavenda diabolica fraudis astutia ? Hostis namque tanti infidias nullatenus vales evadere , nisi firmiter credas , quia nihil impossibile est apud Deum , & quoniam salvat omnes sperantes in eum.

Huic vero fidei licet tenacissima diaboli invidia te impedit inhaerere , suggestens videlicet cordi tuo obtinendæ remissionis aut salutis difficultatem , necnon judicii divini austерitatem ; tu tamen supradicta sacræ Scripturæ documenta ac pietatis divinæ experimenta sub tenaci memoria repone ; & procul dubio ab omni diabolica liberaberis delusione. Diabolus enim nullo modo magis convincitur & confunditur , quam cum ei à Fidelibus Scriptura sacra objicitur , quod etiam ex Jesu-Christi testimonio manifestissimè comprobatur . nam quamvis sibimet maxima verborum Scientia inesset , tentatori tamen cum nullis aliis , nisi quæ ex sacra pagina protulit , respondere voluit dicens : *Scriptum est , Non tentabis Dominum Deum tuum.*

Inter hæc vero scire te convenit , quoniam pro
Dd ij

ANONYM.
RATISP.

causis variis tentationes diaboli perferre proderit. Primò ut illius inestimabilis malitia & versutia detegatur : deinde ut uniuscujusque hominis tentati fragilitas & constantia agnoscatur , ac per hoc fragilis quidem & lapsus cum conversus fuerit , aliis in tentatione & fragilitate quacumque adhuc positis condolere compatique sciat , sicut de beato Petro legitur , quia idcirco in peccatum fragilitate propria urgente cecidit , ut aliis peccantibus misereri didicisset. Constans autem , & perfectus ideo in tentatione probatus , ut adhuc stantibus in exemplum , & cadentibus in venerationem assumatur , sicut & beati Job perfectio atque constantia cunctis est imitanda necnon veneranda. Ille enim ita pro Domino , & propriæ carnis ulcera gravissima , & filiorum invisam mortem , universæque substantiæ perditionem sustinuit , uxoris quoque convicia , necnon amicorum opprobria invectionesque plurimas contempsit , ut in nullo Deum offendereret , sicut de eo Scriptura commemorat dicens : *In omnibus his non peccavit labii suis , neque stultum aliquid contra Deum locutus est.* Nonne ergo utilis exstitit tanta beati Job tentatio , in qua & ipsius constantia , & diversa satanæ referata est malitia ? Eadem utilitatis causa , eadem pietatis cura semper fuit , & semper erit Deo super omnes quos tentari permittit , quamvis vos homines , efficiente dia-boli invidia , infidelitate & desperatione obsecrati , inutilia & impia de Deo arbitremini.

Relinque igitur varium opinionis errorem , & ad suscep-tam monasticae religionis fide moribusque congruis temet prepara professionem. Arbitraris namque interdum eamdem professionem te frustra asscutum esse , pro eo scilicet quia hanc & sine consilio omnium affinium parentumque tuorum , & absque consideratione fragilis ac lubricæ ætatis immaturæque ad tantum studium aggressus fuéris. Sed quām facile

dubitatem talem evadere valeas, oportet ut attendas. Et primo quidem de consilio, dehinc de ceteris aliquā promere cupio. Consilium namque in bono & in malo potest fieri: sed cum fit in bono, hoc est propter utilitatem animae seu corporis, omnimodo amplectendum est: ubi vero in malo, hoc est propter carnalia solūmodo vota implenda, aut commoda hujus vitæ noxia acquirenda, non solū fugiendum, sed etiam detestandum est. Unde Psalmista utriusque qualitatem insinuans postquam dixit, *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum,* statim subjunxit dicens: *Consilium autem Domini maneat in eternum.* Item de bono in Parabolis Salomonis Sapientia fatur: *Ego habito in consilio.* rursum in eodem Salomonis libro de consilii boni qualitate dicitur: *Audi consilium, & suscipe disciplinam.* Cum enim præmittitur, *Audi consilium,* ac mox subiungitur, *& suscipe disciplinam;* patet profecto, quia hoc est verum rectumque consilium, suscipere disciplinam. Sed ut vulgari etiam more de consilii qualitate disputemus, numquid tu semper amicorum aut parentum consilia quaesiisti, quando aliqua flagitia perpetrare voluisti? Veritusne ergo es tunc ideo Deum offendere, quia talia sine consilio solebas facere? Ecce vides quam superfluum sit te ex hoc arbitrari Deum offendisse, quod sine consilio amicorum utilitatem tractares animæ: quandoquidem pro explenda carnis nugacitate nullum consilium requirens, minus offendere putas. Quod autem propterea animo saepius nutanti incedis, quia in fervore juvenili immaturaque adhuc atate positus, tam difficultem monastice vitæ religionem, quasi inconsiderata laboris tanti difficultate assumpsisti; scias procul dubio nihil aliud esse nisi causam illusionis diabolice: quia sicut expedit omnibus ad me conversis,

ANONYM.
RATISP.

& ut tu quoque rogasti , diabolus justè permittitur te tentando fatigare , siquidem tam in juvenili , quām in proiectiore aetate debere & posse ad viam meliorem converti , testantur & exempla multorum & librorum scripta sacrorum . Dicit enim Ecclesiastes : *Memento Creatoris tui in diebus iuventutis tuae*. Item in libro Jesu filii Sirach legitur : *Non tardes converti ad Dominum . & ne differas de die in diem*. In eodem quoque libro scriptum invenitur : *Qua in iuventute tua non congregasti , quomodo invenies ea in senectute tua ?* Hinc & Propheta dicit : *Puer aut Propheta censum annorum maledictus erit*.

Ad hæc etiam rogo , cui validior & præstantior ætas magis congruit servire ? Deo , an diabolo ? numquid priusquam vires defecerint corporis , nullus homo viam debet artipere perfectionis ? Est & alia causa super molestia passionum tuarum tractanda , quam decet ut mente perpendas intima . Nam quanto majoribus beneficiis ditatus , & longiori patientia hactenus à me es supportatus , tanto difficiliorē conversionis viam sustinere debes . Scio namque in juventute difficillimam esse cujuslibet conversionem . Sed & te convenit scire , quām difficile , quām laboriosum mihi quodammodo erat per illorum scandala , qui per te depravati sunt : quòd tu plurimis in utroque homine laureatus beneficiis , pñne omne tempus præteritum consumplisti in flagitiis . Finitis igitur flagitiis , finitis igitur solutionibus , quas pro rebus quibusdam , in quibus dubitando laborabas , protuli ; numquid adhuc , ô amator dubitationis totius , aliquid certum & definitum probatione ulla accepisti ? An ignoras quoniam documenta tanta , quamcumque ratione aut meditatione concepta , nequam adeptus es frustra ? Ideoque in eorumdem documentorum cognitione stabilem mentis retine intentionem ; & per hoc præpara animum tuum ad

tentationem. Nam quanto majore inspirationis diuinæ gratia jam præmonitus instructusque es , tanto validiorem temptationis molestiam patieris. Iterum atque iterum eadem repetens admoneo , ne forte in ter eos deputeris , qui , ut scriptum est , ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt.

ANONYM.
RATISP.

Mirari itaque noli , si quid paſſurus es novi : ve rumtamen præſcio quanta infirmitate & ambiguitate inter novas temptationis molestias dissolvaris , arbitratus scilicet me ipsum Deum omnipotentem non esse , & hæc omnia quæ de me percepisti apud te quasi ſomnia videri. Recede ergo , miser , ab hac dementia : quia , ſicut ſæpiſſime tibi patefactum eſt , deluſione circumvallaris diabolica. Attende , ô capti ve , ne tu ſis ille de quo dicit Psalmista , *Dixit inſipientis in corde ſuo : Non eſt Deus.* Diabolus quippe ſatis agnoscens universos confugientes ad me ve niā promereri poſſe , omnigenis deluſionibus re trahit eos ab ipſius aditu veniæ , hoc eſt à fide , im mittens videlicet fraude ſolita hujusmodi cogitationes , ut aut indignum mihi videatur ſceleratos quos que juſtificare ; ſeu auſteritatē tantam mihi inefſe , quam nullus homo peccator , etiam ſi pro paenitentia ſemper caſtigetur , valeat minorare : ſive ut de juſtorum retributione perpetua & de impiorum pe renni dubitet pœna , aut etiam judicia blaſphemare audeant mea : ſeu ut Scripturæ ſacré dicta intentione ſubvertant ſinistra : ad extreum verò ut , ſicut tu quoque modò deluſus privatris , de certiſſima ſub ſtantia mea preventur agnitione.

Sed quia inſipientiam animi tui huc uſque præ mortalibus multis uſtinui admonendo & instruendo ; cur etiam talia permittam contingere aliquatenus te volo instruere. Numquid ignoras , Angelos & Ar changełos omnesque cælicolas , qui longè ſublimiores natura conſtant humana , in eo voluntatis ſuę

ANONYM.
RATISP.

arbitrio relictos, ut sive mecum , sive cum principe diabolo vellent , permanerent ? Sic quoque oportuit eos probari , ut & quid in me , & quid in se essent , posset denudari. Unde cum quidam probati sine me nihil esse , alii verò in se aliquid esse & posse crederent : hi qui in me suum tantummodo esse decernebant , ele^tione & felicitate perpetua videbantur digni ; illi autem qui se viribus propriis commendabant , ut pateretur quid sine me possent , irremediabili judicio sunt puniti , sicut in epistola beati Petri Apostoli legitur : *Deus , inquit , Angelis peccantibus non pepercit . & in epistola Iudee : Angelos qui non servaverunt suum principatum , sed reliquerunt suum domicilium , in judicium dies magni , aeternis vinculis reservabuntur.* Nota quoque & illud , quia si iidem Angeli in exordio creationis suæ ita probati non essent , licet naturâ præclarissimâ potirentur , per se tamen aliquid posse existimantes , tanto nequius quandoque superbiendo caderent , quanto jam diutius se viribus propriis sterisse crederent : & in hujusmodi dilatione non tantum angelicæ , sed etiam humanae damna evenirent naturæ. quia cum districcio divina Angelis superbientibus in initio minimè resisteret , humana profecto superbia impunitatis tantæ causa magis ac magis Deum contemnens , graviori demum supplicio prostermenda caderet. Quam ob rem quid aut angelica , aut humana natura per se possit , inox in utriusque initio apparere oportuit , ut eorum casus non tam sibi ceterisque videretur detrimentum , quam doctrinæ exemplum : & eo fortius postmodum starent , mihiique tenacius inhærent , quo majori experimento per semet nihil posse didicissent. Ceterum hi Angeli , qui arbitrii libertate data probati , à consortio subjectionis meæ sponte discesserunt , ideo venie remedium non meruerunt , quoniam extrinsecus nulla rerum necessitate , nulla

intrinsecus naturæ suæ ad hoc coacti sunt imbecillitate : sed vitio tantummodo superbiæ ex ipsa libertatis claritatisque suæ excellentia inflati , potentiaæ meæ præsumebant resistere. Homo autem primus licet sapientia multiplici & conditione spirituali ita esset adornatus , ut diceretur ad imaginem & similitudinem Dei factus : quia tamen compositus erat ex carne lutea , & diaboli præventus seductione atque astutia , præcepti mei transgressione veniam meruit , ea tamen ratione , ut ejectus de paradiso voluptatis , operaretur terram de qua sumptus esset ; in sudore vesceretur pane. quod scilicet & juxta litteram de corporali , ut ea quæ in hoc exsilio corpori essent necessaria , cura excoleret varia ; & de spirituali pane , id est Christo , potest intelligi : ut cui prius facillimo liberi arbitrii nisu inhærere , & in quo omnia habere posset ; ad eum postmodum lapsus cum sudore maximo pænitentia rediret : atque ejusdem arbitrii ingenique vires , quas ante transgressionem absque sensus torpore ad cuncta bonitatis jura retinuerat , postea carnis fragilitate præpediente cum labore gravi obtineret. Cùm ergo hac ratiocinatione agnoscas , non solum eumdem primum hominem singulari conditionis humanæ primatu sapientiaque laureatum , sed etiam omnes cœlicolas , quorum excellentiaæ creature nulla comparatur , absque probatione congrua non posse mihi firmiter inhærere , necnon sui meique differentiam , pervidere : quem deinceps hominum ceterorum à primi hominis prudentia insita aliquid distantium , arbitraris esse tam perfectum , ut sine tentatione meæ magnificentiaæ suæque fragilitatis certum capere possit experimentum ?

Quod si tentationis insolite molestias super te irruisse causatis ; attende quoque quia tu pæne insolito more gratiam meam huc usque magis quam alii plures adeptus sis. Nonne tibi insolitum videtur,

ANONYM.
RATISP.

ANONIM.
RATISB.

à pueritia usque in præsens omnimodis te sceleribus implicatum , non solum pœnas condignas evasisse , sed etiam quasi vice versa hæc quæ multis denegata sunt Religiosis , & (quod non absque admiratione magna pensari valet) cum labore magno exquirentibus , ea nisu facillimo dona pietatis meæ ingentia percepisse ? Recordare queso quid tu absque labore solito beneficiorum , & quid ceteri plures mei electi experientur angustiarum , priusquam pacem & quietem ullam, non dico futuræ , sed præsentis vitæ obtinerent , quamvis nonnulli inter beneficia sibimet collata afflictiones varias perferrent . Et ut hæc aperi-
tius tuo innotescant animo , quosdam qui hujusmodi vitam ducebant , tam in veteri quam in novo Testamento per nomina recitare cupio . Scisne quantos labores & tribulationes Jacob Patriarcha pertulerit , priusquam ullam benedictionis perceptæ à patre suo Isaac gratiam promereri potuerit ? nam ut Genesis liber testatur , oderat semper Esau Jacob pro benedictione qua benedixerat ei pater : ideoque matre suadente idem Jacob propter fratris metum profectus est in exsilium , ubi avunculo suo x i v annos serviens , ignobilis personæ sortitus est negotium : postea vero cum rediret ad patriam , in tantum adhuc fratris expavit iram , ut pro reconciliatione nuntios præmitens , non solum jam fratrem , sed & dominum appellaret dicens : *Sic loquimini domino meo Esau : Hac dicit frater tuus : Mitto nunc legationem ad dominum meum , ut inveniam gratiam in conspectu tuo.* Cùm autem advenientem fratrem procul vidisset , præ timore in terram cadens , septies adoravit donec appropinquaret . Videsne ergo quantas afflictiones ille tantus vir sustinuerit , antequam gaudia aliqua benedictionis promissæ gustaverit ? At si gustavit , magnus timor hæc superavit . Eadem quoque de filio suo Joseph profetari possunt , quem cùm per somnia

patefacta fratres sui magnum quemdam sibiique præponendum arbitrarentur , mox oblii totius fraternitatis , contra eum omnimodâ succensi sunt invidiâ , adeo ut vix ab illius interfectione fese cohibentes venumdarent eum Ismaëlitis : à quibus translatus in Aegyptum , tantam ibi contritionem pressuramque sustinuit , ut sicut de eo Psalmista commemorat , ferrum pertransiret animam ejus , donec veniret verbum ejus , id est antequam perciperet prædestinatam & revelatam potestatem , quam non solum super omni Aegypto , sed etiam super cunctis fratribus suis , ad se pro inopia confugientibus , possessorus erat . Similia etiam invenire vales de præcipuo viro Moïse , & de famulo meo David , & de sancto Daniele : qui omnes , licet disparibus modis , ante & post suscep tam dignitatem tribulationes periculaque maxima pertulerunt .

Tales etiam viri multi inveniuntur in veteri , sed multo plures in Testamento novo , qui tanto majora passi sunt discrimina , quanto non jam præsentia ulla , sed tantummodo futura & eterna desiderabant præmia . Illi namque qui ante legem aut sub lege religiosè vixerunt , licet justi sanctique essent , magis tamen ab aliis quam à semetipsum illatas tribulatio nes sustinuerunt : isti autem quibus exortus est verus justitiae Sol , id est Christus , qui dixit , *Si quis vult post me venire , abneget semetipsum , & tollat crucem suam & sequatur me ; & iterum , Qui amat animam suam , perdet eam ; hujusmodi rudimentis incitati semetipsum offerebant tortoribus : & si tortor alius defuisset , fese cum vitiis & concupiscentiis semper crucifigebant . Ideoque non facilè terrenam fortitudinem dignitatem , sed jugiter intendebant ad spiritualem : ut videlicet ipsi semet contra diabolicas tentationes fortiter munirent , aliosque exemplis suis erudirent . Verumtamen priusquam passionum pro-*

ANONYM.
RATISB.

priarum victoria & pace fruerentur, aut aliquibus regendis preponerentur, plurima pertulerunt pericula, multa transierunt tempora. Quidam etiam in spirituali dignitate jam constituti, praeter afflictiones spontaneas, ægritudinis aut persecutionis variæ flagella ob humilitatis custodiam à me transmissa, usque ad finem vite præsentis sunt passi. Quamvis ergo hujusmodi viros innumerabiles, ut supradictum est, in Testamento novo possis invenire; aliquos tamen exempli gratia nominare volo, ut cum hos in testimonium sumpsero, facilius agnoscas qualitatem ceterorum. In primis itaque Apostolos Domini Iesu Christi attende, quid laboraverint, quid pertulerint, antequam aliquem laboris sui fructum, antequam sublimitatis percipiendæ gradum, non dico in futura, sed in præsenti tantum vita, ubi Ecclesiæ universæ præferendi erant, possederint. Dicit enim, ut evangelica verba testantur, ipse primus Apostolorum Simon Petrus ad Jesum: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Quid autem in his verbis, ubi beatus Petrus se suosque Coapostolos omnia reliquisse dicit, intelligendum putas, nisi (quod maximæ difficultatis est) parentes, propinquos, dulcia matrimonii jura, filios, prædia, domos, postremo voluntatem propriam, omnianque carnis desideria? Quam ob rem licet Apostoli relictis omnibus suis Dominum Iesum comitarentur jugiter & mente fideli, manifestum est tamen eosdem pro rerum suarum dimissione, necnon pro humanæ fragilitatis occasione diutius à diabolo tentari & fatigari, maximè cum & ipse Dominus tentationes ejus voluerit pati. Unde ad eosdem Apostolos dicit: *Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis.* Præterea tribulatione premebantur maxima, cum ipsum Dominum, in quo omnem spem suam ponebant, comprehendi ab hominibus pessimis, & flagellari, morteque tur-

pissima condemnari videbant. Huic autem tribulationi successit & altera, quia scilicet propter iniustam sibique invisam tanti Magistri passionem, licet argumentis multis patefactam, vix ejus credebat resurrectionem. Inter haec quoque nihilo minus persecutione ac metu Judæorum afficiebantur. Tantis igitur tribulationibus Apostoli sunt afflitti nec non probati, priusquam in illo, quo ponendi erant, totius Ecclesiae fundamento collocarentur, priusquam ullum laboris sui fructum aut potestatem in animabus lucrandis meruissent adipisci.

ANONYM.
RATISP.

Sed his generaliter de Apostolis omnibus prolatis, nunc libet de aliquo illorum, ceterorumque Patrum specialiter, exempli gratia mentionem facere, quid uniuscujusque eorum tribulationis & angustiarum ante aut post perceptam spiritualis gratiarum sublimitatem pertulerit: ut cum tam præcipios Patres innumeris tribulationibus afflictos agnoveris, insolitam magis gratiam, quam molestiam ullius temptationis hactenus esse tibi collatam probare possis. Attende ergo ad sanctum Paulum, & considera quot perperius fuerit genera persecutionum. Nam sicut in libro Actuum Apostolorum & in ipsius epistolis valet agnosciri, postquam Christo Jesu vocante ad conversionem venit, numquam fere sine adversantium persequentiisque periculis exstitit. Ejus quoque collegam in persecutionum dumtaxat numerositate ATHANASIUM Alexandrinæ Ecclesiæ Præfulem accipe, qui, sicut in historia Ecclesiastica legitur, mox post suscepitam Præfulatus dignitatem, pro catholice Fidei defensione laborans, immensis hereticorum persequentiis insidiis pene usque ad vitæ suæ finem afficiebatur. Sic quippe de eo sacra scriptura refert: Hujus, inquit, tanti in Ecclesia pro Fidei integritate agones fuerunt, ut etiam de hoc dictum esse videatur, quod scriptum est: *Ego enim ostendam ei, quanta oporteat cum pati*

**ANONYM.
RATISP.**

pro nomine meo. In hujus namque persecutionem universus conjuravit orbis, & commoti sunt Principes terræ, gentes, regna, exercitus convenerunt adversus eum. Ille autem divinum illud conferebat eloquium dicens : *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum ; si exsurgat prælium, in hoc ego sperabo.*

Isti igitur duo viri in exemplum humanæ persecutionis sufficiant tibi, ut non solum nihil insolitum, nihil inauditum te aliquando ab homine quoquam pertulisse arbitreris, sed nec particulam minimam eorum persecutionum, quas alii pertulerunt, te passum esse noveris. Tu enim pro eo quod aliquantulum adversitatis & persecutionis prius in sæculo constitutus pertulisti, & nunc in monasterio positus parvissimis tentationum stimulis, quibus etiam Christianus omnis probandus erit, fatigaris ; majoribus quam alii persecutionum temptationumque periculis afflictum te frequenter arbitraris : sed haec longe aliter quam tibi videantur invenies, si veritatem consideres. Nam quod in persecutionibus violentia humana illatis nil simile aliis pluribus pertuleris, jam satis demonstratum est exemplis. Deinde vero oportet considerare, quantum aliis in afflictione carnis & in omni contemptu vitæ hujus sponte laborantibus succumbas. Attende itaque in duos venerandos Patres & spiritualis vitæ Doctores, sanctum videlicet ANTONIUM ac beatum BENEDICTUM, quorum tanto facilius potes recordari, quanto magis ex lectione assidua tibi sunt noti. Illorum ergo vitam legens citò potes cognoscere, quantum uterque pertulerit afflictionem pro Dei amore, quam devotè, in primis cum adhuc juvenilis essent ætatis, mundana reliquerunt omnia : quantas deinde diaboli sustinuerint insidias & tentamenta. Unus namque eorum, id est beatus Antonius, à quo etiam omnis fere exorta est eremitarum

& cœnobitarum institutio , tanta conversationis sanctitate pollere cœpit , ut ex hoc antiquus hostis , invidiæ facibus omnimodis accensus , non solum spiritualibus & invisibilibus eum impugnaret insidiis , verum etiam corporalibus atque apertis afficeret plagiis. Sed & alter nihilo nimis Dei gratia repletus , maxima sanctitatis sua monimenta tam scriptis quam moribus reliquit. Quid multa ? quidquid afflictionis , quidquid constat laboris in vigiliis & in jejuniis , aut in solitudinis horrore , & in pretiosi vestimenti abjectione , seu in desideriorum carnalium devincenda passione ; aut in omnigenis invidiæ diabolicae dolis superandis , eosdem invenies diu tolerasse , antequam ad arcam perfectionis , qua plurimis præferendi erant , pervenirent.

Hæc igitur quælo diligenter adverte , & tantas Patrum prænominatorum afflictiones ad tuas , quas tu interdum insolitas arbitraris , confer tribulaciones : & tunc procul dubio cognosces , quia parvi sunt quos modò aut umquam pertulisti dolores , quantumvis iidem Patres nullatenus , sicut tu , pro criminum capitalium pænitentia mererentur affligi. Præterea tibi in ætate primæya multo majora , quam illis , humani solatii adjumenta ; multoque plura , quam illis , impensa sunt à me exterioris hominis solatia : quibus jure incitatus , fide atque devotione magna properare debuisses ad obtinendam interioris hominis puritatem , quæ non nisi per magnam carnis acquiritur afflictionem. Si enim illi beneficiis parvis adjuti ita sunt inflammati , ut labores maximos pro consequenda vitæ spiritalis puritate sustinerent : cur tibi , qui parvus adhuc dona adeptus es ingentia , videtur grave tribulationem saltem aliquam pro puritate eadem tolerare ? Dic rogo quis tibi videris , ut nec pro subsidiis præsentibus , nec pro futura & perenni mercede molestiam ullam perferrere velis ?

Quid ergo olim , cùm in schola positus essem , pro capacitatem magna discendi laborasti ? Quod deinde in saeculari vita positus habuisti studium , ut ejus inanem noxiunque evaderes luxum ? Quid etiam nunc cùm ad Monasterium venires , jejuno , vigilando , orando , seu in qualicunque disciplina regulari insistendo plus aliis laboras , ut & pro præteritis criminibus consequaris veniam , & de futuris habeas cautelam ? Denique qui præterita rite emendare , & futura mala cupit devitare , necesse est ut in vigiliis , jejuniis , & orationibus , necnon in aliis bonis operibus carnem studeat edomare . Sed tamen quantum conversionis novitas & laboris tui permittit exiguitas , curam assiduam tibi inesse pro his omnibus asse- quendis non denego . unde & ego eadem pietatis meæ beneficia , quæ hactenus tibimet exhibui , amo do non auferam à te : tu tantum viriliter age , & con fortetur cor tuum , & sustine Dominum .

Adhuc restat afflictio & tentatio una , id est passio concupiscentiæ carnalis diuturna , in qua quia te specialiter vexatum esse credis , ideoque in hac assumenda sunt aliquorum Patrum exempla ut in ceteris . Sed hoc in primis pensandum est , quia is qui numquam , & qui sæpius carnis corruptionem expertus est , nulla possunt colluctatione coæquari . Quamvis enim uter que impugnatione gravi affligatur , is tamen qui hujusmodi vitio fragilitate humana devictus sæpe succubuit , tanto longiora & graviora passionum carnalium certamina sustinebit , quanto frequentius eidem passionibus consentiens semet subjicit . Hac igitur re considerata , aliquos jam utriusque qualitatibus homines ex Scriptura sacra probatos ad exemplum assume , ut perspecta aliorum tentatione atque labore , facilius impugnationis & laboris tui quantitatem agnoscas . Et primum quidem illi qui pro castitatis intimæ perseverantia ; deinde vero hi qui

pro

pro corruptionis luxuriosæque vitæ pænitentia agen-
da certaverunt, proponantur. Sicut ergo Dialogorum
liber narrat, sanctus EQUITIUS cum in juventutis
suæ tempore nimio carnalium desideriorum certa-
mine fuisse fatigatus, ipsis suæ temptationis angustiis
ad orationis studium sollertior est factus. Cumque
hac in re ab omnipotente Deo remedium continuis
precibus quereret, nocte quadam assistente Angelo
eunuchizari se vidit. Ecce quantum sanctus iste labo-
ravit, qui quanto magis impugnabatur, tanto studio-
sius oravit ne vinceretur. In Collationibus quoque
Patrum de quodam Abbe eximio, qui dictus est
S E R E N U S, legitur, quia cum pro interna corporis
& animæ castitate nocturnis diurnisque precibus,
jejuniiis, etiam ac vigiliis infatigabiliter insisteret;
adveniens ad eum in visione nocturna Angelus Do-
mini, ejusque velut aperiens uterum, quandam
ignitam carnis strumam de ejus visceribus avellens
atque projiciens, suisque omnia, ut fuerant, locis
intestina restituens, Ecce, inquit, incentivâ carnis
tuæ abscissa, & obtinuisse te noveris hodierna die
perpetuam corporis puritatem, quam fideliter po-
polscisti. Ecce vides quantos sit paclus & iste labores.
Quapropter ut nemo excusationem aut dissidentiam
habeat, ea quæ fideliter poscit impetrare non posse;
quod uterque constanter petiit, asséqui meruit.

Et ut hujusmodi exempla non solum in fortiori,
sed etiam in sexu habeas infirmiori, in vita Patrum
narratur, quoniam Abbatissa quedam sancta, no-
mine **S A R A**, xiii annis fortiter à fornicationis
dæmone sit impugnata, & numquam rogaverit ut
discederet ab ea hujusmodi pugna, sed hoc solum
dixerit: Da mihi fortitudinem Deus. Ecce fides qua-
lis, & quantus amor pietatis: ecce quid uterque
sexus laboraverit pro virtute castitatis, de quorum
omnium puritatis constantia sicut procul es effectus,

Ver. Analect. Tom. IV.

E e

ANONYM.
RATISP.

ita etiam eorum laborem & impugnationem num-
quam fueras expertus.

Quam ob rem quia perfectorum & in castitate per-
severantium omnimodo discrepas meritis atque ja-
bore , videamus si aut eorum , quorum impudicitiae
& irreligiositati minus discrepane vidēris, tribulationi
& impugnacioni , quam pro pænitentia agenda per-
tulerunt , aliquatenus assimileris. Legitur quippe in
supradicta vita Patrum , quia fuerit quidam vir vitam
turpissimam super omnes vicinos suos dicens , ita
ut opinatissimus in flagitiis haberetur. Hic aliquan-
do Dei miseratione compunctus ad pænitentiam con-
vertitur , & intra sepulcrum quoddam se concludens ,
priorum scelerum pollutiones lacrymatum fontibus
diluebat. Cumque in his posito hébdomada transi-
set , nocte veniunt ad eum dæmones in sepulcro cla-
mantes & dicentes : Quid est quod agis , ô imputis-
sime & flagitiosissime ? Postquam omni spurciā sa-
tiatus es , nunc à nobis castus & religiosus effu-
gere cupis ? nolis , velis , amodo unus ex nobis eris.
Hæc & hujusmodi plura exprobrantibus eis ille jace-
bat immobilis , ne auditum quidem suum convertens
ad eos : nec ullo penitus sermone respondens. Cum-
que illi sèpius eadem repeterent , nec ille omnino
moveretur ; tunc in futore in commoti dæmones ,
verbieribus eum afflixerunt , multisque cruciatum
suppliciis semivivum reliquerunt. Ille tamen tot
cruciatis nec moveri potuit à loco , in quo ora-
tionis causa jacuerat. Sequenti verò nocte dæmones
iterum venientes , gravioribus eum verbieribus cru-
ciabant : sed nec tunc quidem moveri valuit à loco ,
melius esse dicens mortem subire , quàm ultrò dæ-
monibus obedire. Nihilominus tertia nocte multi-
tudo dæmonum convenit : & absque ulla miseratione
in eum irruentes , omnibus pœnis , cruciatibusque
afficiunt. Cumque jam corpus defecisset in suppli-

ciis, extremus tamen spiritus obsistebat imperio dæmonum. quod ubi viderunt, exclamantes voce magna, Vicisti, inquiunt, vicisti. Quid ergo tibi in hujusmodi impugnatione videtur? Numquid quia te supra multos occultis & manifestis tribulationibus oppressum esse sèpius aestimabas, tale aliquid umquam passus eras? Quin immo longè minoribus subjacebas temptationibus.

ANONYM.
RATISB.
“

Sed licet exemplo satis hoc sis vinctus ab uno, pro eo tamen quod in occultis & spiritualibus temptationibus maximè te vexatum arbitraris, a iud in quo spiritualis tantum impugnatio declaratur, proferre libet exemplum. Legitur namque de Maria Ægyptiaca, quoniam inter cetera quæ Zosimo Abbatì de vita conversionisque suæ qualitate referebat, dixit: Crede in me, Abba, septemdecim annis feris & irrationalibus luctabar desideriis. Et post pauca: Cogitationes autem quæ ad fornicationem iterum compellabant me, quomodo tibi enarrare possum? Ignis interim infelix corpus meum nimius succendebat & me per omnia exurebat, & ad desiderium commixtionis trahebat. Dum ergo talis ascenderet cogitatio, prosternebam me in terram, & lacrymis eam infundens, ipsam mihi veraciter adstare sperabam quæ me fidei susserat, id est sanctissimam Dei Genitricem: & sic per septemdecim annos periculis multis, ut dixi, luctabar. Ecce viðes quantum non solum virilis, sed etiam femineus sexus laboraverit & pro integritatis constantia, & pro corruptionis pænitentia. Numquid ergo septemdecim annis jam laborasti pugnans contra cogitationes desideriorum carnalium? Quid autem tot annos dico, qui nec uno passus es tanta anno integro? Nondum igitur laboris viam cœpisti, & tamen velut ex labore nimio jam fatigatus defecisti. Sed & si quas temptationis & adversitatis molestias perferres, numquid propterea

E e ij

ANONYM.
RATISB.

patientia & spei solatia deponere debes ? Nonne & ex supra commemoratis sanctorum Patrum exemplis , & ex aliis Scripturæ sacræ sententiis agnoscere potes , utile esse ac necessarium perferre tentationes ? Petrus namque Apostolus dicit : *Carissimi , nolite peregrinari in fervore , qui ad temptationem vobis sit , quasi aliquid novi vobis contingat : sed communicantes Christi passionibus gaudete.* Jacobus etiam Apostolus docet dicens : *Omne gaudium existimate , fratres mei , cum in tentationes varias incideritis , scientes quod probatio fidei vestra patientiam operatur , patientia autem opus perfectum habet , ut siis perfecti & integri , in nullo deficients.* Item Apostolus idem dicit : *Beatus vir qui suffert temptationem , quoniam cum probatus fuerit , accipiet coronam vita , quam repromisit Deus diligentibus se.* Hinc & Paulus Apostolus ait : *Gloriamur in tribulationibus , scientes quod tribulatio patientiam operatur . patientia autem probationem , probatio vero spem , spes autem non confundit.* Hujusmodi ergo documenta & in novo , & in veteri Testamento inveniuntur multa : quibus si jugiter intendis , non solum tentationes quaslibet advenientes facilius devincis , sed & majoris intelligentiae dona consequeris. *Vir enim , ut scriptum est , in multis expertus cogitabit multa ; & qui multa didicit , narrabit intellectum.* Cujus videlicet rei indicium in te metipso probare vales : quia nisi variâ temptationum molestiâ & curâ exercitatus es es , nequaquam tanta Scripturarum documenta aut testimonia tractare studiasses. Plura quippe prius incognita jam indagationi tuae sunt reserata.

Illud quoque summopere notandum tibi est , quia si absque temptatione & tribulatione aliqua diutius remaneres , gravius periculosiusque de beneficiorum meorum largitate superbiendo caderes , quam cum sceleribus omnimodis quondam deditus es. Quanto

enim excellentioribus quisque dotatur donis , tanto magis pulsatur vitio elationis. Unde & ille præstans tissimus Angelorum non sustinens dignitatis suæ donum , eo gravius superbiendo cecidit , quo sublimior ceteris exstitit. Saül quoque , ut liber Regum narrat , cùm ante perceptam regni dignitatem humilius mihique esset acceptus , postea verò ex eadem dignitate superbiens à me est repulsus. Ipse etiam David , licet Regum eximius & pietati meæ placitus esset , prius tamen quād ad regni elevaretur fastigia , majori se constrinxit religionis cura. Nam antea bona pro malis , postea verò mala reddidit pro bonis : ideoque iniquitatis suæ non immemor , in centesimo primo psalmo gemebundus ad me ait : *Quia elevans allisisti me.* ac si aperte diceret : Quanto sublimiore me dignitate elevasti , tanto majoribus peccatis me implicari permisisti. Præterea quantæ ruinæ is , qui præ ceteris elevatur ; pateat , liber Paralipomenon indicat. De Joás namque Rege Juda refert , quia post mortem Joïadæ Sacerdotis , qui eum ad regnum provexit , in tantam elationem venerit , ut relictus cultu Dei à suis se permiserit adorari . pro quo superbia flagitio quod Regi eidem evenerit , Scriptura subjungit dicens : *Cumque volutus esset annus , ascendit contra eum Rex Syria , venitque in Judam & Jerusalem , & interfecit cunctos principes populi . & universam prædam miserunt Regi Damascum.* In Joás quoque ignominiosa exercuerunt judicia . & abeuntes dimiserunt eum in languribus magnis. Ex quibus omnibus sentiri valet , quia nemo aut virtutis , aut dignitatis alicujus excellentiâ sublimatus , mortiferæ superbiae ruinam absque magna contritione evadet. Sed & beatus Paulus hoc attestatur , qui patefactis quibusdam virtutibus sibi concessis subjungit dicens : *Et ne magnitudo revelationum extollat me , datus est mihi stimulus carnis meæ.*

ANONYM.
RATISP.

ANONYM.
RATISP.

angelus satana ut me colaphizet. Si enim tantus vir stimulis ideo premebatur carnalibus , ne pro concessis extolleretur virtutibus ; putasne tibi opus est aliqua adversitate fatigari , ne de perceptis beneficiis præsumas gloriari ?

Quam ob rem perpende quæso temptationis tuæ causam & ordinem , exordium & finem : ut agnoscere possis , cur postremò amariori quam primitus & illâ , quam tu insolitam vocasti temptationem , vexatus fueris. In primis namque ideo levioribus solitisque permisus es fatigari temptationibus , ut quasi per gradus quosdam ad altiora paulatim ascenderes , & disceres congregandi quandoque cum gravioribus. Sed cum in tam levi & temperata impugnatione aliquantulum proficiens , ea quæ in te gratia mea operabatur , magis ac magis viribus meritisque tuis attribueres ; in talēm te tandem permisi temptationem incurrere , cuius impugnationis magnitudine depresso , agnosceres cui instantem defectum , & cui præteritum omnemque laboris tui profectum debuisses imputare : ac per hoc tanto certior de gratiæ meæ beneficiis existeres , quanto minùs de meritis tuis præsumeres .

PARS II.

Hoc ideo Clericus supradictus ideo scripsit ; ut his qui in conversionis initio sacram Scripturam legere cupiunt , ostenderet , qualiter immensam diabolice fraudis astutiam , qua omnes eamdem Scripturam legentes impugnare solet , agnoscere & præcavere , qualiterque etiam divinæ inspirationis gratiam agnoscere & invocare debeant. Scripsit & idem Clericus multa alia , quædam quidem dictando , quædam autem alio modo , quæ scilicet utraque subsequenter pandere volo : sed dictata prius , post hæc quoque cetera pandam. Sic ergo incipit scribere de librorum dictamine. Quia igitur alternis uti delecta-

bile est , non solum ob depellendam tædii molestiam , sed etiam ob recreandas animæ & corporis vires studi quondam dicta diversæ qualitatis scribere , sed nunc referare libert quæ scripserim . Tres namque libellos diverso tempore diversoque stilo edidi in primis , quos volui in unum volumen , quasi ad unam convergentium mensam colligere , instar videlicet trium pulmentorum , quæ nobis sanctus Pater BENEDICTUS cænantibus largiri jubet in Regula : ut qui ex uno nequiverit refici , ex alio reficiatur . Confido itaque in Domino , quia omni spirituali cibo delectatus in aliquo illorum inveniat , per quod spiritualiter refici valeat . Sed hæc de omnibus generaliter sint dicta . Nunc verò referare cupio , quæ causa fuerit singulos scribere , ut lector aliquatenus exinde instructus noverit , me nequaquam frustrà in talibus desudasse .

Primum ergo libellum metricè prolatum , cui imposui titulum DE SPIRITALI DOCTRINA , scribere hujusmodi erat causa . Cum enim quondam ex infirmitate maxima convalescens , ad monastice professionis vitam venissem , tunc in brevi , plusquam credibile sit , factus sum sospes : ex qua sospitate veritus ne aliquod damnum spirituale mihi oriretur , prece Dominum intima rogavi , ne me in tanta sospitate positum otio inutili torpescere , sed aliqua tentatione , quam mihi congruere sciret , pulsari permitteret . Post hanc orationem non multum temporis fluxit : & ecce variæ tentationum molestiæ accedentes in tantum me circumdederunt , ut & incautè me orasse , & magis ad interitum quam ad proventum exauditum esse aliquando vererer . Sed sæpius retractans illud apostolicum , Fidelis Deus . qui non patientur vos tentari supra id quod potestis , sed faciet cum tentatione proventum ut possitis sustinere ; laboravi , non quantum debui , sed quantum fragili-

E e iij

ANONYM.
RATISP.
Scripta
auctoris.

ANONYM.
RATISB.

tate mea permittente , ipsoque Domino adjuvante potui , ne in conspectu adversariorum meorum corruerem. Ideoque in tanta molestia temptationis , quæ eo magis imminebat , quo major sospitas corporalis inerat , omnino modo tractare cœpi , quali studio , qualique labore corpus spiritui subjicerem. Nam ea quæ communiter cum ceteris fratribus in cœnobio agere docebar , sed & illa quæ speciali devotione scribendo , aut legendo , seu etiam jejunando sponte subii , non satis affligere corpus videbantur. Cumque diu tractarem , quo potissimum studio memet in tantis periculis constitutum aptissimè jugiterque constringerem ; occurrit animo ut in dictamine me occuparem aliquo : quod & sœpe expertus sum mentem lacivam cuiuslibet scholastice instructi in nullo posse magis constringi , quam studio dictandi.

NOTA.

Hujusmodi igitur occasione accepta , libellum pri-
mum scribere cœpi metrico scilicet stilo , quo ma-
xime in sæculari vita positus me exercebam : ponens
in eo varias spiritualis doctrinæ sententias , quibus
me solummodo contra tentationes imminentes ins-
truens roboravi : aut pravitatis meæ quantitatem ,
quam cum ceteris Clericis communiter in mundo
exercebam , pertinaciamque quam specialiter præ
multis ibidem retinebam , magis attenderem , atque
litteris expositam majori penitentia diluendam ag-
noscerem. Inserui in eodem etiam libello sermonem
quendam lamentabili stilo editum , prius quidem
disputans de diversa clericorum negligentia , nec-
non avaritia : deinde narrans de miserabili impro-
bitatis meæ vindicta , tam spiritualiter , quam cor-
poraliter patrata. Ignorabam enim tunc , si quo loco
proferenda forent hujusmodi dicta , quæ licet in mo-
do sint posita , post cetera tamen , cum me aliquid
perspicaciōri intuitu agnoscere cœpisset , à me con-
stant edita : quia metricis prolatus est verbis , quæ

pueris & intrantibus ad discendas litteras à multis
 primitus exhiberi solent. In primis quoque ponere
 decrevi, ut ex hoc quilibet ad veritatis viam con-
 versus sumat quasi prandium conversioni suæ con-
 gruum, sicque leviori cibo refectus ad laudatores
 dapes sacræ doctrinæ capiendas aptior accedat. Li-
 brum verò visionum, licet post duos scripterim, in
 ordine tamè secundum ideo posui, ut illa doctrina
 quæ in priori libello variis prolata est sententiis, in
 hoc quoque variis corroboraretur exemplis; eaque
 tenacius præmissa animo inhærent verba, quæ ma-
 jori testimonio tam pietatis, quam severitatis divi-
 nae in subsequentibus commendantur, in morem vi-
 delicet laudioris cibi, qui primò aquâ purâ coctus,
 deinde aliqua acetì vel etiam piperis adjectione
 accuratiùs præparatur. Sola enim lenitatis verba in
 docendo prolata, quasi quidam cibi in sola aqua
 excocti possunt intelligi: sed cum dehinc aliqua
 severitatis exempla admiscentur, velut amaro acetì
 seu piperis additamento condita fercula, ut suaviora
 efficiantur, non incongruè intelliguntur. Apparet
 igitur, quia sicut cibus tam amaris, quam suavibus
 condimentis coctus avidius sumitur; ita & doctrina
 blandimentis quidem inchoata, sed deinde alicujus
 severitatis commixta exemplis studiosius auditur.
 Unde & Apostolus Doctorem quemlibet instruens
 ait: *Argue, obsecra, increpa*, id est blandimenta ter-
 roribus admisce.

His igitur prælibatis de secundi ordine libelli, jam
 verò subjungere volo, ubi & qua occasione scriptum
 fuerit. Cum ergo monasterium nostrum in urbe Ra-
 tisbona constitutum varia Episcoporum persecutione
 destrui viderem, ibique per triginta annos meliora
 sperans subsisterem; occulto Dei judicio longè ali-
 ter quam sperarem evenit. Qualiter autem destructio
 tanta evenerit, quia nec breviter proferri valet, nec

ANONYM.
RATISP.

ineptias tantas h̄ic exponere liber , aliis proferenda
relinquo: hoc solummodo enarrans , quia cūm ex-
teriora & interiora monasterii nostri commoda pe-
nitus destrui sensissem , & contra h̄ec nil pr̄ava-
luissim ; quin immo à fratribus quibusdam juveni-
bus, quibus displicebam, apud Episcopum accusatus,
varias mihi minas ab illo , illiusque familiaribus agi-
sepius audissem ; tunc petita ab Abbatē licentiā , ad
monasterium Fuldense , quasi citō reversurus , per-
tēxi. Verumtamen non dubito , quin tantam destruc-
tionem nemo in nos agerē posset , nisi justo Dei
judicio peccatisque nostris exigentibus permisus :
quod scilicet exinde palam datur intelligi , quia
in ipso discessōnis mēx anno , qui erat ab In-
carnatione Domini M L X I I , miserando sem-
perq̄ue lugendo igne combustum est cœnobium nos-
trum.

1062
Anno
Fuldam ve-
nit auctor.

In Fuldensi igitur monasterio positus , & optatæ
tranquillitatis atque caritatis dono ibidem potitus,
frequenter tractavi , qualiter pro ejusdem tranquil-
litatis gratia Deo , à quo mihi data est , grates re-
ferrem. Magnum quippe mihi tunc videbatur , in
eodem monasterio pacifico incessu posse deambula-
re. Quapropter animum ad deferendas Deo gratias
omnimodo convertens , & si qua dictandi materia
aptè occurreret diutiū exquirens , reperi tandem
quamdam dictandi occasionem , visiones videlicet ,
quas & ego quondam vidi , & ab aliis per loca
diversa profectus audivi. Has namque ad multo-
rum notitiam deferre ideo utile esse arbitrabar ,
quia credo ad omnes homines pertinere , quoties
quilibet visitatur à Deo , aut per castigationem ,
aut per consolationem , sicut & ipse in Evangelio
dicit : *Quod uni dico , omnibus dico*. Incitabat etiam
ex hoc ad scribendum , quia cum olim libellos
duos ediderim , tertium pro sancta Trinitatis ho-

nore , si ipsa Trinitas dignaretur inspirare , s^epius
optavi addere. Tali itaque causa incitatus , li-
brum visionum , de quojam locutus sum , scribere
studui.

ANONYM.
RATISP.

Tertium verò libellum , quem ante annos xv ;
ut reor scripsi , cur in extremo ordine posuerim
primo dicendum , deinde qua causa scriptus fuerit
subiectendum. Quia enim multorum accuratis epu-
lis cenantium mos est , ut in prima & secunda
vice viliora quæque fercula (quæ non ideo viliora
dicimus , quasi sint vilia , sed quod sint optimis in-
feriora ;) in extrema verò lautiora , & aliqua arte
præcipua cocta sibi apponere jubeant , cupientes
in hoc non tam suæ gulæ , quam aliorum , qui
fortè invitati sunt ad convivium , delectationi &
honori deservire : ego econtra simile aliquid ino-
liter volui in extremo aliqua lautioris sententia
verbula ante faciem legentium , quasi ad mensam
convescentium ponere , quæ quilibet lector avi-
dus , licet indigno stilo edita , generosa tamen
materiæ dignitatem retinentia , pro dapibus lautis
potuisset gustare. Nam quæ sententia lautior &
suavior valet esse quam de gratia Dei , & cur
credenda dicendaque sit gratia ; judicia quoque
quam vera , justaque & necessaria sint : sed & quan-
tam bene agendi facultatem à Deo concessam ha-
beamus , nilibus totis inquireatque pluribus testi-
moniis approbare ? Hæc quippe tria per trium quæ-
stionum solutiones in illo libro , quem in tertio lo-
cavi ordine , stilo quo potui per dialogum protuli ,
numero scilicet & ordine tali desiderans sanctam
Trinitatem venerati. Sed & in hoc eamdem Trini-
tatem venerari studebam , quia in tertia quæstione ,
quam velut fercula quædam præcipua ritu sagaci
contexta , & allata in extremo ad lectionis cenan
confidentibus apposui ; de ipsa sancta Trinitate &

ANONYM.
RATISP.

Unitate, juxta intelligentia meæ vires, brevi & aperta probataque (ut spero) variis exemplis & argumentis ratione defenserui. Spero etiam me in eodem libello omnibus, tam in sæculari, quam spirituali vita positis, aliqua ædificationis verba protulisse, per quæ quilibet esurientes & sitiientes justitiam refici possunt. Hæc quidem de libri extremi ordine sunt dicta, cui titulum imposui DE TRIBUS QUÆSTIONIBUS, id est de divinæ pietatis agnitione, judiciorumque divinorum diversitate, necnon de varia bene agendi facultate. Deinde vero subjungimus qua causa fuerit scriptus.

Quidam namque monachus de Augiensi cœnobio, nobilissima Alemannorum stirpe ortus¹, nomine HEINRICUS, cum ab Jerusalem reverteretur, apud nos aliquamdiu hospitatus est. Hic ergo quia in sacra Scriptura satis studiosus fuit, me frequenter quasi Doctorem adiit, suppliciter rogans pro quibusdam sacrae Scripturæ sententiis, ut eas sibi exponerem. Ego autem humilitatem atque importunitatem petitionis ejus attendens, prout potui, ad quæque rogata respondi. Cumque hæc collatio sèpius inter nos habita sibi placeret, postremo illud deposcere cœpit, ut eamdem collationem litteris exciperem, quod licet diu tam pro desidia, quam pro ignorantia differrem, aggressus sum tandem, scribens quidem per dialogum, sed sine titulo auctoris & absque personarum notarum litteris, ne facile pateret cuius opus esset. Inter hæc vero ille ad monasterium suum vocatus proficiscitur, & post non multum tempus ad nos iterum revertitur. Tunc videns quæ scribere cœpi, qualiterque ea adumbravi; unicè petiit, ut & causam scribendi illustrarem prologo, & utriusque personæ, mei videlicet ac sui, memoriam patefacerem in dialogo. quod mox, ut poteram, scribens implere studebam. Hæc igitur

causa dialogum me scribere fecit : quam idcirco
referavi , ne videar frustra scriptis alia addere scri-
pta ; utque cognita caritate qua impellebar ad scri-
bendum , quilibet in quorum manus iste liber ve-
nerit , eadem caritate incitentur ad legendum. Hæc
sint dicta de supradictis tribus libris , quos in unum
componere volui. Nunc etiam libet pandere qua
causa studuerim alias libellos scribere.

ANONYM.
RATISB.

Cùm igitur persecutionem quam in monasterio
nostro (ut supradictum est) passus eram , fugiens ad
Fuldense monasterium venirem , ibique per annos
quatuor cum tranquillitate magna commoratus vi-
derer ; dictandi scribendiisque studium frequentare
postulabar à quibusdam ejusdem monasterii fratri-
bus , ut sancti B O N I F A C I I vitam , difficulti stilo
editam , aliquid facilius ederem. quam petitionem ,
licet diu denegarem , postremo tamen compulsus im-
portunis precibus , ut potui ., quod petitus eram
implevi. Causa ergo tali librum sancti Bonifacii
promptus scripsi : alium quoque libellum quem ap-
pellavi M A N U A L E M , pro ammonitione clerico-
rum & laicorum scriptum ibidem positus edidi. Item
libellum Proverbiorum in eodem monasterio positus
scribere cœpi. Cum autem assiduis epistolis per mo-
nasterii nostri fratres quosdam revocatus ad patriam
nollem cito reverti propter illorum fratum , inter
quos tunc commorabar , petitionem , (omnimodis
enim precibus ut illos non desererem efflagitabant)
vix tandem ab illis remeandi licentiam obtinui.

Verumtamen ad monasterium nostrum prius per-
venire nolui , quām indiciis aliquibus explorarem ,
qualiter omnia agerentur ibidem. Qua de re ad mo-
nasterium Amerbach dictum perrexi , cupiens illic
exspectare , quousque certus fierem de monasterii
nostrī qualitate. Cumque ab ejusdem monasterii
Abbate susceptus omni humanitate & pietate reti-

ANONYM.
RATISB.

nerer , & de sacra Scripturæ questionibus multis inter nos sermo assiduus ageretur , placuisseque ei sœpissime responsio mea , accidit ut juxta paschalia festa dixisset ad me : Credite mihi quod si vobis præcipere aliquid possem , absque dubio præciperem , ut in hac sollemnitate proxima sermonem facheretis ad populum . Cui ego respondi dicens : Cur talia dicitis ad me , qui nihil hujus rei scio , qui numquam consuevi populum alloqui in publico ? Illo vero eadem repetente , cœpi mox cogitare intra me dicens : Quid facerem , si aliquis , cuius iussa transgredi non præsumerem , talia mihi præciperet ? Unde hujusmodi opus assumendum est mihi sponte , priusquam ab aliquo compellar potente : ut sic probem quid facturus essem . Continuoque stilo accepto scribere cœpi in modum sermonis , sumens exordium de Psalmistæ dictis : *Dominus de celo prospicit super filios hominum.* quæ nimirum dicta , quantum potui , similitudinum argumentis roboravi , credens per hæc aliquos ædificari . cui videlicet operi titulum impo-sui , Q U O M O D O L E G E N D U M S I T I N R E B U S V I S I B I L I B U S . Cùm autem in eodem loco unum pæne annum manerem , venetunt nuntii ex monasterio nostro missi , cum quibus exinde ad patriam reversus sum .

His igitur dictis , dicam quoque qua de causa ceteros scripserim libellos . Ex petitione namque fratum nostrorum , vitam sancti N I C O L A I , necnon sancti V V O L F G A N G I emendans , sicut in utriusque vita prologo intimatur , scripsi , antequam proficisceret ad monasterium Fuldense . Sed & vitam sancti A L T O N I S , unà cùm quibusdam carminibus ad eundem sanctum pertinentibus . Postquam verò redii , vitam sancti M A G N I scripsi , compulsus fratum duorum precibus intimis & assiduis , V V I L H E L M I scilicet ex congregazione nostra , & alterius qui ad nos dis-

cendi causa ex monasterio sancti Magni venit, ADAL-
H A M dictus, quique nunc in sanctae Afræ cœnobio ANONYM.
Abbas est constitutus. RATISP.

Post hæc autem cum viderem simul & audirem un-
dique Christianæ religionis destructionem, Rectorum
& Principum negligentiam in subditos, tam in spiri-
tuali, quam sœculari vita positos, doloremque jugiter
pro talibus ; cogitare cœpi, ut quia nullus dignare-
tur me audire communi sermone loquentem , pro
misericordia tantra condolentem ; vel scribendo ali-
qua sacrae Scripturæ verba proferrem , unde aliquos
edificare possem. Hac igitur causa scripsi librum mei
quoque operis novissimum, cui titulum imposui D E
C U R S U S P I R I T U A L I . In quo videlicet libro
quantum per sacrae Scripturæ , maximèque per Psal-
terii & Evangelii campum currere potui, scribendo
protuli. Inter hæc & sermones quosdam , necnon
epistolas pro communi utilitate scripsi : quas si quis
fortè legere voluerit , apud nos invenire poterit.
Scripsi etiam ante plures annos librum D E C O N-
F E S S I O N E A C T U U M M E O R U M , ut si qua in-
firmitas vel subitanea mors me in extremis impe-
diret à debita Confessione, saltem per scripta pate-
facerem , quis ex memetipso , quis ex Dei gratia
esset.

Adhuc proferre libert duarum Orationum verba.
Attendens enim saepius . quia plurimos exemplis
pravis seduxi , talia Orationis verba scribere studui,
in quibus unusquisque satis doceri potest , quomodo
pro se & pro aliis orare debeat : quæ scilicet Ora-
tiones cum à quibusdam jam habeantur, in hoc opus-
culo describere nolui. Hæ autem Orationes, aliaque
superiùs de dictandi dono prolata, tanto magis pie-
tati divinæ constant referenda , quanto amplius no-
tum est me virtutis pluriñis quondam deditum nihil
horum meruisse. Ideo autem hæc protuli , ut juxta

ANONYM.
RATISP.

hoc quod ipse Dominus in Evangelio cuidam dæmoniaco à se liberato præcepit dicens, *Vade in domum tuam. & narra quanta fecerit tibi Deus*; ego quoque narrarem, quanta mihi beneficia Deus exhibuerit.

Unde adhuc libet enarrare, quanta scientia quantaque facultas scribendi mihi data fuerit à Domino in primæva ætate. Cùm igitur parvus scholari disciplinæ traditus fuisse, litterasque celeriter didicisse; cœpi etiam longè ante solitum tempus discendi, sine jussu Magistri, artem discere scribendi. Furtivo enim & insolito modo, necnon sine docente nisus sum eamdem artem scribendi apprehendere. Qua de re contigit, ut pennam ad scribendum in recto usu retinere consuescerem, nec postea ab ullo docente super hoc corrigi valerem. Nimius namque usus prohibuit me emendare. Quod cùm viderent plures, dixerunt omnes numquam me bene scripturum. Sed aliter evenit ex gratia Dei, sicut plurimis notum est. Nam cùm in pueritia, ipsoque tempore, quo tabula mihi data est cum aliis pueris, ad discendam scripturam viderer aliquid scribere nosse, miraculum non parvum præbui videntibus: deinde verò non post longum tempus tam bene scribere cœpi, tantumque affectum ad hoc habui, ut & in loco illo quo talia didici, d' est in cœnobio *Tegernsee* dicto, multos libros scripsisse; & in Franciam translatus adhuc puer, ibique in tantum multa scribendo laborasse, ut inde rediens pâne visu privatus fuisse. Hæc ergo ideo proferre decrevi, ut aliquos incitarem ad similem affectum laborandi: gratiamque Dei quæ tanta mihi beneficia præbuit, aliis narrans, eos ad magnificandam eamdem gratiam Dei mecum traham. Et ut hoc amplius faciam, proferre libet quantum laboraverim scribendo postea, cùm reversus fuisse de Francia: ibi quippe fueram quando obiit Cæsar HEINRICUS, & factus est Rex CONRADUS. Postquam

NOTA.

Postquam igitur in sancti Emmerammi cœnobium ad conversionem veni , mox quorumdam prece pulsatus , tanto iterum scribendi studio occupabar , ut rarò , nisi in festivis diebus , aut in aliis horis incompetentibus , ab hoc opere cessarem. Interea successit & alius labor. Nam pro eo quod sæpius legere , aut scribere , aut dictare videbar , scholasticorum cura mihi commissa est : ex quibus nimirum omnibus ita per gratiani Dei constringebar , ut sape corpus quieti necessariae non permitteret tradere. Cumque dictandi studium inesset , ad hoc sæpissimè non habui tempus , nisi in festivis diebus , aut noctibus , constrictus vide-licet & puerorum cura ad docendum , & illorum petitione , quibus scribere coepi , ad scribendum. Ergo præter libellos à me dictatos , quos tam sponte quam petitus pro aliorum ædificatione dandos scripsi ; uno minus xx libros Missales scripsi , decem quidem Abbatibus aut Fratribus in monasterio nostro positis : quatuor autem Fratribus Fuldensibus , & quinque in aliis locis commorantibus ; tres quoque libros Evangeliorum , & duos cum Epistolis & Evangeliiis , qui Lectionarii vocantur. Ad hæc etiam scripsi quatuor matutinales libros. Postea senectus & infirmitas varia me prohibuit , maximèque inquietudo diurna , quæ mihi ex variis cutis & mærore pro monasterii nostri destructione exorto per tempora inolevit multa. Ei autem qui omne bonum præstat , & solus cuncta gubernat , quique mihi indigno concessit plurima dona , sit laus æterna , sit honor per sæcula cuncta.

Libet etiam proferre , quantum reminisci valeo , quot libros quibusdam cœnobiis aut amicis trahiderim. Et primo quidem fratres Fulenses nominare volo , quia pro eo quod apud eos maximè laboravi , scribens libros multos , quos monasterio nostro tradebam ; ideo apud nos quoque scripsi libros , quos ipsi

Vet. Analect. Tom. IV.

F f

ANONYM.
RATISP.

non habebant. Tradidi namque eis , sicut memini ,
vii libellos , Herveldensibus autem duos libros .
 Cumque ex partibus illis remeassem , & ad *Amarbach* venissem , tradidi ejusdem loci Abbatii unum
 librum . Postea vero cum fratre nostro *Vvilhelmo*
 profectus , dedi ei quatuor libros , inter quos erat
 Missalis liber satis pretiosus : Abbatii de *Lauresheim* unum librum , Abbatii de *Ebersberg* unum li-
 brum , amicis quibusdam in Boemia positis quatuor
 libros , amico cuidam in Patavia posito unum li-
 brum , ad monasterium *Tegernsee* duos libros , ad
 Praelense cœnobium prope nos positum volumen
 unum , in quo tres libri erant . Sed & filio sororis meæ
 ibidem posito unum librum , variasque epistolas dedi .
 Ad Superius * quoque monasterium tres libros , ad
 Inferius * monasterium unum librum dedi . Præterea
 multis aliis dedi aut misi aliquando sermones aut
 proverbia , seu aliqua ædificationis scripta . Talia
 autem laboris mei indicia hic ideo protuli ; ut aliquos
 monachos otiositati deditos converterem , & ad ali-
 quod opus monasticæ vitæ congruum incitarem . Si
 enim tam magna nequeunt , faciliora agere possunt .

M O N I T U M .

ET si narratio sequens de translatione corporis S. P.
Benedicti in Galliam , superiora precedere debe-
 bat pro ratione temporis ; eam tamen in hunc locum
 consulto rejecimus , ut cum aliis rebus , quæ ad res nos-
 tras , id est Benedictinas pertinent , simul conjunge-
 retur .

B R E V I S N A R R A T I O

*De translatione corporis S. P. BENEDICTI
in Galliam.*

IN Christi nomine. Fuit in Francia per pii Patris prudentiam Presbyter doctus. Hic erat iter fac-
turus ad Italiam , volens investigare, ubi sepulta ja-
cerent ossa inulta ab hominibus sancti BENEDICTI
patri. Tandem pervenit in desertum, quod distat à
Roma lxx aut lxxx milibus : ubi olim construc-
tâ Cellâ, concordia caritatis inhabitantium firma fuit
beati Benedicti. Et tamen adhuc Presbyter cum so-
ciis suis sollicitus erat de incertitudine locorum.
Qui dum nec vestigium invenire poterat , aut cimi-
terium corporum; tandem à subulco mercede con-
ducto intellexit , & perfectè invenit locum monas-
terii : sepulcrum tamen omnino agnoscere non po-
tuit , donec cum suis sociis consecravit jejunium per
biduum ac triduum. Et postea coquo eorum per som-
nium revelatum est : & res ipsa illis innotuit. Ipse
vero mane demonstrans , qui in honore ultimo esse
videtur , ut tunc appareret quod Paulus ait : *Des-
pelta mundi elegit Deus* , & alta ab hominibus dis-
picit: & sicut ipse Dominus prædixit : *Quicumque
voluerit inter vos major esse, erit uester minister.* & ite-
rum : *Quis voluerit inter vos primus esse, erit uester
servus.* Et tunc diligenter perscrutantes loca , inve-
nerunt lapidem marmoreum perforandum. Destructo
vero lapide , invenerunt ossa sancti BENEDICTI
Abbatis , & in eodem monumento ossa beatæ Scho-
LASTICÆ fororis ejus subter jacere , marmore tamen
interposito : quia , ut credimus , omnipotens & mi-

TRANSL.
S. BENED.

sericors Deus maluit eos in sepultura conjungere ,
quos ante per amorem germanitatis & caritatis
Christi sociavit.

Congregatis verò ossibus & lavatis , posuerunt super sindonem mundissimum , seorsum tamen utriusque , ut secum portarent ad regionem , Romanis ignorantibus : quia si agnovissent , utique non sinerent absque conficto aut bello à se perduci tam sanctas reliquias , quas Deus declaravit , ut homines intellegere potuissent tantam mercedem religionis & sanctitatis eorum . quod in miraculo apparuit quod ibi effectum est . Quia postmodum sindones obtegentes ossaeorum inventi sunt de sanguine eorum erubere , velut de vivis corporibus emanasset crux . Ut per hoc ostenderet Jesus-Christus , quod secum veraciter viverent in futurum , quorum ossa hic miraculis coruscant . Et tunc erant caballo superposita , & per longa itineris spatia sic leviter portavit , quasi nihil oneris sentiret . Quando verò in via silvatica & angustica itinera ambularet , nec arborum offendicula , nec difficultas viatum obstaculum eis vel impedimentum esset itineris ; ut perfectè portatores agnoscerent ob merita hoc esse sancti Benedicti , atque beatæ Scholastice sororis ejus , ut prosperitas itineris eorum tam secura esset , donec perducti essent in Franciam , ad monasterium cui Floriacus nomen est : ubi nunc sepulti sunt in pace , & in novissimo resurrecturi in gloriam , illic præstantes beneficia petentibus Patrem per Jesum-Christum Filium Dei , qui vivit & regnat in unitate Spiritus-sancti per omnia saecula saeculorum , amen .

ADNOTATIO.

TRANSL.
S. BENED.

Superior narratio (qua in Ratisponensi codice S. Emmerammi, ante annos nongentos scripto, Regula S. Benedicti primitiūr) auctorem aequalē ejus temporis, quo translatio facta est, habere videtur. Germanum hunc esse existimō, non modō quod in Germania reperiūs est codex, sed etiam quod nomina Mummolii Abbatis & Aigulsi monachi translationis auctorum, uspote alienigena, ignoravit, & quod S. Scholastica corpus Floriaci remansisse opinatus est.

Hac translatio in plerisque Germania & Alamannia Kalendariis perpetuissimis consignatur. In Murenſi anno-rum sexcentorum: v Idus Julii celebritas sancti Benedicti Abbatis, prater aliam ejus memoriam in Martio. In Einsidlenſi aque antiquo eodem die: Translatio sancti Benedicti. In Salemensi antiquiori: Prid. Non. Decembbris Benedicti Abbatis. Hac ipsa die primi-tus factam fuisse translationem testatur Kalendarium Gellonensis Sacramentarii, nostris Gellonensibus con-cessi regnante Carolo M. ubi hac verba: Prid. Non. Decemb. Monasterio Floriacensi à partibus Romæ ad-ventus corporis sancti Benedicti Abbatis. Cum ergo in eodem Gellonensi Kalendario notatur XII Kal. April. S. Benedicti Abbatis; & v Idus Julii depositio Be-nedicti Abbatis: prior ex his duabus locis de obitu interpretandus est, posterior de translatione, quando corpus sancti Benedicti, quod Floriacum prid. Nonas Decembbris ex hoc Kalendario adveatum fuerat, repon-suumque pro tempore in oratorio S. Petri; postmodum anno sequenti in majori basilica S. Mariae depositum est v Id. Julii. Hoc enim sensu non raro depositionis vocabulum apud veteres sumitur, ut alibi ostendi-mus.

Ceterum una Pauli Diaconi monachi Casinensis auc-

F f iii

TRANSL.
S BENED.

toritas huic in Gallias translationi adstruenda sufficere potest: cum in lib. 6 de gestis Langobardorum cap. 2 afferit, Francos de Cenomannicorum vel Aurelianensium partibus Casinum, ubi tunc vasta solitudo exsistebat, simul convenisse, ejusdemque venerabilis Patris pariterque ejus germanæ venerandæ Scholasticæ ossa abstulisse, & in suam patriam asportasse: ubi duo monasteria, alterum in S. Benedicti, alterum in S. Scholasticæ honorem constructa sunt. Addit tamen in Casinensium consolationem, os illud venerabile, & oculos semper cœlestia contuentes, cetera quoque membra, quamvis in cinerem defluxa, remansisse. Itaque ex hoc Pauli testimonio cineres sancti Benedicti penes suos Casinenses, ossa apud Francos tunc temporis asservabantur. Nec valet reponere, ossa Casinum relata esse per Carlomannum. Siquidem scribebat Paulus mortuo Carlomanno, id est regnante Carolo Magno ejus nepote.

I N C I P I T

* le Domes. ORDO OFFICII IN DOMO * S. BENEDICTI
ante Pascha.

IN primis in Dominica quæ est ante Palma, id est quindecim dies ante Pascha, non cantant responsorium parvulum cum gloria, & secunda feria ictorias velant

Item in Døminica quæ est in olivæ benedictionem, cantant Tertiam in S. Petro residentes. Omnes legunt lectionem secundum consuetudinem. Post lectionem verò sequitur Introitus & lectio Apostoli, & gradalis ad ipsam diem pertinentes, & Evangelium de ramis palmarum: & benedicunt olivas, & incipiunt antiphonam, *Hosanna filio David*. Post hæc

Ecce quam bonum, & intrant in S. Benedictum, & dicta oratione incipiunt aliam antiphonam, Turba multa. Sequitur Letania, & cum ipsa intrant ad Missam majorem. Ad ipsam legunt lectionem de Apostolo, gradalem & tractum, Evangelium, passionem Domini secundum Matthæum. Completâ Mis- sa, vadunt cum psallentio in refectorio.

RITUS
ECCLES.

Item post Palma tantum tres noctes faciunt nocturnum. Quarta autem feria, id est in vigilia Cœnæ Domini, hora nona expleta intrant ad Missam: legunt lectiones duas, & cantant graduales duos, unumquemque cum quinque versiculis. Sequitur Passio Domini secundum Lucam. Post Completo- rium vero ad ipsas vigilias signum non tangunt usque ad Missam in sabbato sancto; nec lectores benedictionem petunt, nec in fine consueta dicunt. Similiter ad mensas agatur.

Congregati omnes in Oratorio versum non dicant, nec vocatorium*, nec Presbyter compleat; nec orationem dicant, nisi tantum simpliciter incipiant antiphonam. Novem psalmi dividantur in tres vi- ces, tres, tres, tres, cum novem responsoriis majo- ribus, & novem lectionibus de Lamentatione Jere- mie, & Tractatu de passione Domini. Ita agatur usque in sabbato sancto.

*Invitato-
rium.

Item in Cœna Domini agatur Missa ad Vesperum. Ita intrantes in refectorio, accipient singulas bibe- res & panem, & quicquid eis appositum fuerit. Exeentes vero lavat Abbas pedes omnibus, & post Mandatum cœnant.

Et in nocte de Cœna Domini, quod est Parasceve, incipientes Matutinum, per singulas antiphonas extinguunt candelas singulas. Item in sexta feria ad Tertiam legunt Passionem Domini secundum Mat- thæum, ad Sextam secundum Marcum: hora vero nona legunt lectionem de Osee Propheta; sequitur

gradalis cum quinque versiculis, *Domine audiri*. Deinde lectio de Exodo & tractus, *Qui habitat in adjutorio*. Post hæc Passio Domini secundum Johannem sequatur. Deinde Sacerdos fundat orationes xii cum totidem letaniis. Hæc omnia expleta, adorant sanctam Crucem. Actavespera vadant ad reficiendum.

Sabbato verò post horam nonam, pulsato signo intrent in Oratorio. Dicta oratione incipiunt Lec-
tiones xii cum ix orationibus totidemque gradali-
bus, & sequuntur benedictiones, & benedictio cerei
& aquæ. Exeuntes verò cum letania procedunt ad
S. Petrum. Finita ibidem ipsa letania, dicta ora-
tione procedunt inde ad S. Benedictum cum alia le-
tania: & illa ibidem finita, similiter dicta oratione
incipient aliam, & cum ipsa procedunt ad Missam
majorem. Post Missam, peractâ vesperâ vadunt cum
psallentio in refectorio.

Item Dominico die vadunt cum antiphona &
aqua sancta per singulas mansiones. Finita omnia
& completa, procedunt in refectorium cum psal-
lentio. Secundâ feriâ eunt cum Ctrice & patrocinia*,
& aqua sancta per singulos labores: redeentes agunt
Missam in sancto Petro.

Tertiâ verò feriâ procedens iuso*, jungentes se
invicem, & salutantes se mutuo ad S. Petrum in ci-
vitate: incipientes letaniam, intrant in ecclesiam,
legunt lectionem Actus Apostolorum, gradalem,
alleluia; sequitur Evangelium. Dicta oratione in-
cipientes antiphonam procedunt in cellam ad sancto
Salvatore. Peracta autem Missarum sollemnia, in-
cipientes antiphonam eunt in refectorio. His ita
omnibus expletis, secunda & tertia feria faciunt
octo lectiones; reliquis diebus usque in octaba sexta
& usque in Pentecosten omni nocte tres lectiones;
& ad matutinum* *Dominus regnabit*, & *Jubilate Deo*.

* id est
reliquis.

)
* id est
deorsum
seu infe-
rius.

* Laudes.

In his festivitatibus fiunt xii lectiones, & dicitur *Dominus regnavit*, Pascha, Ascensio Domini, Pentecosten, S. Johannis Baptiste, S. Petri, S. Laurentii, S. Mariae, S. Martini, Nativitas Domini, Epiphania Domini, Octabas Domini, Octabas Epiphaniæ, Purificatio S. Mariae, Nativitas S. Faustini & Jovitiae, & depositio S. Benedicti Abbatis, & S. Gregorii Papæ, & S. Germani Episcopi. In his autem festivitatibus in vigilia non est processio, nec jejunium ad vesperum, videlicet octaba Domini, octaba Epiphaniæ, & Purificatione sanctæ Mariæ. In reliquis autem sanctorum festivitatibus viii lectiones.

RITUS
ECCLES.

A D N O T A T I O.

Pramissus Ordo habetur in codice bibliotheca S. Udalrici apud Augustam Vindelicorum, scripto ab annis fere nongentis. Hunc conjicimus esse Ordinem antiquum ecclesia Frisingensis, qua etiam S. Benedicto sacrata erat, monachis à sancto Corbiniano Episcopo primius commissa, ut alibi ostendimus. Illud observatione dignum, quod *Passio Domini triplices in Parafase legenda prescribitur*.

In eo codice primititur alia manu vetus Kalendarium seu breve *Martyrologium*; deinde *Regula sancti Benedicti*, in cuius fine legitur, Facienti hæc vita erit æterna. Tum sequuntur versus, Qui leni jugo, &c. Deinde ordo legendi libros sacros in ecclesia Romana: postea Ordo, quem mox edidimus, cum hymnis ecclesiasticis. Item breve scriptum de ponderibus absque auctoris nomine, ubi hec verba: Unciae xii libram efficiunt... Libra una & semis heminam facit: duæ heminæ sextarium reddunt. xxiv sextaria modium faciunt, quindecim modia gomor, duo gomor corum.

Huic Ordini, propter argumenti affinitatem, subjicitur

cimus ex pervertendo codice S. Galli antiquas Consuetudines in monasteriis nostris olim servatas. Deinde vero epistolam seu rescriptum Casinensium ad litteras monachorum Teutonicorum de ritibus Cluniacensibus : quam epistolam in operculo cuiusdam codicis publice biblioteca Basileensis invenimus.

ANTIQUÆ CONSuetudines

Monasteriorum Ordinis S. Benedicti.

PAtres cœnobiorum studiosè sanctam Regulam observare cum summa cura decertant, ut fratribus suis necessaria alimentorum & indumentorum secundum statuta sanctæ Regulæ præbeant : ut omnem eis mundanæ curæ occasionem tollant, & peculiariis alicujus atque murmurationis mortiferum virus excludant, suæque professioni idoneos reddant. Nam eleemosynarum largitionem, seu quamlibet oblationem, sive possessionum suarum redditus maxime in hoc expendunt, ut fratribus suis necessaria, non superflua præbeant, quatenus ab eis liberius sancti propositi observationem requirere valeant : curasque & sollicitudines rerum terrenarum postponunt, & secundum precepta Regulæ lucrantis animabus studiosè invigilant.

I In Oratorio summum silentium, summam psalendi reverentiam, temperamentum elevatiū canendi, & ordinatissimum modum in choro standi ; in omnibus agendis temperatam modulationem, ablata in omnibus festinatione confusa, ac celerrimum ad omnia signa conventum.

II In sacrario magnum silentium, & nitidissimam administrationem, & vestimentorum sacerdotalium honestam & ordinatam valde distributionem, & signorum valde distinctum sonum.

III In hospitali hospitum Monachorum honestissimam susceptionem, segregata domo susceptionis aliorum hospitum. R I T U S
B E N E D I C T .

IV In refectorio sumnum silentium, & ordinatissimam atque mundissimam cibi & potus amministrationem, atque secundum Regulam aequalem in omnibus pro necessitate distributionem, in omnibus providentes, ne modum Regulæ usquam excedant.

V In claustris hora lectionis sumnum silentium, & sumnum studium lectionis ab omnibus habeti: semper tamen in illorum habitationibus silentium & humilitas studiose observatur.

VI In dormitorio ordinatissimam lectorum positionem, & aequali ac simili stramentorum divisionem: ubi nihil pictum vel variatum atque lineum vidimus, sed neque in dormitorio hospitum.

VII Omnigenam jurationem inter eos nec audiiri, nec præsumi à quoquam: & nocturnum silentium semper ab eis custodiri, sive intus, sive foris sint, quousque in Capitulo versum dicant.

Ordinem Regularem apud eos qui in arce Regulari pollent, istum meminimus.

I **N** primis ut à vespertinis usque in Capitulum, quod fit post Primam, sumnum silentium tenetur: & post matutinas horas non redeatur ad lectorulos, nisi quando plenarium officium celebratur, vel contingat ante horam surrexisse, excepto infirmis vel præ lassitudine non valentibus, quorum imbecillitas à Priore consideranda est.

II Post lectionem autem Capituli exeundum est ad opus quod præcipitur à Priore cum summa cautela in Psalmorum modulatione vel spiritualium rerum conlocutionibus, ne verba otiosa subripiant, ut juxta regularem auctoritatem usque ad interrogationem non

loquantur. Ista interrogatio à sapientibus consideranda est, ut paucis comprehendant.

III Post opus , & Tertiam , & Missam , pleniter conveniatur ad lectio nem in locum deputatum ab omnibus , excepto his qui in variis officiis deputantur : sed de his qui possunt occurrunt , quorum conscientia sibi testis est , utrum possint , custodito summo silentio in intentione lectio nis , nisi jubeat Prior alicui doctiori , minus doctis fratribus vel doctrina indigentibus lectio nem tradere , de cuius moribus securus sit.

IV His ita compositis , frater qui signis horarum præst , accedat ad coquinam ad videndum , si jam parata sunt quæ parantur fratrum usui necessaria. His paratis moveat signum prolixius , dum fratres omnes in ecclesiam concurrere possint. His in unum positis signum secundum pulset brevius. Finito officio , stet Abbas vel secundus ab illo , si ipse non adest cum fratribus ; & senior Decanus accedat propere ad signum refectorii pulsandum quo auditio , Abbas præcedat , sic sequantur reliqui fratres honestissime , ut nullius vox vel missatio ibi audiatur.

V Post cibum autem citius redeunt ad stratus suos , maxime juvenes vel negligentes , quorum mores notantur. Si qui sunt de quibus bene præsumitur & volunt , liceat illis aliquantulum , sed tamen breviter , vacare orationi in ecclesia. In claustro autem vel prohibito loco nullus inveniatur , ne forte (quod absit) aliquis fabulis vacet vel otio. Sed nec hoc prædicti Patres saltum concedunt.

VI Item signo Nonæ priore pulsato prolixius , sustineatur à secundo eo modo , sicut superius ; & cetera omnia que superius diximus de hora Sexta , compleantur. Sunt qui versum volunt dicere post potum Nonæ , sicut prius in Capitulo , ad solvendum

silentium , quod cautè custodiunt usque ad illam horam. Sed videat Abbas , utrum hoc obserbare voluerit. Post Nonam autem , sicut jam præfati sumus , in opere custodiantur omnia.

VII Vidimus etiam de adolescentioribus fratribus maximam curam haberi , & ad hanc curam deputatos duos , quorum probatissima vita habebatur in monasterio ; nec declinari adolescentes ab eorum adspectu , sive in die , sive in nocte , umquam ausos fore.

VIII Circatores etiam duos , qui omnibus horis , dum fratres vigilabant , circuibant monasterium , ne quis frater deesset proprio loco : si autem defuisset , statim in tabulis notabatur , & in conventu fratum adspectui Abbatis præsentabatur , & juxta propriam temeritatem regulari disciplina corripiebatur. Sed & multa alia , quæ brevitas hujus schedulae coerget , & ore conloquentis edocentur melius , ab his Patribus custodiri.

IX De modis autem pænitentiaæ cautissimè decernunt , quos modos esse septem dicunt regulares. Primus , ammonitio semel & iterum atque tertio. Secundus , correptio publica coram omnibus , absque excommunicatione. Tertius , excommunicatio pro levioribus culpis. Quartus , excommunicatio pro gravioribus culpis. Quintus , verberum vindicta vel corporis castigatio. Sextus , oratio communis ab omnibus. Septimus , expulsio de monasterio , si rite recordor. Inveniuntur tamen & alii modi pænitentiaæ in regulari disciplina : sed hi excellentiores.

X Vidimus etiam & aliud observabile. Si quis ad perfectionem taciturnitatis venire desideret , quod nullus fratum in quolibet loco loqui aliquid præsumebat , præter duo ad hæc deputata. In ecclesia nullus præter officium divinum & verba orationis : si aliquid cuilibet loqui necessitas erat , tacto vesti-

R I T U S
B E N D I C T.

mento Abbatis vel cuiuslibet fratrī annuit ad illa loca : expositisque paucissimis verbis vel rationabilibus , statim abscesserunt , timentes ne propter necessaria verba , in nociva & inutilia inciderent.

XI Prædicti circatores hoc observabant ; si aliquem ridentem vel aliquid susurrantem conspexerant , statim tabulis notabatur , & benignissimè corripiebatur tempore oportuno.

XII Inter se namque tanta caritate ardebant , ut si cuilibet contigisset propter communem utilitatem longius abesse , quod tanta dilectione desiderabatur ab omnibus , ut nulla mater amplius unicūm filium desiderare potuisset , usque dum rediret. Redito propriis , statim super collum ejus in osculum ruebant fraterno affectu , impletentes illud quod Dominus dicit in Evangelio : *Tunc vere discipuli mei orissis, si dilectionem habueritis ad invicem.*

SCRIPTUM FRATRUM DE MONTE

Casino ad Fratres ejusdem Ordinis , scilicet S. Benedicti , in Alemanniam & Franciam , &c.

De ritibus Casinensium , & Cluniacensium.

Professionis monasticae Patribus & Fratribus Teutonensisibus , suorum juxta consuetudinem priorum haec tenus innitentibus Patris nostri Benedicti institutis , Casinenses in incepto fine tenus persevereare , ut salvari mereantur communi cum Patre . De quibus nobis paternitas vestra scripsit , scilicet ut aliquid vobis de nostræ conversationis ac institutionis consuetudine rescriberemus , dominum nostrum Abbatem consulere operæ pretium duximus : cuius præcepto & fratrum consilio ista remandamus . Magistram in omnibus Regulam sequimur , beati BENE-

DICTI Patris nostri præcepta servamus : neque pro aliqua aliena novaque consuetudine volumus à tantæ veritatis tramite deviare, illud Apostoli Pauli attendentes : *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* & quod item in alio loco : *Si quis evangelizaverit vobis præter quod evangelizavimus, anathema sit.* Et item : *Suam volentes statuere, justitia Dei non sunt subjecti.* Quis igitur monachus novitatis inventor, sancteque Regulæ Patris nostri transgressor, recte in monasterio vivere videtur ? cùm tantæ sanctitatis vir, cuius doctrinâ tota redoleat Ecclesia, beatus scilicet Papa Gregorius, ejus miracula scribens, de eo diceret : *Scripsit autem & monachorum Regulam discretione præcipuam, sermone luculentiam.* Laudamus equidem si aliquid in monasterio tolerabile additur : sic tamen ut institutio Regulæ non amittatur. Scilicet sicut apud nos & ubique terrarum, quarum ad nos fama pervenit, multæ variaeque consuetudines, cum Regula non discordantes, ex utraque parte maris recipiuntur. Aliam enim Teutonici monachi, aliam Italici, aliam Franci, aliam alii ex ista parte maris habent complurimi. Similiter ex illa parte, aliam jam Constantinopolitaní, aliam Antiocheni, aliam Alexandrini, aliam illi & illi : omnes tamen bona sunt & utiles. Unde non parum miramur, cur aliqui per insolentiam superbia fastu inflati, temerariè per unam, et si bonam, aliam non minus bonam, vel forsitan meliorem destruere videantur.

De quibus tamen præ ceteris specialius nobis scripsistis, de tonsura scilicet & habitu Cluniacensium, breviter respondere possumus, quia nec nobis placent, nec cuiquam, qui regulariter vivere voluerit, jure placenda sunt. Videntur enim omnino contra Regulam. Si verò de nostra tonsura & habitu quæritis, nos in utroque vobis concordare sciatis. Nos-

trum igitur vobis , si placet , quod Apostolus in commune dat , tam vobis quam nobis , & nos dabitur consilium : *Dicitur variis & peregrinis nolite abduci*. Consuetudines vestras & institutiones , tantum ne Regulæ dissentiant , pro nulla alia mutare studeatis . Quia ad montem fortitudinis questiones vestras retulisti , quia de ipso fonte haurire desiderasti , quia tabulis testamenti leges vestras firmari voluisti , quia caritati vestrae quidquam negare non possumus ; haec vobis de communi scribere studi- mus. Et re vera etiam si , ut paternitas vestra mandavit , consuetudines nostras & institutiones scribere possemus de integro , mensis spatio nihil remaneret , et si omnia seriatim comprehendere vellemus . Quasdam autem partes , quæ vobis utiliores videntur , quasi quosdam flores decerpendo colligere non minor ferè difficultas esset , cum partium electio nisi toto diligentius perfecto fieri non possit . Verumtamen si in vestro perseverare volueritis desiderio , nostrum qualemque vobis non displiceat consilium . Plerique nostræ consuetudinis , nostraque conversationis cupidi , de suis quem cognoscunt ingenii , unum huc transmittunt , quo non solum auditu , verum etiam ipso visu pro quibus mittitur perspiciat ; eoque modo , quasi unus ex nobis , hic quidam per integrum annum , quidam etiam diutius manent , tandem omnibus perspectis ad sua certus cum gaudio redit . Hoc idem non ab re nobis videtur , si vobis placeat , consilium : sic tamen ut honori vestro consulentes , hujus loci , cum nostri , tum etiam hujus rei causa commodo & honori provideatis . In Christo valeatis , vigeat , sine fine vivatis .

P R O L O G U S

in librum Consuetudinum Hirsaugiensium,

Auctore VVILLELMO Abbate.

Postquam ego Frater VVILLELMUS Dei ordinatione & Fratrum Hirsaugiensium electione ejusdem loci Provisor sum constitutus, indidi eis in primis, quas à puerò didiceram in monasterio sancti Emmerammi regularis vitæ consuetudines. Sed quia multa in eis erant, quæ paulatim succedente desidiâ à monastico rigore, & ab illius partæ conversationis nobilitate videbantur degenerasie; statui apud me, ut ubicumque aliquid informandis fratrum moribus, proficuum visu vel auditu, vel certè lectione sacrorum librorum perciperem, totum hoc quasi vivos lapides ad spiritualis structuræ fabricam conferrem. Quod propositum meum dum ei, qui replet in bonis desiderium fidelium suorum, sedulis precibus commendarem; Deo omnia mirabiliter ac misericorditer disponente, venerabilis vir ac bonorum omnium memoriâ dignus BERNARDUS Abbas Massiliensis, apostolicæ sedis legatione functus ad nos devenit, integrumque ferè annum difficultate conficiendi itineris quod volebat inhibitus, nobiscum exegit. qui ubi sollicitè Fratrum conversationem, & monasterii nostri statum pervidit; quodam die inter cetera spiritualis vitæ colloquia sic me compellavit. Ut video, Frater carissime, locus iste admodum aptus est conversationi monastice, & ipsi Fratres justè ac sanctè vivendi ardentissimo videntur flagrare studio. Sed nosse velim quos potissimum vestræ institutionis magistros habeatis, & à quo præcipue monasterio

V V I L - » derivatas consuetudines observetis. Nostri , inquam,
 L E L M I » est studii quoslibet religiosos hujus vitæ viros pro
 E P I S T O - » possè nostro imitari : sed si nos in aliquo deviantes
 - L A . » dignamini ad viam reducere , procul dubio quocum-
 » que nos sapientis consilii manu ducitis , promptis-
 » simè subsequemur. Ad hæc ille : Vesta, inquit , con-
 » versatio , quantum nostri ingenioli acumine perspici-
 » potest , & Deo acceptabilis , & omnium sanè sapien-
 » tium admiratio videtur. Sed si adhuc gloriosior esset ,
 » & apostolicis, ut ita dicam, signis & virtutibus illus-
 » trata claresceret ; his tamen , qui sincerè monasticā
 » sectantur perfectionem, non adeò grata , acceptaque
 » erit , nisi aliis regulariter institutis monasteriis in
 » habitu & tonsura, ceteris consuetudinibus assimilata
 » fuerit. Sed inter omnia Cisalpinæ Galliæ monasteria ,
 » si nostram requiritis sententiam , Cluniacense cœno-
 » bium potissimum vobis suadeo eligendum : ubi &
 » perfectissimorum monachorum auctoritate , & tem-
 » poris antiquitate monastica eo roboris & gloria ex-
 » crevit religio , ut si qua adhuc sanctitatis vestigia
 » in aliis videntur monasteriis , non dubium sit ex
 » hoc , quasi ex vivo quodam & inexhausto fonte ,
 » singulos emanasse rivulos. Dum his & hujusmodi
 » monitis vir prædictus , ut dici solet , stimulus cur-
 » rentibus addidisset , peractâ legatione pro qua ve-
 » nerat , rediit ; & in redeundo Cluniacum transiens ,
 » ipsi Patri monasterii nos intimè commendavit , &
 » ad pristinum (si quid hujusmodi ab eo peteremus) ,
 » satis benevolum reddidit.

Circa idem tempus U D A L R I C U S senior quidam
 Cluniacensis , nutu Dei , pro causâ monasterii in
 Alemaniam missus , aliquamdiu nobiscum mansit :
 & quia nobis olim erat familiarissimus , longâque
 jam experientiâ in Cluniacensibus disciplinis exerci-
 tatus , rogavimus eum , ut suas nobis consuetudines
 transcriberet. Annuit , spondonit , & ut promiserat ,

duos de prædictis consuetudinibus libellos nobis conscripsit. Postea considerantes in eisdem libellis multa deesse ad plenariam eamdem consuetudinum scientiam capessendam, primò duos ex nostris fratribus, atque iterum alios duos, tertio nihilo minus duos Cluniacum direximus: qui tam diligenti examinatione omnia illius Ordinis secreta rimiati sunt, ut ipsi eorum Magistri, in quorum audientia scriptas consuetudines recitabant, affirmarent, numquam aliquos illius spiritualis scholæ discipulos, vel pleniū, vel veraciū suæ institutionis artem comprehendisse. Illis tandem redeuntibus, & tam fructuosi operis manipulos cum gaudio reportantibus, accepimus per eos mandatum à domino H U G O N E Venerabili Cluniacensium Abbe, ut suâ freti auctoritate, coadunato seniorum nostrorum consilio, prout ipsa dictaret ratio, secundum morem patriæ, loci sicut, & aëris temperiem, de eisdem consuetudinibus, si quid esset superfluum, demeremus; si quid mutandum, mutaremus; si quid addendum, adderemus. quod sagaci studio communi insistentes, & pauca quidem mutantes, multo autem pauciora residentes, totas illas consuetudines in duos libros distinctis per sua capitula sententiis digessimus. Hac autem intentione & hac mercedis compensatione tam sumptuosum opus elaboravimus, ut & vos Fratres carissimi, reverendi Patres ac domini, & quibuscumque inest amor & studium secundum vos institui, hæc observando vitam æternam pro meteri valeatis: dumque vos nostro labore ad bene vivendum adjuvari gaudetis; nos quoque ad semper cum Christo beatè vivendum, vestris orationibus adjuvetis.

Hilari ergo animo, & obviis (ut dicitur) manibus suscipite parvula quidem, sed multo labore exsodata Patris nostri xenia, & ad perpetuam paulò

G g ij

V V I L L E L -
M I
E P I S T O L A .

post morituri senis memoriam, amplectimini; servate & observe, atque in intimis reponite sensibus: ut quāni sincero amore viventem dilexeritis, in horum observatione innotescat omnibus per succendentia tempora futuris. Hinc etiam operi proposito manum applicantes, congruum arbitramur à Novitorum susceptione, eorumque institutione omnium quæ dicenda sunt exordium facere.

A D N O T A T I O .

Villelmi Abbatiss libros duos de ritibus monasteriorum sui reperimus in quibusdam Germanie monasteriis, ut in Uveingariensi, unde superiorum Prologum depromsimus. Liber primus constat capitibus LXIV, secundus LXXII. Parum differunt à Cluniacensibus ritus Hirsaugientes, in quibus eadem verba eademque sententia passim leguntur. Quia vero Villelmus in superiori Prologo mentionem facit de illis, quas in monasterio sancti Emmerammi didicerat regularis vitæ consuetudines, hic eas subjecere, prout in codice Einsidensi à nobis reperta sunt, prima lectione visum erat. Sed ne hujuscemlibri moles nimium cresceret, has in aliud tempus reservandas duximus.

D I P L O M A L U D O V I C I P II

Pro cœnobio Campidonensi.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi H L U D O V I C U S divinâ ordinante providentiâ Imperator Augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei eique in eisdem locis famulantes, beneficia oportuna largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco notum esse,

volumus cunctis Fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris; quia concessimus monasterio, quod dicitur Campidona, quod est constructum in honore sanctæ Mariæ semper Virginis, & sanctorum Gordiani & Epimachi martyrum, quos bona memoriae HILDEGARDA mater nostra ad eundem locum, pro divinis eis officiis adhibendis collocavit, ubi & nunc venerabilis Abbas TATTO præest, ut quandcumque divina vocatione prædictus Abbas vel successores ejus de hac luce migraverint, pro divina auctoritatis gratia & amore prefatæ Hildegardæ matris nostræ, monachi ibidem Deo militantes licentiam habeant, quamdui inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum Régulam sancti BENEDICTI regere valeant, per hanc nostram auctoritatem & consensum eligendi Abbates: quatenus ipsos monachos, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjugi proleque nostra, atque stabilitate totius imperii nostri, proque memoria beata genitoris nostri, matrisque nostræ Hildegardæ, Domini immensam clementiam exorare delecter. Hanc itaque auctoritatem ut pleniorem in Domino obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiae & nostris veriis credatur & diligentiis conservetur, eam manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum HLUDOVVICI serenissimi Imperatoris.

HIRMINMARI Notarius advicem HUGONIS recognovi, & subscripsi. Data Kal. Septemb. anno Christo proprio xxi imperii domini Hludovici piissimi Augusti, Indictione ii. Actum Cabalauno civitate palatio regio in Dei nomine feliciter, amen.

A L I U D E J U S D E M.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu-
Christi. **H**U D O V V I C U S divina R E P R O P I-
T I A N T E clementia Imperator Augustus. Si locis
Deo dicaris propter amorem Dei & reverentiam
inibi sibi famulantium , quippiam beneficii de rebus
transitoriis ad necessitates eorum sublevandas con-
ferimus , id nobis procul dubio ad æterna præmia
consequenda profuturum minimè dubitamus. Id-
circo noverit industria omnium fidelium nostrorum ,
præsentium scilicet & futurorum , quia ad depre-
cationem dilectissimi fratri nostri **D** R O G O N I s
venerabilis Archiepiscopi , sacrique palatii nostri
summi Capellani , quamdam cellulam , appellatam
Aldrici-cellula, quæ domino ac genitori nostro **C**A^ORO^L
præstantissimo Imperatori tradita est, quæ in Ducatu
Alamanniæ sita est in pago Albigoi , ad quoddam
monasterium , quod dicitur Campidona, ubi præsenti
tempore venerabilis **T** A T T O Abba præst, ob emo-
lumentum animæ nostræ , & æternæ retributionis
fructum subdere , & de nostro jure in sui & potesta-
tem prædicti monasterii sollemni donatione nobis
transferre placuit. Pro hoc itaque nostro favore at-
que licentia dedit jam dictus venerabilis Abba Tattu
ex ratione monasterii sui **R** A T U L F O Presbytero ,
atque Capellano nostro , qui jam pridem eamdem
cellulam nostra largitione tenuit , ad habendum in
beneficium diebus vitæ suæ , in pago Keltenstein, in
loco , qui dicitur Hruodoldishova , sex obas vestitas
sub integritate eorum ; & in alio loco in pago Au-
gustgoi , quamdam cellulam nuncupatam Herilescella
cum omnibus ad se pertinentibus , eo videlicet mo-
do , ut præfatas res monasterii diebus tantum vitæ

suæ habeat , & post obitum suum revertantur ad DIPLOMA-
prænominatum monasterium perpetualiter possiden-
dæ. Unde verò ob firmitatis studium hoc præceptum
venerabili monasterio Campidonæ pro utrisque rebus
confirmandis fieri jussimus , per quod decernimus
atque jubemus , ut abhinc in futurum , modo supe-
rius taxato , in jure & dominatione ejus consistant :
ita ut quicquid utilitatis Rectores prædicti monasterii
de utrisque rebus facere , ordinare , disponere decre-
verint , libero in omnibus perfrauantur arbitrio. Et
ut hæc nostræ confirmationis auctoritas per futura
tempora inviolabilem & inconvulsam obtineat fir-
mitatem , manu propriâ nostrâ subter eam firmavi-
mus , & impressione anuli nostri jussimus sigillare.

Signum H L U D O V V I C I serenissimi Imperatoris.

H I R M I N M A R I S Notarius ad vicem HUGONIS
recognovi & subscripsi.

Data xiv Kal. Maïas , anno Christo propitio
xxvi Imperii domni Hludovvici piissimi Augusti ,
Indictione secunda. Aetum Bodoma regio palatio in
Dei nomine feliciter , amen.

DIPLOMA OTTONIS II

Pro eodem monasterio Campidonensi.

IN nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTTO
divina favente clementiâ Imperator Augustus.
Oportet igitur nos qui divino munere à ceteris
mortalibus sumus prælati , ejus in omnibus parere
præceptis , & loca sibi dicata per petitiones fidelium
nestrorum nostro relevare juvamine , atque impe-
riali tueri munimine : quoniam id nobis & ad tem-
poralem vitam prosperè transigendam , & æternam
feliciter obtainendam profuturum liquidò credimus.

G g iiii

Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum sollertia, qualiter fidelis noster RUODOLFUS Abbas Campidonensis cœnobii adiit celstitudinem nostram, innotescens nobis, quod antecessores nostri HLUOVICUS videlicet Imperator filius Caroli Magni Imperatoris, necnon & HLUOVICUS Rex, sed & CAROLUS Imperator, ARNOLFUS etiam Imperator, & HLUOVICUS filius ejus Rex, CUONRADUS Rex, & HEINRICUS Rex, & beatæ memoriae genitor noster OTTO Imperator Augustus, fratribus in monasterio quod dicitur Campidona, quod est constructum in honore sanctæ Dei Genetricis Mariæ, & ibidem requiescunt pretiosa corpora sanctorum martyrum Gordiani & Epimachi, Deo famulantibus licentiam tribuissent ex illis ipsis eligendi Abbatem, quamdiu ibi talem invenire potuissent, qui ipsam sanctam congregationem secundum Regulam sancti BENEDICTI digne regere valeat. Itaque nos morem præscriptorum antecessorum nostrorum sequentes, propter petitionem GISILHARII Magdeburgensis venerabilis Archiepiscopi, imperiali auctoritate concessimus in prædicto loco sancto, ob amorem Domini nostri Jesu- Christi, nostræque mercedis augmento, ac pro conjugis, carissimæque proliis nostræ salute, habere potestatem illis eligendi Abbatem, si dignum Domino auxiliante inter illos inveniret potuerint, & nulli alio Abbas subiectus sit nisi Imperatoribus & Regibus. Et illam atque omnem concessionem quamcumque antecessores nostri eidem monasterio confulerint, in immunitate, donatione, seu cuiuscumque securitatis additamento, sicut melius & pleniùs illorum temporibus habuerunt, ut ita & deinceps habeant per hoc auctoritatis nostræ præceptum plenius in Dei nomine confirmatum. Hanc itaque nostram imperialem auctoritatem,

ut inconcussam & inviolabilem obtineat firmitatem,
manu propriâ nostrâ subter confirmavimus, & anuli
nostrî impressione sigillari jussimus.

Signum domni OTTONIS invictissimi Imperatoris Augusti.

HILTIOLDUS Episcopus & Cancellarius
vice VILLIGISI Archicapellani notavi.

Data 1111 Idus Junii anno dominice Incarnationis DCCCC. LXXXIII., Indict. XI., anno vero regni secundi Ottonis XXII., imperii autem XV.
Actum Veronæ feliciter, amen.

ALIUD OTTONIS III

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, OTTO Divinâ favente clementiâ Rex. Oportet igitur nos quo divino munere præ ceteris mortalibus sumus prælati, ejus in omnibus parere præceptis, & loca sibi dicata per petitiones fidelium nostrorum, nostro relevare juvamine, atque regali tueri munimine: quoniam id nobis & ad temporalem vitam prosperè transigendam, & æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum sollertia, qualiter fidelis noster RUDOLFUS Abba Campidonensis cœnobii adiit celsitudinem nostram, innotescens nobis, quod antecessores nostri HLUODVICUS videlicet Imperator, filius Caroli Magni Imperatoris, necnon & HLUODVICUS Rex, sed & CAROLUS Imperator, ARNOLFUS etiam Imperator, & HLUODVICUS filius ejus Rex, CUONRADUS Rex, & HEINRICUS Rex, & beatus memoriae avus noster OTTO Imperator Augustus, & ejus æquivocus genitor noster Imperator Augustus, fratribus in monasterio quod dicitur Campidona, quod est constructum in honore sanctæ

Dei genitricis Mariæ , & ibidem requiescent prætiosa corpora sanctorum martyrum Gordiani & Epimachi , Deo famulantibus licentiam tribuissent , ex illis ipsis eligendi Abbatem , quamdiu ibi talem invenire potuissent , qui ipsam sanctam congregationem secundum Regulam S. BENEDICTI dignè regere valeat . Itaque nos morem præscriptorum antecessorum nostrorum sequentes , propter petitio- nem fidelium nostrorum HILDEBALDI Vvormatiensis ecclesiæ venerabilis Episcopi , & LUTTOLEI Augustensis cleri honorandi Pontificis , ac cari ne- potis & æquivoci nostri OTTONIS DUCIS , regali auctoritate concessimus in prædicto sancto loco , ob amorem Domini nostri Jesu-Christi , nostræque mer- cedis augmento , nostra parentumque nostrum sa- lute , habere potestatem illis eligendi Abbatem , si dignum Domino auxiliante inter illos invenire po- tuerint , & nulli alio Abbas subiectus sit , nisi Re- gibus & Imperatoribus . Et illam atque omnem con- cessionem , quamcumque antecessores nostri eidem monasterio contulerunt , in immunitate , donatione , seu cujuscumque securitatis additamento , sicut me- lius & pleniū illorum temporibus habuerunt , ut ita & deinceps habeant , per hoc nostræ auctoritatis præceptum pleniū in Dei nomine confirmatum . Hanc itaque nostram regalem auctoritatem , ut inconcus- sam & inviolabilem obtineat firmitatem , manu pro- priâ nostrâ subter confirmavimus , & anuli nostri impressione sigillari jussimus .

Signum domni OTTONIS gloriosissimi Regis .
HILDEBALDUS Episcopus & Cancellarius vice
VILLIGISI Archiepiscopi recognovi .

Data II. Kal. Maii , anno Dominicæ Incarnationis
cccc xc iii. Indict. vi. anno autem tertii
Ottonis regnantis. x. Actum Vvormatiæ feliciter ,
amen.

ITEM ALIUD HEINRICI IV

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis,
HEINRICUS divinâ favente clementiâ Rex.
 Sicut prædecessores nostri, five Reges, five Imperatores, in hoc maximè sunt laudandi, quod loca
 divinis cultibus & officiis dedita, sub pia intentione
 ac sacra religione instituerunt: sic & nos non absque
 laude, neque à divina remuneratione vacuos esse
 credimus, si nos eisdem ecclesiasticam quietudinem,
 & primitivam libertatem sub diligentí sollicitudine
 observamus, necnon cauta & laudabili confirmatione
 concedimus. Summum enim bonum est in Regibus
 justitiam colere, & sua cuique jura servare, & in sub-
 jectos non sinere, quod potestatis est fieri, sed ut
 æquum est pro utilitate & honestate ecclesiarum, &
 nova concedere, & vetera confirmare. Unde notum
 esse volumus omnibus Christi nostrique fidelibus
 tam futuri quam præsentibus, qualiter nos ob in-
 terventum fidelium nostrorum **SIGEFIDI** sci-
 licet Moguntini Archiepiscopi, & **ANNONIS** Co-
 loniensis Archiepiscopi, ceterorumque Episcoporum,
 Ducum, & Comitum, siniulque ob fidele servitium
OTENI Abbatis, Campidonensi Abbatie pristinam
 libertatem, & ad sola regalia respectiōnem, regali
 nostro jure ac potestate concedimus, & confirma-
 mus, ea videlicet ratione, ut nullus deinceps Epis-
 copus, Dux, Marchio, Comes, neque aliqua parva
 five magna potestas aut persona, prædictam Abba-
 tiā à nostro jure, scilicet à regalibus, abalienare
 præsumat. Et ut hæc concessio & confirmatio stabi-
 lis, & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc char-
 tam inde conserbi, manuque propria corroboran-
 tes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

- DCCCVIII Arn Archiepiscopus factus est.
 DCCC XI Cadaloc, & Gorehrammus, seu exteri multi
 intefecti fuerunt ad castellum Guntionis.
 DCCC XII Carolus ad Salzburc monasterium fuit.
 DCCC XIII Alhvinus obiit.
 DCCC V Leo Papa ad Carisiaco noster Dominus ha-
 buit. Cabuanus venit ad dominum Carolum, &
 Abraham Cagonus baptizatus super Fiskaha,
 DCCC XIII Dominus Carolus Imperator Hludovico
 filio suo coronam imperii imposuit.
 DCCC XVII Paschalis Papa factus est, & Baturicus
 Episcopus.
 DCCC XVIII Pernhardus Rex carmalum levavit.
 DCCC XVIII Pernhardus interiit. Hiltibaldus Epis-
 copus obiit, & Odolfus Comes. Liudvit car-
 malum levavit.
 DCCC XX Hostis magna contra Hliudvicum.

ANNALES.

ANNALES VVEINGARTENSES.

- DCCC XI Haito Episcopus super mare transivit.
 DCCC XIII Egino Constantiensis Episcopus ob.
 DCCC XVI Cozpertus Abba efficitur.
 DCCC XXII Haitoni Erlobaldus successit.
 DCCC XXIV VVettinus obiit.
 DCCC XXX Initium basilicæ sancti Galli.
 DCCC XXXII Francorum dedecus.
 DCCC XXXV Dedicatio basilicæ sancti Galli.
 DCCC XXXVI Haito Episcopus obiit.
 DCCC XXXVIII Puato Diaconus lapsus est in Judaï-
 mum.
 DCCC XLIIII Judith obiit.
 DCCC XLVII Totto & Erlobaldus ob.
 DCCC XLVIII Vvalahfredus obiit.
 DCCC LVII Leo Papa, Lotharius Imperator, Trua-

A N N A L E S .

- go * & Rabanus obierunt.
 * Drogo DCCC LVII Serenissimi Hludovici Regis filia Hil-tigart ob.
 DCCC LVIII Folcvinus Abba obiit.
 DCCC LX Hiems magna, & mortalitas animalium.
 DCCC LXI Fames validissima.
 DCCC LXIII Gens Hunorum Christianitatis nomen aggressa est.
 DCCC LXIII Eberht, Liutolf, Erchanger, Liutfrid,
 Ruadolf, Purghart, & alii quam plurimi istius
 regni Principes obierunt.
 DCCC LXVI Caroli sereni Regis soror Irmingart ob.
 DCCC LXX Raftizius Dux à Lüdovvico Rege, &
 Soltanus ab Imperatore captus est.
 DCCC LXXI Salomon Episcopus obiit. Hludovvicus
 & Karolus cum patre pacificati, data Rætia Ka-rolo.
 DCCC LXXII Grimaldus Abba ob.
 DCCC LXXIII Altfridus, Ratoldus, Ermenicus a
 Episcopi, Pernoldus Comes obierunt.
 DCCC LXXVI Hludovvicus Rex, Hemmaque Regi-na,
 & Karlmannus filius Karoli obierunt.
 DCCC LXXVII Berta filia Regis Hludovvici ob.

A N N A L E S E I N S I D L E N S E S ,
ad cyclos paschales.

- A** Nno DCCCC LVII Eberhardus Pater obiit.
 DCCCC LVIII Gregorius Abba effectus est. Ram-bertus monachus efficitur.
 DCCCC LXXXV Ruodman Abba obiit. Vvitegovvo
 Augiae Abba præficitur.

a Forsan is est Ermenicus Episcopus, cuius libelli frag-
 menta superius retulimus.

- cccc lxxxvi Cellæ beati Meginradi basilica æcta est.
 cccc lxxxvii Etich Augustæ civitatis Episcopus
 obiit: Tuto Episcopus successit. Hilteradus & Al-
 bericus monachi obierunt. Regilo Comes obiit.
 cccc lxxxviii item Regilo filius ejus Comes obiit.
 cccc xc Landoldus Comes obiit. Manegoldus
 Comes obiit. Erchanbaldus Episcopus obiit. Bern-
 harius monachus obiit.
 cccc xc i nascitur Berchtoldus Herimanni filius,
 qui in beati Cellæ Meginradi baptizatus, & [ab]
 Abbate Gregorio fonte susceptus [est.]
 cccc xcii Hadevig Dux obiit.
 cccc xciii Henricus Dux Bavariorum obiit: filius
 ejus Henricus succedit. Vvolfgangus Episcopus
 obiit.

ANNALES.

ALII ANNALES ENSIDLENSES.

- cccc lxxii Vvolfgangus monachus ad Ungaros
 missus est, qui secundo anno Radespensis Epis-
 copus ordinatus est.
 cccc lxxx Gamenolfus Episcopus (Const.) obiit.
 & Gebehardus à fratribus electus ordinatus est.
 cccc xc Adalbertus Renaugiaæ Abba miserabiliter
 occisus est. Hug. Vvrziburg. Episcopus obiit.
 cccc xciii Wolfgangus Radespensis ecclesiae Epis-
 copus obiit: cui Gevehardus successit.
 cccc xc v Gevehardus Constantiensis Episcopus
 obiit: cui Lantbertus monachus successit.
 cccc xcvi Gregorius divæ memoriae Abba obiit.
 Manegoldus Presbyter obiit.
^T i Hugo potentissimus Marchio obiit.
^T v i i Episcopium in Pabenberg constructum est,
 & Eberhardus primus Episcopus ibi ordinatus est.
^T viii Mogontiensis ecclesia cremata est.

ANNALES.

- T **x i** Vvillegisus Archiepiscopus obiit. Erchenbal-
dus Fuldensis Abbas successit.
- T **x ii** Ecclesia in Episcopio Pabenberg primum
consecrata est. Ernst filius Liupaldi Marchionis
Dux constituitur.
- T **x iii** Heinricus Rex Romæ Imperator effectus
est.
- T **x v** Ernst Dux sagitta occisus est, & filius ejus
parvulus successit.
- T **x vi** Heinricus Imp. in Burgundiam usque Rhodanum
fluvium super Rudolfum Regem avunculum suum in dolo. qui postea sine effectu rediens,
Turegum venit, & sedet illic v hebdomadas.
- T **x viii** Lantpertus Constantiensis Episcopus obiit.
rec. manu. Heinricus Vvrziburgensis Episcopus ob.
- T **x x i** Prun Episcopus à fratre suo Heinrico
Imp. in exilium missus est.
- T **x x v** Heinricus Imp. obiit.

Dies intrantes & exeuntes.

- M**ense Januario intrante dies duo, & exeunte
dies septem
Mense Februario intrante dies novem, & exeunte
dies quinque.
Martio intrante dies tres, & exeunte dies octo.
Mense Aprili intrante dies decem, & exeunte dies octo.
Maio intrante dies sex, & exeunte dies octo.
Junio intrante dies novem, & exeunte dies decem.
Julio intrante dies quatuor, & exeunte dies decem.
Augusto intrante dies sex, & exeunte dies duodecim.
Septembri intrante dies tres, & exeunte dies septem.
Octobri intrante dies novem, & exeunte dies un-
decim.
Novembri intrante dies octo, & exeunte dies duo.
Decembri intrante dies duodecim, & exeunte dies
tredecim.

ADNOTATIO.

A D N O T A T I O.

Hoc scriptum de diebus mensis intranis & exeuntis exstat in codice S. Emmerammi apud Ratisponam, ex quo collendum videtur, si non ubique, saltem quibusdam in locis mensis non fuisse divisos in duas tantum partes, ita ut primi decem dies mensi intranti, mensi vero exeunti reliqui dies assignarentur: sed dies solum aliquot pauciores mensi tum intranti, tum exeunti fuisse assignatos. Vide qua de mense intrante & exeunte scientie observavit summa eruditio Carolus Cangius in suo Glossario.

A D M O N I T I O

in sequentes Inscriptiones.


IN bibliotheca Einsidensi exstat unus in multis membranous codex optima nota, ante annos octingentos scriptus: in quo primum reperiuntur Notæ seu abbreviations Julio Casari adscriptæ, cum earum interpretatione: deinde coll. Et. o Inscriptiorum Romanarum numero lxxx. cui collectioni subjecta est Descriptio regionum Urbis, ac recensio veterum adiectorum & basilicarum, quæ tempore illo, quo hac descriptio facta est, in Urbe stabant. Notæ prædictæ ferme conveniunt cum eis, quas exhibent Valerius Probus, Petrus Diaconus, & Petrus Apianus una cum collega suo Bartholomao Amantio. Ideoque eas denuo recudere non visum est pretium opere. Inscriptiones verò parim, maximè priores, apud Gruterum, Amantium, & Masochium, & in Roma Subterranea inveniuntur: Descriptio regionum Urbis nusquam. Prouinde animus erat, omisis iis Inscriptionibus, quæ jam apud

Vet. Analect. Tom. IV.

Hh

alios vulgata sunt, ineditas dumtaxat hoc loco exhibere cum subjecta descriptione. Verum postea aliter visum est, nempe ut integrum collectionem ederemus, in margine assignando auctorum loca, ubi jam editas videret licet. Id autem à nobis factum est ob duas omnino causas. Una quod hac *Inscriptionum Romanarum* collectio omnibus vulgatis antiquior sit, & fortasse prima omnium, que umquam factae fuerint: cum nulla (quam quidem sciamus) prodierit ante **EPIGRAMMATA ANTIQUÆ URBIS**, à Jacobo Masochio in lucem prolatæ Roma anno M D XXI. Ideoque antiqua nostra collectioni religionem habendam duximus, ut non dimidiata, sed integra publicaretur. Aliera causa est, quod nonnulli tituli, qui editiss desunt, in hac collectio ne supplentur, ut & verba quadam & lacuna. Sic qua in nostra collectione integræ est septima, apud Gruterum mutila reperitur, sicut & 47. Quamquam fateri decet, quasdam etiam apud Gruterum, quam hic, esse integriores. At titulos aliquos supplet hac collectio in *Inscriptionibus* 12, 23, 25, & 71. ubi aliquanti momenti erant. Inscriptio omnium postrema tempore est vigesima sexta, qua est Honorii Papa I. mortui anno DC XXXVII.

Descriptio porro veteris Rome, eis brevis, non parum conferet illustrandæ antiquitati: tamen si in hoc argumento jam mulci desiderarunt auctores, quorum catalogum accuratum exhibet Floravantes Martinellus in *Roma sacra*, vulgata anno M DC LIII. Hac præmonuisse satis, ne (quod ait Spartianus) enormior sit prologus quam fabula.





ANTIQUA COLLECTIO
VETERUM INSCRIPTIONUM
ROMANARUM.

1 *In ponte Tiburtino *.*

TM PERANTE domino piissimo ac triumphali semper JUSTINIANO piissimo Augusto , ann. xxxviii * , NARSES vir gloriofissimus ex praeposito sacri palatii Consul* atque Patricius , post victoriam Parthicam* , ipsis eorum Regibus celeritate mirabili , confictu publico superatis atque prostratis , libertate urbis Romæ ac totius Italiæ restituta , pontem viæ Salariæ usque ad aquam , à nefandissimo TOTILA tyranno destrūctum , purgato fluminis alveo , in meliorem statum , quām quondam fuerat , renovavit .

GRUT.161.1.

1.

* al. Salario.

* al.
xxxviii* al. ex-
Consul.* al. Go-
thicam.

2 *In ipso ponte in Occidente.*

GR.161.2.

QUAM bene curvati directa est semita pontis , Atque interruptum continuatur iter ! Calcamus rapidas subiecti gurgitis undas , Et libet irata cernere murmur aquæ .

H h ij

INSCRIPT.
ROMANÆ.

*Ite igitur faciles per gaudia vestra, Quisites,
Et Narsum resonans planus ubique canat:
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre jugum.*

3 In ponte sancti Petri.

Imp. Cæsar, divi Trajani Parthici filius,
divi Nervæ nepos, TRAJANUS HADRIANUS Augustus, Pontif. maxim. Tribuniciæ potest. XVIII. Cōs. III. P. P. fecit.

GR. 262.6.

4 In Adrianio.

Imperatori Cæsari, divi Marci Antonini Pii, Germanici, Sarmatici filio, divi Pii nepoti, divi Hadriani pronepoti, divi Trajani Parthici abnepoti, divi Nervæ Adnepoti, LUCIO AELIO AURELIO COMMODO Augusto, Sarmatico, Germanico, Maximo, Britannico, Pontifici maximo, tribuniciæ potestat. X VIII. Imperat. VII. Consuli VII. Patri Patriæ.

GR. 253.2.

5 In alio loco plenius scripti.

Imp. Cæsari L. AURELIO VERO Aug.
Armeniac. Medic. Parthic. Pontific. M.
Tribunic. pot. VIII. Imp. v. Coss. III. P.P.
L. AELIO divi Hadriani filio Coss. II.

6 In arcu S. Petri.

*Quod duce te mundus surrexit in astrâ triumphans,
Hanc CONSTANTINUS viator tibi condidit aulam.*

7 *In arcu intus Roma.*

INSCRIPT.
ROMANA.
GR. 287 I.
scia mutila.

IMPPP. clementissimis, felicissimis,
toto orbe victoribus, D. D. D. N. N. N.
ARCADIO, HONORIO, THEODOSIO
Auggg. ad perenne indicium triumpho,
quo Getarum nationem in omne ævum
dom. extr. arcum simulacris eorum tropæis-
que decora S. P. Q. R. totius operis splen-
dore.

8 *Intus Roma.*

GR. 181.10.

FL. Philippus V. C. præfectus urbi Nym-
phium, sordium squalore fœdatum, & mar-
morum nuditate deforme, ad cultum pris-
tinum revocavit.

9 *In forma Virginis.*

Apian.
195.

TI. CLAUDIUS, Drusi fil. Cæsar Au-
gustus, Germanicus, Pontifex max. Trib.
potest. [v.] Imp. xi. P. P. Cōs. desig. i. IIII. arcus
ductus aquæ virginis disturbatos per C.
Cæsarem, à fundamentis novos fecit, ac res-
tituit.

10 *In absida * S. Petri.*

GR. 1163.

7.
* al. in
throne.

Justitia sedes, fidei domus, aula pudoris,
Hac est quam cernis, pietas quam possidet omnis:
Qua patris & filii virtutibus inclita gaudet,
Auctoremque suum genitoris laudibus agnat.

II In ambone S. Petri.

*Scandite cantantes Domino, Dominumque legentes,
Ex alio populis verba superna sonent.*

Ex altera parte.

PELAGIUS juñ. Episc. Dei famulus
fecit, curante Juliano P. P. SCD.

GR. 1080.

6.

* V. Grut.

449. 7.

12 In theatro.

PETRONIUS * Maximus V. C. præ-
fectus urbi curavit.

GR. 247.4.

13 In columna Trajani.

Senatus populusque Romanus Imp. Cæ-
sari, divi Nervæ F. Dacico, Pontif. Maximo.
Trib. Pot. x v i i . Imp. vi. Cōs. vi. P. P.
ad declarandum quantæ altitudinis mons &
locus tantis operibus sit egestus.

GR. 10.6.

14 Item ibidem.

S. P. Q. R. Imp. Cæsari, divi Trajani
Parthici filio, divi Nervæ nepoti, TRAJANO ADRIANO Aug. Pont. Max. Trib.
Pot. ii. Cōs. ii. qui primus omnium Prin-
cipum, & solus, remittendo festerium novies
millies centena milia: debitum fiscis, non
præsentes tantum cives suos, sed & poste-
ros eorum præstитit hac liberalitate securos.
JULIA Aug. mater Augg. & castrorum

matronis restituit. S A B I N A Aug. matronis.

15 *In arcu proximo ponti S. Petri.*

INSCRIPT.
ROMANÆ.

GR. 172.1.

Imperatores Cæsares D. D. D. N. N. N.
G R A T I A N U S , V A L E N T I N I A N U S , &
T H E O D O S I U S Pii, felices, semper Auggg.
 arcum ad concludendum opus omne porticuum maximarum, æterni nominis sui pecunia propria fieri ornarique jusserunt.

16 *In thermis Diocletiani.*

M e s i c h . 14.

D. D. N. N. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS invicti Seniores augusti, patres Imperatorum & Cæsatum, & D. D. N. N. CONSTANTIUS & MAXIMIANUS invicti. Augg. & SEVERUS & MAXIMINUS nobilissimi Cæsares, thermas felicis Diocletiani Aug. fratrii sui nomini consecratarunt, coemptis ædificiis pro tantio peris magnitudine, omni cultu perfectas Romanis suis dedicaverunt.

17 *In porta Prænestina.*

M A S . 1 . b

T I. CLAUDIO S Drusi, & Cæsar Augustus, Germanicus, Pontif. Max. Tribunica potestate xi. Cōs. v. Imperator. xxvii. Pater patriæ, aquas Cladias ex fontibus, qui vocabantur Ceruleus & Curtius, à miliario x l v. item Anienam novam à miliario l x i i . suā impensā in urbem perducendas curavit.

Hh iiiij

INSCRIPT.
ROMANE.
MAS. I. b

18 *Item in ipsa porta.*

Imp. Cæsar V E S P A S I A N U S Aug. Pont.
Max. Trib. Pot. II. Imp. VI. Cōs. III. desig.
III. P. P. aquas Curtiam & Ceruleam per-
ductas à divo Claudio, & postea intermissas
dilatasque per annos VIIII. suâ impensâ urbi
restituit.

MAS. I. b

19 *Item in ipsa.*

Imp. Cæsar divi Vespasian. Aug. Pont.
Max. Tribunic. pot. X. imp. XVII. Pater
patriæ, Censor, Cos. VIII. aquas Curtiam
& Ceruleam perduetas à divo Claudio, &
postea à divo Vespasiano patre suo urbi res-
titutas, cum à capite aquarum solo vetus-
tate dilapsæ essent, novâ formâ reducendas
suâ impensâ curavit.

GR. 180.10

20

V A L E N S & G R A T I A N U S pii, felices,
ac triumphatores semper Augg. porticus
areasque macello * Liviae ad ornatum urbis
suæ addi, dedicarique jusserunt.

21

C. D I L L I O. A. f. ser. Vocabæ Trib.
milit. Leg. I. IIII. viro curando. R. Q. pro-
vinc. Ponti & Bithyniæ, Trib. Pl. Pr. Leg.
in Germania, Leg. XXII. primigeniæ Helviæ.
T. F. P R O C U L A uxor fecit.

INSCRIPT.
ROMANÆ.
MAS. 2. b

22 *In ponte superiore trans Tiberim.*

Domini nostri Imperatores Cæsares Fl.
VALENTINIANUS pius , felix , maximus , victor ac triumphator semper Aug.
 Pont. Maximus Germanic. max. Alamann. max. Franc. max. Gothic. max. Trib. pot. vii. Imp. v i. Cōf. ii. P. P. P. Et F L.
VALENS pius , felix , max. victor , ac triumf. semper Aug. Pont. max. Germanic. max. Alamann. max. Franc. max. Gothic. max. Trib. pot. vii. Imp. vi. Cōf. ii. P. P. P. Et F L. **G**RATIANUS pius , felix , max. victor ac Y Germanic. Y triumf. semper Aug. Pont. max. Alamann. max. Franc. max. Gothic. max. Trib. pot. iii. Imp. ii. Conf. i. P. P. P. Pontem felicis nominis Gratiani in usum Senatus & populi Romani constitui , dedicarique jusserunt.

23 *Prope pontem balineum Iuliorum Akariorum,* GR. 1164.
in absida scæ Anastasiae.

*Antistes Damasus pictura ornarat honore
 Tecta , quibus nunc dant pulchra metalla decus.
 Divite testatur pretiosior aula nitore ,
 Quos rerum effectus possit habere fides.
 Pape HILARI meriti olim devota Severi ,
 Necnon Cassia mens dedit ista Deo.*

24 *In foro Palatini.*

Forum populo Romano domini & Prin-

cipes nostri VALENTINIANUS, VALENS,
& [GRATIANUS] curante Flavio Eu-
praxi V. C.

GR. 1174.
10. sed sine
titulo.

25 In ecclesia sc̄e SAVINA.

*Culmen apostolicum cum CAELESTINUS haberet,
Primus & in toto fulgeret Episcopus orbe,
Hec qua miraris fundavit presbyter urbis
Illyrica de gente PETRUS, vir nomine tanto
Dignus, ab exore Christi nutritus in aula,
Pauperibus locuples, sibi pauper: qui bona vite
Præsentis fugiens, meruit sperare futuram.*

26 In absida sc̄i Pancratii.

Ob insigne meritum & singulare beati
Pancratii martyris beneficium, basilicam ve-
tustate confectam extra corpus Martyris ne-
glecti antiquitatis * exstructam HONORIUS
Episcopus Dei famulus, abrasa vetustatis
mole, ruinaque minante, à fundamentis
noviter plebi Dei construxit, & corpus Mar-
tyris, quod ex obliquo aulæ jacebat, altari
insignibus ornato metallis, loco proprio col-
locavit.

GR. 228. 6.

27 In obelisco Baticano.

Divo Cæsari, divi Julii Augusti Cæsari
Aug. sacrum.

GR. 152. 6.

28 In via Appia.

Senatus populusque Romanus clivum

Martis pecuniâ publicâ in planitie redi-
gendum curavit.

INSCRIPT.
ROMANA.29 *In arcu, in cирco maximo.*

GR. 244.6.

Senatus populusque Romanus Imp. TITO
Cesari, divi Vespasiani F. Vespasiano Augusto,
Pontif. max. Trib. post x. imp. xvii. Cos.
viii. P. P. Principi suo, quod praeceptis
patris consiliisque & auspiciis gentem Ju-
dæorum domuit, & urbem Hierosolymam
omnibus ante se Ducibus, Regibus, gentibus
aut frustra petitam, aut omnino intempta-
tam delevit.

30 *In Septizonio.*

GR. 191.5-

Imp. Cæs. divi M. Antonini Germ. Sarm.
fil. divi Commodi frater, divi Antonini pii
nepos, divi Hadriani pronepos, divi Tra-
jani Parth. abnep. divi Nervæ adnep.

31 *In monumento.*

In Fr. p. xxii. in ag. p. xxvi. M. Camu-
rius p. f. Rom. Soranus. Hoc monumentum
heredem non sequitur. Sed [si] hoc monu-
mento ullius candidati nomen inseripsero,
ne valeam.

32 *Ad sanctum Sebastianum.*

O quam cito parvulis serenitas nutriuen-
torum ad cruciatum vitam perducere cogi-
tasti.

INSCRIPT.
ROMANA:
GR. 100. 6

33 *In basi Constantini.*

Dn. C O N S T A N T I N O maximo , pio ,
felici ac triumphatori semper augusto , ob
amplificatam toto orbe rem publicam factis
consultisque S. P. Q. R. dedicante A N I C I O
P A U L I N O juniore C. V. Conf. Ord. Præf.
Urbi.

MAS. 4. b

34 *In arcu Severi.*

Imp. Cæs. L U C I O S E P T I M I O M. fil.
S E V E R O P R O P E R T I N A C I Aug. Patri
patriæ , Parthico , Arabico , & Parthico ,
Adiabenico , Pontif. Max. Tribunic. potest
x i . Imp. x i . Conf. i i i . Procons. & Imp.
Cæs. M. A U R E L I O L. fil. A N T O N I N O
Aug. pio , felici , Tribunic. potest. vi. Conf.
Procons. P. P. optimis fortissimisque Prin-
cipibus ob rem publicam restitutam , impe-
riumque populi Romani propagatum insig-
nibus virtutibus eorum domi forisque S. P.
Q. R.

35 *In Capitolio.*

Senatus populusque Romanus incendio
consumptum restituit Divo V E S P A S I A N O
Augusto.

S. P. Q. R. Impp. Cæs. S E V E R U S &
A N T O N I N U S pii , felic. Aug. restituerunt.

S. P. Q. R. ædem * concordiaë vetus-
tate conlapsam in meliorem faciem opere
& cultu splendidiore restituerunt.

* abhinc
GR. 100. 6.

36 *In arcu Constantini.*INSCRIPT.
ROMANA.

MAS. 4.

Imp. Cæs. Fl. CONSTANTINO Maximo
 P. F. Augusto S. P. Q. R. quod instinctu
 divinitatis mentis magnitudine cum exercitu suo, tam de tyranno, quam de omni
 ejus factione uno temp. justis rempublicam
 ultus est armis, arcum triumphis insignem
 dicavit, liberatori urbis, fundatori quietis.

37 *Ad vii Lucernas.*

MAS. 5.

Senatus populusque Romanus divo TITO,
 divi Vespasiani f. Vespasiano Augusto.

38 *In Capitolio.*

GR. 260.4

S. P. Q. R. Imp. Cæs. divi Antonini fil.
 divi Veri Parth. max. fratr. divi Hadriani
 nep. divi Trajani Parth. pronep. divi Nervæ
 abnep. M. AURELIO ANTONINO Aug.
 Germ. Sarm. Pontif. max. tribunic. pot.
 xx. Imp. viii. Cos. iii. P. P. quod omnes
 omnium ante se maximorum Imperatorum
 glorias supergressus, bellicosissimis gentibus
 deletis aut subactis.

39 *Ibidem.*

GR. 246.1

Libertati ab Imp. Nerva Cæsare Aug.
 anno ab urbe condita D C C C xxx. xxxii.
 xxxiv. oci. restitu. S. P. Q. R.

INSCRIPT.
ROMANA.
GR. 387.3
mendosi.

40 *Ibidem.*

C E M O N I U M R U F I U M A L B I N U M
V. C. Cons. Filosophum, Rufi Volusiani bis
ordinarii Cons. filium, Senatus ex consulto
suo, quod ejus liberis post Cæsariana tem-
pora, idest post annos ccc lxxx & i. au-
toritatem decreverit Fl. Magnus Januarius,
vc. cur. statuarum.

GR. 101.1.

41 *Ibidem.*

Pietati augustæ ex s. c. quod factum est
d. Haterio Agrippa. c. Sulpicio Galba Cōf.
Ti. CLAUDIUS Cæsar Aug. Germanicus,
Pontif. max. trib. pot. III. Cōf. Imp. III.
P. P. dedicavit.

GR. 387.3.

42 *Ibidem.*

Locus adsignatus ab NEGRO & COS-
CONIANO cur. operum publicorum.

GR. 237.8.

43 *Ibid.*

Ti. CLAUDIUS, Drusi f. Cæsar Aug.
Germanicus, Pontif. max. trib. potest. v.
Cōf. III. designatus III. Imp. x. P. P. ex
S. C. CAIUS Calpetanus Statius, Sextus
Metrobius, M. Perpenna Lurco, T. Sa-
trius Decianus, curatores tabulariorum
publicorum fac. cur.

44 *Ad Tiberim.*

INSCRIPT:
ROMANA.
GR. 178. 6.

Impp. DIOCLETIANUS & MAXI-
MIANUS Augg. perpurgatis fontium rivis,
& itineribus eorum ad perennem usum re-
fectis, Tiberino patri aquarum omnium, &
repertoribus admirabilium fabricarum, pris-
cis viris honori dederunt, curante aquas L.
Ælio Dionysio c.v.

45 *In monum. in via Salaria.*

Cn. Domitius primigenius & Afrania
Burri lib. cenis *, conjuges vivi fecerunt sibi,
& libertis libertabusque suis, posterisque co-
rum in fronte. p. xxxv. h. m. h. n. s.

* f. senes.

46 *Item.*

GR. 199. 6.

Imp. Cæsar M. AURELIUS ANTONINUS
Aug. Germanicus, Sarmatic. hos lapides
constitui jussit propter controversias, quæ
inter mercatores & mancipes ortæ erant,
uti finem demonstrarent, vettigali foriculari
& ansarii promercalium secundum veterem
legem semel dumtaxat exigundo.

47 *In Ianiculo ante Ecclesiam Iohannis
& Pauli.*

GR. 1114.
6. mendosi.

Claudius Julius Ecclæsius DYNAMIUS.
yc. & inl. urbis Præf. p. amore patriæ con-
pulsi, ne quid diligentia deesse videatur

INSCRIPT.
ROMANA.

studio nostro adici vovimus , ut omnium molendiniorum fraudes amputentur, quas subinde venerabili populo atque universitati fieri suggerentibus nobis agnovimus. Et ideo stateras fieri præcepimus , quas in Janiculo constitui nostra præcepit auctoritas. Unde hoc programmate universitatem nosse decernimus, frumenta cum ad hæc loca conterenda detulerint , consueta fraudibus licentia possit amoveri. Primo pensare non differant. Deinde postquam fregerint, propter fidem integræ observationis , adhibitis iisdem ponderibus agnoscant , nihil sibi abstulisse licentiam fraudatorum. Accipere autem secundum constitutum brevem molendinarios tam in Janiculo, quam per diversa præcipimus per modium unum nummos IIII. ita quod si quis eorum inlicita præsumptione farinam crediderit postulandam, deprehensus & multæ subjaceat , & fustiario suppicio se noverit esse subdendum *. Illud autem humanitas nostra propter corpororum levamen adicit , ut si qui voluntate propria non compulsus , sed donandi animo farinam offerre voluerit , habeat qui accipit liberam facultatem.

* ab hinc
des. G R.

GR. 1170.

6.

48 In Ecclesia sancti Pauli.

THEODOSIUS caput , perfecit HONORIUS aulam
Doctoris mundi sacratam corpore Pauli.

49 In

49 In absida ad Fontem.

INSCRIPT.
ROMANA.

*Hac domus est fidei , mentes ubi summa potestas
Liberat , & sancto purgatas fonte tuerit.*

50 In Theatro Pompei.

D. D. N. N. ARCADIUS & HONORIUS
perpetui Augg. theatrum Pompei exteriore
ambitu , magna etiam interiori virtute con-
vulsum , subductis & excitatis invice . . .

51 In bibliotheca sancti Gregorii , quæ est in
monasterio Clivi-Tauri , ubi ipse Dia-
logos scripsit.

Sanctorum veneranda cohors sedet ordine . . .

Divina legis mystica dicta docens . . .

Hos inter residens Agapetus jure sacerdos ,

Codicibus pulchrum condidit arte locum . . .

Gratia par cunctis , sanctus labor omnibus unus :

Diffusa verba quidem , sed tamen una fides . . .

In fronte pedes x xv . In agro pedes
xxxiiii. Item in Tabernæ , in fronte pedes
xi. In agro pedes xxxi.

52 Ante portam Flamineam in via.

Imp. Cæsar M. AURELIUS ANTONINUS
Aug. Germanicus, Sarmat. Et M. AURELIUS
SEVERUS ALEXANDER pius , felix ,
Aug. hos lapides constitui jusserunt , maxi-
me propter controversias , quæ inter mer-
catores & mancipes ortæ erant , uti finem

demonstrarent vestigali foriculiarii & ansarri promercalium secundum veterem legem semel duntaxat exigundo.

53 *In ipsa via Flaminea.*

P. AELIUS, Mari Rogati filius, Gutta Calpurnianus, equis his vici in factione Veneta germinatorem Af. LXXXXII. Silvanor. Af. cv. nitid. gil. Af. LII. Saxonen. Af. LX. & vici præmia M L I. XL I. XXXXVII.

54 *Item ibidem in ipso monumento.*

Ex numero palmarum supra scriptarum
 ∞c XXVI vici in factione Albata CII.
 remissus. II. XXXI. XLI. à Pompa IV. equorum anagonum. I. singularum LXXXIII.
 binarum V II. ternarum. II. In factione
 Russata vici LXXII. X. Remissus semel XXI.
 quaternarum I. singularum XLII. binarum
 XXXII. ternarum III. quaternarum semel.
 In factione Veneta vici LXXXIII. XX.
 XVII. Sejuge I. X L I X. LI. à Pompa
 XXXV. Trigas XV. II. Trigas XXVI. Equorum
 anagonum I. Sacro quinquennalis certaminis I. remissus semel singularum CCC.
 XXXIV. binarum CLXXXI. V. ternarum
 LXV. In factione Praesina vici CCCLXI. V.
 XXX. I. XLII. Pedibus ad quadrigam LXI.
 à Pompa VI. singularum CXVI. binarum

CLXXXIV. ternarum XLIV. Hoc monu-
mentum vivus feci.

INSCRIPT.
ROMANA.

55 *Item in ipso monumento.*

P. Ælius, Mari Rogati filius; Gutta Calpurnianus, mille palmas complevi in fac-
tione Praesina, equis his dando B. Af. xi. x.
Oceano. N. ccix. victore R. cccc xxii.
x. vindice B. CLVII. & vici præmia ma-
jora XL. postea III. XXXIII.

56 *In Adrianio, in parte australi.*

GR. 262.6.

Imperatori Cæsari, divi Marci Antonini
Pii Germanici filio, divi Pii nepoti, divi
Hadriani proneptori, divi Trajani Parthici
abnepoti, divi Nervæ adnepoti, Lucio
ÆLIO AURELIO COMMODO Augusto,
Sarmatico, Germanico maximo, Brit-
tanico, Pontifici maximo, Tribuniciæ po-
test. xviii, Imperat. viii. Consul. vii.
Patri patriæ.

57 *Item in eodem.*

Imperatori Cæsari L. AURELIO VERO
Augusto, Armeniaco, Medico, Parthic. Pon-
tific. Tribunic. potest. ix. Imp. v. Conf.
iii. P. P.

58 *Item ibi.*

GR. 253.1.

L. ÆLIO Cæsari, divi Hadriani Aug.
filio, Conf. ii.

I i ij

INSCRIPT.
ROMANA.
GR. 257.
4.

59 Item in ipso in altera parte.

Imperatori Cæsari TITO ÆLIO HADRIANO ANTONINO Aug. Pio, Pontif. max. Tribunic. pot. XXIIII. Imp. II. Conf. IIII. P. P.

60 Item.

Divæ FAUSTINÆ Augustæ Imp. Cæsarís T. Ælii Hadriani Antonini Aug. Pii Pontif. maximi Trib. pot. IIII. Conf. IIII. P. P.

61 Item.

M. AURELIUS FULVUS ANTONINUS, filius Imperatoris Cæsarís T. Ælii Hadriani Antonini Aug. Pii, P. P.

62 Item.

M. GALERIUS AURELIUS ANTONINUS, filius Imperatoris Cæsarís Titi Ælii Hadriani Antonini Aug. Pii, P. P.

63 Item.

AURELIA FADILLA, filia Imp. Cæsarís Titi Ælii Hadriani Antonini Augusti Pii, P. P.

64 Item.

T. AURELIUS ANTONINUS, M. Aurelii Cæsarís filius, Imp. Antonini Augusti Pii, P. P. nepos.

65 Item.

INSCRIPT.
ROMANA.

T. A E L I U S A U R E L I U S , M. Aurelii
Cæsar & Faustinæ Aug. filius, Imp. Antonini Augusti Pii nepos.

66 Item.

D O M I T I A F A U S T I N A , M. Aurelii
Cæsar filia, Imp. Antonini Augusti Pii
P. P. neptis.

67 In via Pincia, in sepulcro Proti martyris.

GR. 1172.
9.

*Extremo tumulus latuit sub aggere montis.
Hunc Damasus monstrat, servat quod membra priorum.
Te Protum retinet melior sibi regia cali:
Sanguine purpureo sequeris Hiacynthe probatus.
Germani fratres, animis ingentibus ambo:
Hic vicit meruit palmam, prior ille coronam.*

68 In sepulcro Hiacynti.

Sepulcrum sancti martyris Hyacinti LEOPARDUS Presbyter ornavit. Depos. 111. Id. Sep.

69 In via Pincia.

Pamphilus, Basilissa, Protus, Hiacynthus, Hermes, ubi Dominus cæcum illuminavit. Arcus, murus. Inter Aurelia & Portuensis sanctus Processus, & Martinianus, & Pancratius, Abdo & Sennes.

I i iii

70 *In via Appia.*

Soter , Xystus , Urbanus , Marcellianus & Marcus, Januarius , & ecclesia, ubi decollatus est Xystus , Sebastianus.

71 *In sepulcro Nerei & Achillei, in via Appia.*
fine titulo.

*Militia nomen dederant , savumque gerebant
Officium , pariter spectantes iussa tyranni.
Precepitis pulsante metu servire parati .
Mira fides rerum ! subito posuere furorem .
Conversi fugient , ducis impia castra relinquunt ,
..... clypeos , faleras , telaque cruenta .
Confessi gaudent Christi portare triumphos .
Credite per DAMASUM possit quid gloria Christi .*

72 *In porta S. Petri usque ad S. Paulum.*

* in sinistra.

* an posticum.

* in dextra.

In S. * sc̄i Laurentii & Theatrum Pompeii , & per porticum * usque ad sc̄nī Angelum & templum Jovis. In'd. * Theatrum: iterum per porticum usque ad elephantum. Inde per Scholam Græcorum : ibi in sinistra ecclesia Græcorum. Ibi est aqua subtus montem Aventinum, currens scala usque in montem Aventinum, & balneum Mercurii. Inde ad portam Ostensis. Inde per posticum usque ad ecclesiam Mennæ : & de Mennæ usque ad sanctum Paulum Apostolum : inde ad sanctum Felicem , & Adauetum, & Emeritam. Deinde ad sanctam Petronellam , & Nereum , & Achilleum. Inde ad sanctum

Marcum & Marcellianum. Inde ad sanctum Soterum: inde ad S. Sixtum: ibi & S. Favianus, & Antheros, & Militiades. Inde ad S. Cornelium. Inde ad S. Sebastianum. Inde revertentes per viam Appiam ad ecclesiam, ubi S. Syxtus cum suis diaconibus decollatus est. Inde ad portam Appiam. Ibi Forma Jopia, quæ venit de Marsia, & currit usque ad ripam. Inde ad cochleam fractam. Inde ad Arcum recordationis. In S. Thermæ Antoninianæ. In d. Xystus. In s. Nereus & Achilleus. Inde per porticum usque ad Forum. Inde ad viii. vias. Ibi sancta Lucia & Septizonium. In S. circus maximus. Index. Palatinus. Et sic per porticum maximum usque ad Anastasiam, & inde semper.

73 *In via Ostensi.*

ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
ΚΑΙ. ΑΙΓΥΠΤΟΥ. ΠΑΣΗΣ
ΛΕΥΚΙΩΙ. ΙΟΥΛΙΩΙ. ΟΥΗΣΤΙΝΙΩΙ
ΚΑΙ. ΕΠΙΣΤΑΘΗ. ΤΟΥ. ΜΟΥΣΕΙΟΥ
ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΤΩΝ
ΕΝ. ΡΩΜΗΙ. ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΩΝ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ
ΤΕ. ΚΑΙ. ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ. ΚΑΙ
ΕΠΙ. ΤΗΣ. ΠΑΙΔΕΙΑΣ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΕΠΙΣΤΟΛΕΙ. ΤΟΥ
ΑΥΤΟΥ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

INSCRIPT.
ROMANA.
GR. 1171.
18.

74 In sepulcro sc̄i Felicis.

*O semel atque iterum cum vero nomine FELIX,
Qui intemerata fide, contemptu principe mundi,
Confessus Christum, caelestia regna petisti.
O vere pretiosa fides, cognoscite fratres,
Qua ad celum viator pariter penetravit Adauetus.
Presbyter his VERUS, DAMASO rectore jubente,
Composuit tumulum, sanctorum limina adornans.*

75 In basilica sc̄i Sebastiani.

*Hic habitare prius sanctos cognoscere debes,
Nomina quisque Petri pariter Paulique requiris.
Discipulos Oriens misit, quod sponte fatemur:
Sanguinis ob meritum Christum qui per astra secuti
Ætherios petiere sinus, regnaque piorum.
Roma suos potius meruit defendere cives.
Hac DAMASUS vestras referat, nova Sidera, laudes.*

76 In porta Papia.

NERONI JULIO D. F. GERMANICO,
Ti. Cæsari Germanici Augusti nepoti, Ju-
lio i i. F. Augusti F. Aug. pronepot. Divi
Pron. Cæsari Augusti nepot. Divi nepot.
Pont. Cæsari Pontifici Divi Pron. Cæsari
Cos. ter. Imp. ter. Augurique tribuniciae
potestatis v i i i.

77 Item ibi.

* L. LIVIA IMP. Cæsari, LIVIA * i. Divi F. Augusto
Druſi F. Pontific. maximo, uxori Cæsarisi

Aug. Cos. IIII. Imp. IIII. tribuniciaꝝ pot.
viii. Patri patriæ Aug. xv. Vir. S. F. vii.
vir Epulon. Cos. XIII. Imp. XVII. tribunic.
potest. xxx.

INSCRIPT.
ROMANA.78 *Item ibi.*

Cæsari i. Cæsari Druso Julio Ti. Claudio,
Augusti F. Augusti F. Germanici F. Drusii
Germanici F. Divi nepot. Divi nepot. Aug.
pronepot. Neroni Germanico Pontif. Cos.
Auguri, Cos. design. Germanico Impera-
tori, principi juventutis.

79 *In foro Papiae.*

Sex. Sextilius Sex. F. Papiria Fuscus, Fla-
men Romæ, & divi Claudi II. viri D.
Pontifex, Augur, Salius grat. D. D. præfект.
fabri. D E D.

80 *In icona sc̄i Petri.*

ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΛΟΓΟΝ ΘΕΝCEXPYCΩ
THN ΘΕΟΤΑ γΠΤΟΝ. ΠΕΡΑΝΕΝΗ
ΒΕΒΗΚΩ CO Y ΚΛΟΝΥΜ.



DESCRIPTIO REGIONUM URBIS.

A porta sc̄i Petri usque ad...

* In dex-
tera.

IN D. * Circus Flamineus.
Rotunda.

Thermæ Commodianæ.

Forum Trajani & columnna ejus.

Tiberis. **A R C U S.**

S. Hadriani.

Sc̄i Cyriaci. **F O R U M.**

Sc̄a Agatha. Ibi imagines Pauli & sanctæ
Mariæ. **S u b.**

Thermæ Constantini.

Sc̄i Vitalis in vico longo, ubi caval. opt.

Sc̄ae Euphemiae in vico Patricii.

In porta sc̄i Petri usque ad Por. in sinistra.

Per Ar.

Sc̄i Apollinaris.

Sc̄i Laurentii in Lucina.

Oboliscum. **F O R M A V I R G I.**

Sc̄i Silvestri. Ibi balneum.

Sc̄i Felicis in Pineis.

Sc̄am Luciam in Orthea.

* In sinis-
tra.

IN S. * Sc̄i Laurentii in Damaso.

Theatrum Pompei. Cypressus.

Sc̄i Laurentii. Capitolium.

Sc̄i Sergii, ubi umbilicum Romæ.

[A R C U S] S E V E R I .
Cavallus Constantini.

ROMANA
DESCRIP.

R O M A N U M .

U R A . *

Pudentiana in vico Patricii.

Laurentii in Formonso , ubi ille assatus est.
Iterum per Suburam. Thermæ Trajani ad
vincula.

* Subura]

*Viam Salariam.*C U M . * I N D . Circus flamineus. Ibi scā * Arcum
Agnes.

Thermæ Alexandrianæ , & Sc. Eustachii.

Rotunda , & thermæ Commodianæ.

I N S . Columna Antonini.

Scā Susanna , & aqua de Forma Lateranense.

Thermæ Sallustianæ , & pyramidem.

A porta Numentana usq. For.

I N S . Thermæ Diocletianæ.

Scī Cyriaci. Scī Vitalis.

Scāe Agathæ in Diaconia.

Monasterium scāe Agathæ.

Thermæ Constantini.

In via Numentana foris murum , in sinistra,
scāe Agnes ;

In dextra scī Nicomedis.

A porta Flaminea usque

Paritrium.

Scī Silvestri , & sic per porticum usque co-
lumnam. A R .

Forma Virginis fracta.

Scī Marcelli. Iterum per porticum usque ad
Apostolos.

In via Flaminea foris murum,

In dextera, scī Valentini.

In sinistra Tiberis.

A porta Tiburtina usque forum Romanum.

IN D. Thermæ Sallustianæ.

Scā Susanna, & Cavalli marmorei.

Scī Marcelli.

Ad Apostolos.

Forum Trajani.

Scī Hadriani.

Via Lateranense.

Scī Laurentii in Lucina.

*Antonini. T O N I N I * Oboliscum.

Columna Antonini.

Via Lateranense.

Thermæ Alexandrianæ.

* al. Eusta- Scī Eustadii *, & Rotunda.

chii. Thermæ Commodianæ.

Minervium, & ad sanctum Marcum.

Subura.

Scī Isidori.

Scī Eusebii, Via subtus mon.

Sēs Vitus.

Scāe Mariæ in præsepio.

Iterum S. Viti.

Scæ Eufemiæ.

ROMANA
DESCRIP.*Item alia via Tiburtina.*

Forma Claudiana. Per Ar.*

* Arcum.

Scæ Bivianæ. Nympheum.

In via Tiburtina foris murum, in sinist.

A porta Aurelia usque ad Por.

Fons scī Petri, ubi est carcer ejus.

Scī Johannis & Pauli.

Sci Georgii, scī Sergii. Per pontem,
Capitolium, Umbilicum. Per Ar.

Sci Hadriani. Equus Con.

Sci Cyriaci, & thermæ Constantini. Forum
Ro.

Forma Claudiana.

Item Thermæ Diocletiani.

Scæ Agathæ.

Scī Vitalis.

Scæ Pudentianæ.

Scī Laurentii in Formonso, ubi assatus est.

Monasterium scæ Agathæ.

Usque ad scūm Vitum.

Cu M. * scæ Agathæ.

* Arcum,

Scī Eusebii.

In sinistra scī Hippolyti, in dextera scī Lau-
rentii.*Viam Prænestinam.*

Molinæ, Mica aurea, scæ Mariæ.

510 V E T E R A
Scī Chrysogoni, & scāe Cæciliæ.
Palatinus. ad scūm Theodorum.
Scā Maria antiqua.
Scī Cosmæ & Damiani.
Palatum Trajani.
Monasterium scāe Agathæ. S U B U R A .
Scī Laurentii in Formonso, sci Vitalis.
Scā Pudentiana, & scā Eufemia.
Palatum Pilati, scā Maria major.
Scs Vitus. Nympheum.
Scā Biviana.
Forma Claudiana.
In via Prænestina, foris murum, Forma
Claudiana.

A porta scī Petri usque. Per Arc.

Circus Flamineus, ibi scā Agnes.
Thermæ Alexandrinæ.
Scī Eustachii, Rotunda.
Thermæ Commodianæ.
Minerviam. Ibi scā Maria.
Ad scūm Marcum.
Forum Trajani, & columna ejus.
Tiberis. * R. * P E R A R.
Scī Hadriani, Forum Romanum.
R A. * Scā Lucia in Ortheo.
Sci Silvestri, & scī Martini.
Palatum juxta Hierusalem.
Hierusalem.
Amphitheatrum.
Forma Lateranense, monasterium Honorii.

* Redeun-
do per at-
cum.

* Subura.

Porta Prænestina.

Scā Helena, scs Marcellinus, & Petrus.

Porta Asinaria.

C u m. *

Scī Laurentii in Damaso.

Theatrum Pompei.

Cypressus.

Scī Laurentii in Minerva.

Capitolium.

Scī Sergii. Ibi umbilicum Romæ.

Scī Georgii.

C u m * S E V E R I.

Scā Maria antiqua.

Scī Cosmæ & Damiani.

Palatius Neronis, Aeclesia sci Petri ad Vincula.

Arcus Titi & Vespasiani.

Palatum Trajani, Amphitheatrum.

Ad scm Clementem.

Monasterium Honorii. Forma Claudiana.

Patriarchium Lateranense.

De septem viis usque porta Asinaria.

In sinistra, Johannis & Pauli.

Forma Lateranense.

Ad scm Erafnum.

Scā Maria Dominica.

In via Latina, intus in civitate.

In sinistra,

Oratorium sanctæ Mariæ.

* Arcum.

* Arcum.

De porta Appia usque sancto.

Cochlea fracta. Thermæ Antoninianæ.
Arcus recordationis.

Inde per porticum usque

Ad sanctum Theodorum.

Palatinus.

Testamentum. Arcus Constantini.

Meta sudante.

Caput Affricæ.

Quatuor Coronati.

Scī Johannis in Lateranis.

Porta Metrovia.

In dextera Clivus-Tauri.

Ad scī Stephanum in Celio monte.

Item alia via de porta Metrovia in dextera,
Ad scī Syxtum. In sinistra aeclesia scī

Johannis.

Extra civitatem, in dextera, scī Januarii.

Oratorium scī Syxti.

Scā Eugenia. Ad scī Theodorum.

* Schola.

*La * Græca in via Appia.*

Forma Jobia, scī Nerei & Achillei.

Scī Xysti.

Ad Formam per v ii vias.

In sinistra, Circus maximus.

Mons

Mons Aventinus , Septizonium.

Et sic per porticum * usque ad . . .

Item in eadem via extra civitatem ad sc̄m

Januarium , ubi Systus martyrizatus est.

Scā Eugenia.

Ad sc̄m Theodorum.

ROMANA
DESCRIP.

* an pos-
ticum.

In via Portensi extra civitatem.

In via Aurelia extra civitatem , in dex-
tera sc̄i . . .

In via Salaria extra civitatem , in dextera
sc̄i . . .

In via Pinciana extra civitatem,in dextera
sc̄ae . . .

Proti & Hiacynti. Sc̄i Hermetis.

In dextera.

Sancta Lucia.

Palatinus.

Scām Anastasiam.

Sc̄ā Petronella. Nerei & Achillei.

Marci & Marcelliani. Ad sc̄m Soterum.

Sc̄i Cornelii , Xysti , Faviani , Antheros &
Militiadis.

Ad sc̄m Sebastianum.

Item in dextera.

Abdo & Sennes.

Pancratii , Processi & Martiniani.

Saturnini , sc̄ae Felicitatis cum vii filiis.

Vet. Analect. Tom. IV.

K K

Basilissæ , scī Pamphili.
Scī Johannis caput.

A porta scī Petri cum ipsa porta usque portam Flamineam , turres **x vi .** propugnacula **D C C . L X X X I I .** posternas **I I I .** necessariæ **I I I .** fenestræ majores forinsecus **C V I I .** minores **L X V I .**

A porta Flaminea cum ipsa porta usque ad portam Pincianam clausam , turres **x x v I I I .** propugnacula **D C X L I I I .** necess. **I I I .** fenest. majores forins. **L X X V .** minores **C X V I I .**

A porta Pinciana clausa cum ipsa porta usque ad portam Salariam , turres **x x I I .** propugnacula **C C X L V I .** necess. **X V I I .** fenest. major. forins. **C C .** minores **C L X .**

A porta Salaria cum ipsa porta usque Numentanam turres **x .** propugnacula **C X C V I I I .** necess. **I I .** fenest. major. forins. **L X X I .** minores. **L X V .**

A porta Numentana cum ipsa porta usque Tiburtinam,turres **L V I I .** propugnacula **D C C C V I .** nec. **I I .** fenest. major. forinsecus **C C X I I I .** min. **C C .**

A porta Tiburtina cum ipsa porta usque ad Prænestinam , turres **x v I I I I .** propugnacula cum porta Prænestina **CCCI .** necess. **I .** fen. major forins. **L X X X .** minor. **C V I I I .**

A porta Prænestina usque Asinariam,turres **xxvi .** propugnacula **D I I I I .** nec. **V I .** fenest. major. forins. **C L X X X .** minor. **C L .**

A porta Asinaria usque Metroviam, tur-
res xx. propugnacula CCCXLII. nec. IIII.
fenest. major. forins. cxxx. minor. CLXXX.

ROMANA
DESCRIP.

A porta Metrovia usque Latinam, turres
xx. propugnacula CCXCIII. nec. XVII.
fenest. major forins. c. minor. CLXXXIII.

A porta Latina usque ad Appiam, turres.
xii. propugnacula CLXXIIII. neces. vi.
fen. major. forins. LXXX. minor. LXXXV.

A porta Appia usque ad Ostensem, turres
XLVIIII. propugnacula DC XV. nec. XXIIII.
fen. major. forins. CCCXXX. minor. CC
XXXIIII.

A porta Ostense usque ad Tiberim, turres
XXXV. propugnacula DCC XXXIIII. nec.
XVI. fenest. major. forins. CXXXVIII.
minor. CC XI.

A flumine Tiberi usque ad portam Por-
tensem, turres IIII. propugnacula LVIII.
fenest. major. forins. x. minor. xv.

A porta Portensi usque Aureliam turres
XXVIIII. propugnacula CCCC. neces. II.
fen. major. forins. CXXXVI. min. CLXIII.

A porta Aurelia usque Tiberim, turres
XXIIII. propugnacula CCC XXVII. neces.
XI. fen. major. forins. CLX. min. CXXXI.

A flumine Tiberi usque ad portam sancti
Petri, turres VIIII. propugnacula CCCC
LXXXVI. fen. major. forins. XXI. &
minor. VII. posternæ. II.

Porta sc̄i Petri in Hadrianio.

Sunt turres vi. propugnacula clxiiii.
fenest. major. forins. xiiii. min. xviii.

Sunt simul turres ccc lxxxiiii. Pro-
pugnacula vii. xx. Posternæ. vi. necessa-
riæ. cvi. fen. major. forins. ii. lxvi.

AD NOTATIONES.

PAUCA HIC OBSERVABIMUS IN QUASDAM INSCRIPTIONES,
CETERAS ANTIQUARIORUM STUDIO AC DILIGENTIA ILLU-
STRANDAS RELICTURI.

3 IN PONTE S. PETRI. Pons iste vocabatur
Ælius, teste Dione seu Xiphilino in fine lib. 15, ubi
Hadrianus sepultus dicitur οὗτος αὐτῷ τῷ ποταμῷ
οὗτος τῇ πόλει Αἰγαίᾳ, juxta flumen ad pontem
Ælium, ubi monumentum fecerat, propterea quod
Augusti mausoleum plenum erat. Ælius Sparia-
nus idipsum clarius in Hadriano: Fecit & sui
nominis pontem & sepulcrum juxta Tibērim.....
cūm titulos in operibus non amaret. Hodie Ponte
di santo Angelo.

51 UBI IPSE DIALOGOS SCRIPSIT. In
agmen & hoc venit argumenum, ad afferendos Grego-
rio M. libros Dialogorum, qui invictis jam aliunde
testimoniis ipsi asserti sunt.

53 IN FACTIO NE VENETA. Similes inscrip-
tiones habentur apud Gruterum pag. ccc xxxvii
& seqq. Lege Capitolinum in vita Veri.

60 FAUSTINÆ AUGUSTÆ, senioris; quo
Annia Galeria Faustina vocabatur. Ex ea mares
duos, duas feminas Antoninus Pius suscepit, teste
Capitolino. Eorum nomina ex sequentiibus inscriptio-
nibus discimus.

61. M. AUREL. FULVIUS ANTONINUS. *Hic*
est filius Antonini Pii primus, cuius nomen partim
ignorabatur; & quod ei tribuebatur T. Aurelii Fulvii
Antonini nomen, ex levibus dumtaxat conjecturis au-
toritatem habebat. Vide Tristianum tomo 1, pag. 615.

62. M. GALERIUS AUREL. ANTONINUS.
Tristianus recte ex quodam numismate ibidem obser-
vat, huic Antonino, Antonini Pii alteri filio, Galerii
pranomen fuisse: at Marci primum nomen in numis-
mata graco, quo usus est, oblitteratum erat, quod ex
nostra inscriptione supplendum est, uti & Aurelii.
Hinc eorum opinio refellitur, qui alteri Antonini Pii
filio T. Aurelio Antonino nomen fuisse nullo auctore
asserunt. Galerii nomen ex matre cum iulisse Tristianus
existimat. Petrus Bellorius Romanus in Dissertatione
de nummo Commodi & Annii Veri, duo ex Patino
numismata graca laudat, unum, in quo M. Galerius
Antoninus Imperatoris Antonini F. alterum, in quo
idem Annius Galerius Antoninus inscribitur.

63. AURELIA FADILLA. *Et hujus nomen igno-*
tum erat, estque ea ipsa indubie Antonini Pii natu-
major filia, que Sillano Lamia nupta, ut scribit Capit-
olinus, cum decepsit, cum ad Consulatum Pater pro-
fisciceretur. Altera enim Antonini filia, nomine Annia
Faustina. M. Aurelio uxor tradita est.

64. M. AUREL. ANTONIN. *Duos ex Faustina*
filios suscepisse M. Aurelium ex Capitolino & Lam-
pridio constat, nempe L. Aelium Aurelium Commo-
dum, & Antoninum Geminum. Hic aliorum duorum
occurrit mentio. ac proinde M. Aurelio quatuor filios
fuisse dicendum est. Certe quod M. Aurelius in hac &
sequentia inscriptione tanum Cesar; & quod Antoni-
nus Pius, non Divus, appellatur, conjicere licet, hos
ante Antoninum Pium fato fuisse funulos. Nec quem-
quam movere debet, quod Faustina M. Aurelii uxor
bis Augusta vocetur. siquidem Imperatorum filie. Au-

gustarum nomine donabantur, teste Capitolino in vita Antonini Pii. Si hac ita se habent, consequens videtur, Domitiam Faustinam, cuius num. 66 legitur inscriptio, aliam fuisse ab illis tribus M. Aurelii filiabus, quas Commodus moriens superstites reliquit; aliam quoque à Lucilla, quam idem Commodus occidit. Fuerint igitur quinque, ut minimūn, M. Anrelii ex Faustina filia.

73 IN VIA OSTENSI. Ita constanter in codice Einhardensi Ostensis legitur, non Olliensis, ut num. 72, & in Descriptione Urbis. Praeterea vero est in primis hac inscriptio, ex qua discimus, Lucium Julium Vestinium, Alexandriae & totius Egypti Sacerdotem, necnon Musei Alexandrini prefectum, custodem Roma Bibliothecarum, cum Latinorum, tum Gracorum librorum, atque institutioni Hadriani propositum ab ipso Imperatore, scilicet Trajano, si bene capio sensum horum verborum, id est nunc traditae Ad etiam imcodēs & autē à utregloess. Nisi quis velit his verbis significari, Vestinium Hadriano Imperatori à Studiis & epistolis fuisse. Ceterè Hadrianus ipse apud Alexandriam in Musio multas quastiones professoribus proposuit, & propositas ipse dissolvit, ex Spartanio. Idem Bibliothecam Vulpiam eo in loco, ubi postea Diocletianus thermas excitavit, statuisse traditur à Capitoline. Apud Gruterum pag. D LXXXIV. num. 7 legitur C. Julius C. L. Phronymus in Bibliotheca Graeca. Nescio an Vestinus successor datus sit Suetonio Tranquillo, de quo hoc Spartanus: Septicio Claro praefecto prætorii, & Suetonio Tranquillo epistolatum magistro, multisque aliis, qui apud Sabinam uxorem familiarius se tunc egerant, successores dedit. Heliodorus magister epistolarum Hadriani fuit, teste Dione.

80 IN ICONA S. PETRI. Graeca hujus Inscriptio sensum planè difficultem reddunt mendoſi quibus-

dam in locis characteres. Consultis amicis, hac tandem restitutio probabilior & genuina visa est.

ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΛΟΓΟΝ ΘΕΑΚΩΣ ΧΡΥΣΑ
ΤΗΝ ΘΕΟΓΛΥΠΤΟΝ ΠΕΤΡΑΝ ΕΝ Η
ΒΕΒΗΚΩΣ ΟΥ ΚΛΩΝΟΥΜΑΙ.

Ad verbum: **D E U M V E R B U M I N T U E M I N I , A U R O
D I V I N I T U S S C U L P T A M P E T R A M , I N Q U A
S T A B I L I T U S N O N C O N C U T I O R .**

Aurea quippe vel inaurata basi imposita erat illa S. Petri statua, hanc dubie elegantissima. Nulla vero epigraphe hinc aprior inscribi poterat, quam ista: Ne mē intuemini, sed Deum Verbum, id est divinitus sculptam in auro Petram, in qua firmiter collocatus, jam amplius non vacillo, ut olim, cum pedibus meis incederem. Quia in epigraphe auctoris ingenium commendat sententia gravitas & acumen lectoribus triponitum; qui S. Petri statuam contemplatur, oculos ad basim reflectere, ac sistere admonentur. In vocabulo ΠΕΤΡΑΝ forsan connexæ, aut potius unita erant littera E & T, ut unicam litteram facere viderentur. Hanc restitutionem referre debemus acceptam V. C. Ulrico Obrechto, Advocato generali & civi Argentoratensi, magna eruditionis & humanitatis viro, qui conjicit, hanc statuam fuisse positam illo puriori aeo, cum adhuc inter Christianos, veluti sollempni proverbio, symbolum hoc frequentaretur, à Suida relatum:

Πέτρες ραθίωδες, ἐπιλίδας χρυσάς ἔχ.

Id est Petrae seu Christo insidens, spem bonam habeto.

H I E R U S A L E M pag. 510. *Id est basilica quam vocant in Jerusalem. Eam olim dictam fuisse in Sufurio intelligimus ex Capitulari Evangeliorum, scripto ab annis septingentis in codice membraneo bibliothecæ*

nosta Uicensis, in quo hac verba. Feria vi, scilicet majoris hebdomada, in Suxutio, quod est in basilica Hierusalem.


THERMÆ ANTONINIANÆ pag. 512. *Sic etiam in Inscriptione 72, non Antoninæ. Earum auctor Antoninus Caracalla, òmē èis nōt Artorivianæ nōtæntai, apud Eutropium.*

BASILICÆ S. PAMPHILI pag. 514. *Ignota hac basilica omnibus auctoribus, qui de Roma antiqua scripserunt, Boissardo, Marliano, etiam Martinello, qui de Roma basilicis obsoletis speciatim tractavit. Pamphilus martyr Roma in Martyrologio notatur ad 21 Septembris. S. Basilissa etiam basilica, qua iidem in Inscriptione 69 numeratur, ignota est.*

S. JOHANNIS CAPUT pag. 514. *Si de capite sancti Johannis Baptista intelligatur hic locus, multum favaret Romanis, qui caput sancti Johannis Baptista ostendunt etiam nunc in basilica S. Silvestri, qua dicitur ad caput, ut ex Martino Polono refert Baronius in Martyrologio ad diem 31 Decembris, ob reconditum in ea caput Praecursoris Domini: vel ad campum Martium, ut vetera loquuntur monumenta. Confer tamen caput Affricæ supra pag. 512.*

TURRES XVI pag. 514. & seqq. *Hec Roma descriptio Urbis muros representat in eo statu, quo post Belisarii instauratem fuerunt, atque etiam nunc ferme perseverant.*





ANALECTA POETICA.

EPI T A P H I U M

Beati Bedani Presbyteri.

Hoc Christi famuli BEDANI membra sepulcro,
Cum sanctis surrectura, clauduntur honeste:
Cujus nunc æterna capit jam præmia latus
Spiritus, angelicis cælo portatus in ulnis.
Qui nova cum prisca, ceu dives, munera promens,
Electus fuerat Doctor, dignusque Sacerdos:
Corpore dissolvi cupiens, & vivere Christo:
Et caelestia contemplans, terrena nec ambit.
Hujus enim titulo breve non queo scribere plura.
Cujus ad exemplum mores Brittania rimans,
Grandisona merito veneratus laude resultat.
Sexages decimus jam tunc & novies nonus
Annus ab adventu Christi de Virgine nati.
Fluxerat, & trina triplex Indictio vivit,
Nonaque Febræj ter triplicavérat horas,
Cùm gaudens anima ad Christi perducitur aulam,
Corporis & felix adfatum lumina claudit.
Ast inacie viator bellator Regem adorat,
Ecclesiæque decus vivit per sæcla beatus.
Discipulus cecinit cuius hos LUTINGUS amoris
Versus; & miserum me sancte tuere Magister.

A D N O T A T I O.

Hoc epitaphium est Beda Senioris, monachi Lin-
disfarnensis, cuius meminit Venerabilis Beda
in libro de vita S. Cuthberti cap. 37. Annuit ille, &
quosdam nostrum secum retinuit, in quibus erat ma-
jot B E D A Presbyter, qui ministerio ejus familiari-
ter semper adesse consueverat. *Ex hoc autem epitap-
hio, quod crassâ minervâ LUTINGUS ejus discipu-
lus cecinit. discimus annum & diem Beda Senioris
obitus, scilicet annum DC LXXXI, quo anno vigebat
Indictio nona, & quidem nona Februarii. Huic epi-
taphio subjicitur hymnus de eodem in hunc modum.*

Ardens amoris mentio

Utcumque paucos carmine

Versus bona memoriae

Cogit Magistri scribere, &c.

Ores pro Beda sedulo,

Deum precando cum roges.

*In fine hymni legitur: vi. Id. Maii natalis sancti Bedae
Presbyteri, qui dies forsan translationis est.*

A L C U I N I V E R S U S

Dc A Q U I L A Episcopo Salzburgensi.

Per montes, campos AQUILA mea chartula
quare,

Pontificem magni nominis & meriti.

Inventum ut Valeat milleno carmine canta,

ALBINI officio dic vale perpetuum.

Dic, Memor esto tui semper, Pater alme, magistri
In precibus sacris per loca sancta Patrum.

Dic quoque, dic supplex, dic [quaeso] sancte Sacerdos:
Justitiam sequere semper in ore tuo.

Non tibi blanditiæ sæcli, non vana voluptas;
Non timor aut terror cordis in antea cadat.

Plena salutiferi sed jam fiducia verbi

Possideat plenum pectus amore Dei.

Judicium promat justum tua lingua. Sacerdos,

Ut Christo placeat quicquid in ore sonat.

Spiritus è cælo veniens tua pectora, Præfus,

Lætificet, habitet, sanctificet, repleteat.

Plus æterna Dei Christi est metuenda potestas,

Quam terrena quidem, quæ velut umbra volat.

Omnipotens Judex, justis qui præmia præstat,

Det tibi verba piaz pacis in ore tuo.

Tempora sunt nimium variis nunc plena periclis,

Quæ quondam sancti præcinnere Patres.

Ætates hominum, mores mutantur & actus:

Utque momenta quidem, vita cito fugiet.

Nec redit ipsa dies, mensis, nox hora vel annus,

Sed fugiens fugiet, fontis ut unda fluens.

Tristia se lætis immiscent tempora nostris,

Utque vices faciunt noxque diesque suas.

Gaudia jam veniunt, veniunt & tristia statim.

Non est qui fuerat, transierit omnis homo.

O Pater, idcirco facias, dum tempus habebis,

Mente, manu, lingua, quæque Deo placeant.

Ore sonet Christi laudes, & vera loquitur,

Et totum redolet pectus amore Dei.

Totius atque bonis instent jam corporis actus:

Membra simul placitis nocte dieque Deo.

Ut totus placeas magno tu judice Christo,

Ut te conservet semper ubique Deus.

Posco memento tui, Præfus præclare, magistri

In precibus lacrymis per loca sancta sacrifis.

Ut veniam mitis prester ei Christus ab arce,

Quæ gessit scelerum vita nefanda precor.

Tu sine fine vale pastor, patriarcha, sacerdos,

Sit tibi Christus amor, lux, via, vita, salus.

Item alii versus de gallo.

Dicta vocatur avis proprio cognomine gallus,
 Nuntiat hæc lucem, terrarum decutit umbras.
 Tempora discernit, lumbis succingitur, hujus
 Subditus imperio gallinarum regitur gress.
 Hunc laudans Deus intellectum dicit habere,
 Quippe sub obscuro dirimat qui tempora peplo.
 Prô dolor! hunc longè properantem sœpta viarum
 Artarant quondam, dum tentat pabula rostro,
 Ergo cibos solus dum quærens competa lustrat,
 Heu, jactans audaxque nimis, multumque superbus,
 Insidiantे lupo excipitur: quo pondere pressus,
 Protinus hanc evadendi sibi repperit artem.
 Sæpe meas tua fama, lupe præfortis, ad aures
 Venit, & ignoto monuit rumore quod altum
 Vox tibi magna sonum claris concentibus edat.
 Nec tantum doleo inviso quod devoror ore,
 Quantum quod fraudor, liceat ne dicere de te,
 Credere quod licuit. Cujus fera credula vocis,
 Oblataeque lupus laudis tumefactus amore,
 Infernale aperit guttur, faucesque voraces
 Pandit, & immense referat penetratale cavernæ.
 Sed celer eripitur lucis prænuntius ales,
 Ac saltu volat, & ramo citus arboris hæret.
 Mox igitur subita jam libertate potitus,
 Excelsusque sedens his cantus vocibus edit.
 Decipitur merito frustra quicumque superbit,
 Et capitur falsis cariturus laudibus escis,
 Ante cibum voces dum spargere tentat inanes.
 Respicit hæc illos, qui cum sint fabula nacti
 Jure salutis opus, privantur fraudibus atris,
 Attendendo cavis falsas rumoribus auras

INCERTI POETÆ VERSUS

De ordine comprovincialium Pontificum.

I Episcopi Saltzburgenses.

Dicta Juvavo fuit quondam metropolis ista,
Quam primo fundans H R O D B E R T U S rexerat
almus.

Post hunc V I T A L I S Antistes rexit eamdem.
Ipsius inde F L O B A R G I S U S , qui est fultus honoris.
Quartus J O H A N N E S fuerat, sedemque regendo.
Advena V I R G I L I U S statuens quam plurima quintus.
Multo plura gerens A R N O super omnia sextus.
Septimus hinc successit A D A L R A M pastor opimus.
Tempore namque suo statuens quam plurima pulchritè.
Octavus veniens L I U P H R A M M U S Præful ovilis,
Officium Domini renovans formosius æque.

Archiepiscopi Saltzburgenses.

Hic locus, ut fertur, dudum Juvavo vocatus,
Magnus honore fuit, ut modo signa probant,
Tempore quo gentem H R O D B E R T U S Episcopus istam
Rexerat, & struxit sedis ovile sacrum hic:
In qua Pontifices multos post rite sedentes
A R N successit ovans rector ovile regens.
Quem C A R O L U S Princeps regni superauxit honore
Archisacerdotis, dignior ut fieret.
Quem L E O Papa sui veste vestivit honoris,
Et privilegia dans mox solidavit eum.
Ut regionis apex ac summus Episcopus esset,
Urbsque hæc metropolis tempus in omne foret.
Huic successit A D A L R A M M U S Antestis amatus,
Quem Papa E U G E N I U S compit honore nro.

Post hunc successit LUPHRAMMUS rite Sacerdos,
Functus apostolici munere GREGORII.
Nam velut Archisacerdotes in sede manentes,
Legitime functi numine apostolico,
Plurima diversis struxerunt stemmata rebus,
Ut vice quisque sua optime prævaluit:
Sic reliquos successores in sede futuros
Talia vota simul semper habere decet.
Cunctis præteritis patribus simul atque futuris
Donet in arce poli gaudia magna Deus:
Et veniam scelerum subjectis præstet eorum,
Et gaudere simul in requie jugiter.

II Episcopi Ratisponenses.

HIC Reginensis sedis vocatur ab urbe,
Quam rexit primò VICTERUS Episcopus ille.
Post alias CAUPIALDUS qui nomine dictus.
Tertius SIGIRICUS erat sacratus ad aulam.
Post hunc jam fuerat SINDBERTUS in ordine quartus.
Quintus DALVINUS fuerat, sedemque regendo.
Post hunc BATORICUS tenuit pius optime sedem.
ERCHANFREDUS ovans sequitur hinc pastor optimus.

III Episcopi Frisingenses.

FRIGIENSIS enim sedis hæc aula vocata est,
CORBINIANUS ovans quam primus rexerat almus.
Inde Dei famulus EMPERHTUS nomine sedid.
Tertius hinc JOSEPH, præclarus nempe magister.
ARPEO quartus erat, facundo famine fretus.
Quintus apostolicam tenuit pius ATTO cathedram.
Post hunc HITTO pater sedem iam rexerat almus.
Exhinc successit ERCHANPERHT pastor amatus.
Ecce pius sedem præsens nunc ANNO gubernat.

IV Patavienses Episcopi.

EPISCOP.
CATALOG.

PAttaviensi ergo sedi est hæc aula dicata,
 Quam tenuit primo V I V O L U S jam ipse Sacerdos.
 Nomine post illum Antistes mox rite B E A T U S.
 Tertius est etenim S I D O N I U S auctus honore.
ANTHELMUS quartus meritis & dogmate magnus.
 Hinc VVISURICUS ovans sedis conscedit honorem.
 Nuper VVALDRICUS felix vir in ordine sextus.
 Nunc sedet A N T I S T E S magnus ill. * sedis honorem. * Urolfus.

V Episcopi Sabionenses.

HÆc sedis vallis Noricanæ dicta Sebana,
 INGENUINUS habens primo quam rexerat almus,
 MASTULO secundus seditque regendo cathedram.
 Post illum pastor servavit ovile J O H A N N E S.
 Præfus ALIMUS erat meritis qui & dogmate quartus.
 Quintus honore sedet ill. * fultus eodem.

* Heinri-
cus.

Epitaphium Virgili Episcopi Salzburgensis.

Hic pater & Pastor, humilis doctusque Sacerdos,
 Corpore V I R G I L I U S pausat, quem Hibernica
 tellus
 Disponente Deo partes direxit in istas ,
 Quique regebat ovans præsentis culmina sedis
 Ferme quaterdenos caris cum fratribus annos :
 A quibus ille & amatus erat , piè quos & amayit.
 Interim & erexit pulcro molimine multa
 Templa , loco quedam nunc quæ cernuntur in isto.
 Insuper & miseris largus simul omnibus aptus.
 Pro quo , quisque legis versus , orare memento.

*Epitaphium Arnonis Archiepiscopi
Salzburgensis.*

Quisque velis cryptam subsistens nosse viator,
Scito quod ipse mihi vivus hanc ARNO peregi,
Qui fueram rector praesentis regmine sedis,
Ac opibus multis, multoque potitus honore:
Nunc hic omissis cunctis mea membra quiescunt.
Te rogo, nunc Dominum precibus pulsare memento,
Ut mihi det veniam scelerum quaecumque patravi:
Quatenus aeternam merear habitare quietem.

*Epitaphium Adalrammi Archiepiscopi
Salzburgensis.*

* I. Tu. **S**UM* quod es ipse fui, tu nunc perpende viator,
Communem & mecum commiseres vicem.
Nunc vivis, spiras, & agis fortasse quod optas,
Atque tuis mundus usibus ipse patet.
Ad votum famulantur opes, elementaque cedunt,
Ac rerum servit machina trina tibi.
Usus & his ego, dum præsens mihi vita maneret,
Omnia & hæc habui subpedante Deo.
At cum fallacem vultum fortuna recepit,
Me mea tunc modò jam non habuisse liquet.
Ammisi sed non mea nunc, quæ sunt mea mecum,
Sentio: pro simili conditione gemit.
Fleste etiam precibus pro me jamjamque Tonantem,
Atque animæ veniam quæso precare meæ.
Dicor AD AL RAMMUS, fueram qui rector ovilis
Præsentis Domini istius ecclesiæ.
Corpus Adalrammi, quo præsule floruit urbs hæc,
Hac sub mole jacet, tu rape Christe animam.

Alind

SI quis non valeas præfens cum voce referre,
 Qualia jam fuerant Pontificis merita:
 Solve tamen gemitus more conpunctus amici,
 Quod cito migravit tantus amore Pater,
 Nomine **A D A L R A M M U S**, sedem qui rexerat istam,
 Cujus in hac aula membra sepulta jacent.
 Strenuus ipse ministerio super omnia sacro,
 Ut decuit, fuerat per tria lustra vigens.
 Creditur hinc animam gaudere per alta polorum,
 Quo Dominus meritis præmia retribuit.
 Pro qua qui recitas versus, dic pectore puro:
 Da Domine clemens huic animæ requiem
 Ut cum vivificet salpinx hanc ultima carne,
 Integrum facias gaudia bina frui.

*Epitaphium Liuphrammi Archiepiscopi
Salzburgensis.*

PAlma Sacerdotum, rerum doctrina bonarum,
 Ecclesiæ princeps, fidus in orbe micans,
O LIUPHRAMME pater inopur, tutor miserotum,
 Omnia tu peragis, justerat ut Dominus.
 Te pastore lupus vacuum detraxerat alvum,
 Latrandi sciolos nutrieras catulos.
 Et quia cuncta placent Christo tua gesta sereno,
 Ventilat en fordes, ut suus esse queas.
 Castigat soholem, recipit quam Rector in aulam,
 Pulveris ut maculas discutiat pedibus.
 Corpus inane cadit, melior pars inde resurgit:
 Nunc æterna vigent, & moritura ruunt.
 Spiritus exhilarat, vitiorum pugna recedit.
 Nam virtus animæ perficietur ita.
 Gaudia sic etiam rutilant, peccata peribunt.

Vet. Analect. Tom. IV.

L I

Tristia despicias , prospera fata videns.
 O quam dulce fiet regnum , quod constat in ævum ?
 Quod sine peste manet & bona cuncta tenet !
 In quo nobilium turmæ lætantur avorum ,
 Et cupiunt patriam nos retinere suam.
 Ac simul & sanctæ matres castæque sorores ,
 Optantes placidam nos remeare viam.
 Insuper Omnipotens , cunctæ bonitatis origo ,
 Nos properare jubet , & pietate juvat.
 Qui te perpetuo sanum perducat ad illum ,
 Ut laudes Christi nomen in arce poli.

De Ariete Episcopo.

Nobilis hanc ARIES cognomine dictus avito ,
 Dignanter chartam perlegat ore sacro.
 Jure Pater tali vocaris nomine sancte ,
 Caularum Domini qui bene pasci oves .
 Dux Aries gregis ad vitam , cui nemo resistit ,
 Factus apostolico Pastor honore cluis .
 Hinc Aelium locus & biserno fonte redundat ,
 Et palmis septem frugifer est decies .
 Quapropter Pastor , Præsul , Pater atque Sacerdos ,
 In prece quam fundes , sis memor oro mei .
 Advena sim licet , exilis , vilissimus , excors ;
 Sublestus vestris sum tamen obsequiis .
 Inde precor , si quid possum , mandare memento ,
 Quod prompto faciam pectore servitii .
 Certius ut credar , precor indulgere velitis
 Usus in nostros ut salis exiguum .
 Sal si quidem terram debet condire fidelem :
 Fiat ut à vobis id quoque quæso mihi .
 Corporeum sal significet rem quam peto justam ,
 Quod præstare , Pater , supplico care velis .
 Tu sal namque potens salis impetrare saporem ,
 Escæ ne nostræ sunt nimis insipideæ .

Quæ dignanter agens in sæcula fine sine ullo,
Perpetua Antestis obsecro pace vale.

H L. R E X.

INmensas grates volumus tibi dicere, BALDO,
Quod tua magna fides sic inconcussa moratur,
Nobiscum dictis firmasti ut tempore prisco.
Namque animum nostrum pia lætificant tua scripta,
Quæ nobis sæpe mittis, hortaris & optime nobis,
Et bonitate tua pandis in amore benigno,
Quæ tua sic nobis mittit sollertia magna.
Nunc verò nuper misisti talia scripta,
Non potuit totum noster quod noscere sensus,
Est quia per totum contextum in ænigmate firme.
Conscius ipse tuis quid opus addiscere verbis?
Hoc tamen oramus ut nobis pandas aperte.

A D N O T A T I O N E S.

EX præmissis versibus, quos sæculo x scriptos fuissent
constat, corrigendi sunt vulgati indices Episcoporum
metropolis Salzburgensis.

Et primo, quidem ex classe Salzburgensis Episcoporum expungendi sunt ANSALOGUS, SAVOLUS,
& EZIUS, qui post Vitalem apud Hundium recententur. Deinde post Virgilium Bertricus quoque removendus.

Secundo multum discriminis est item in catalogo
vulgato Episcoporum Ratíspenorum, quorum duplex
est classis. Una Episcoporum, qui quasi extra ordinem
eam ecclesiam rexerunt, utero numero, nempe S. LUPUS,
RATHARIUS, S. RUDPERTUS, S. EMMERAMMUS,
S. ERHARDUS, ALBERTUS, VELIPHOLÆGUS,
VIOTERBUS, & S. VVINIFRIDUS seu Bonifacius. Altera classis est Episcoporum post hos ordina-

riorum, quorum primus S. GARIBALDUS nominatur, hic Cauvibaldus seu Gauvibaldus appellatus.

Nulla est in Frisingensibus, nisi penes nominum lectionem, diversitas: at in Pataviensibus magna est. Nam ante Vivolum seu Vivilonem, qui hic primus habetur, numerantur apud Hundium duodecim Episcopi, & post Vivilum BEATUS desideratur.

In ordine Sabionensium Antistitum, vulgo Seben, quorum sedes postea Brixinum migravit, ante Ingenuinum ponitur S. CASSIANUS; & post Ingenuinum undecim alii ante Mastulonem, qui in his versibus secundus est.

Quis sit Aries Episcopus, fictum an verum nomen; quisve locus Elim, ubi ejus sedes, nobis incompertrum. Alienigenam se dicit poëta; & forsan Anglus erat. Atqui Aries Anglicâ lingua Aramme vocatur. An is Adalrammus Archiepiscopus Salzburgensis? fateor me harere, maximè cum vocabulum Elim nescio quo pacto Salzburgo tribui possit.

Eadem ferme difficultas de Baldone Episcopo, ad quem sequentes versus. Is videretur esse Bardo Moguntinus saculo XI Antistes, nisi codicis obstaret antiquitas; itemque Hludovici Regis nomen versibus inscriptum, quod de Ludovico Germania Rege interpretor. Atque ob hanc rationem non possunt hi versus convenire Valdoni Episcopo Basileensi, qui ame Carolum M. vivere desit. Sed hac non sunt tanti, ut iis diutius immoremur.



E P I T A P H I U M
L A N T F R I D I P R I M I A B B A T I S
Benedictoburani.

EN LANTFRIDI dominus primis natalibus ortus,
Debita solvit humo quæ sibi debet homo.
AEtatis flore sponsi currens in odore,
Pluribus exemplum præbuit ipse bonum.
Fratres germanos VVULDRAM, GONDRAMQUE
vocatos,
Aula Pippini traxit ad arma Dei.
Plures hac arte trahit ad consortia vitæ,
Ad bona ceu speculum quisque tenebat eum.
Insens exsul erat : rex CAROLUS hunc revocabat.
Regum summe Deus, solve sit unde reus.

Aliud ejusdem.

ABbas Lantfridus, virtute Dei redimitus,
Judicis adventum sustinet hic superum.
Istud cœnobium qui jusserrat hoc fore primum,
Prudens consilio, strenuus obsequio.
Fervens cottidie Christi properavit amore
Cœnobium variis hoc decorare modis.
Qui dum vivebat, monachos in honore regebat.
Qui legis hæc oro funde preces Domino.

De tribus primis ejusdem loci Abbatibus.


EN tres Abbates, meritis & germine fratres,
Muro defuncti sunt modò suppositi.
Hi dum vixerunt, hoc cœnobium statuerunt,
Multos thesauros cui dederant & agros.

L I iij

Ex his L A N T F R I D U s cluit Abbatis vice primus,
 Qui vir perprudens hic bona plura studens.
 Jam sextas Julias mensis dum continet Idus,
 Exutus carne, debita solvit Adæ.
 Frater V V A L T R A M M U S cui successit venerandus,
 Huc qui contulerat quidque boni poterat.
 Idibus at Februi quivis de carcere mundi
 Emigrans, animam reddidit ille piam.
 Tunc E L I A N T fratum suscepit municipatum,
 Germanos gestis æquiparando bonis.
 In nonis-decimis Septembribus & ipse Kalendis
 Mortuus est membris, vicitat aet meritis.
 Duxerat en vitam C U N D H R A M Pater iste sacramentum,
 Qui B E N E D I C T E mi sollicitusque gregis,
 Augebatque locum cum fundo largiter istum,
 Et sua tradendo fænore pro supero.
 In nonis-decimis Februi & ipse Kalendis
 Ad Dominum rediit, qui dedit esse sibi.

A D N O T A T I O.

HOs versus raptim descripsimus ex codice monasterii Barenensis seu Benedictoburani in Bajoaria ad Alpes Tirolenses: qui codex homilias, per annum in ecclesia legi solitas, continet cum pravia epistola Caroli M. quam in tomo primo Analectorum retulimus.



VETERIS POETÆ
CARMEN APOLOGETICUM,
INTER LOCUTORIBUS
Gaufrido et Aprile,
Adversus obrectatores Curia Romana.

PAstor apostolicus de cardine Solis ad undas
 Äquoris occidui quem timet omne solum :
 Imperio cuius tepido famulantur ab axe
 Usque sub arctoas terra remota plagas :
 Ille mihi dixit : Tu qui nuper cecinisti
 Ecclesiæ lacrimas , scribe , resume stilum.
 Cude novos versus , fac carmina , conde libellos.
 Nam gravis in vitio pectora torpor alit.
 • Versibus eloquere , quis sit status Urbis avitæ :
 Detur materiae Curia nostra tuæ.
 Aggrediar dixi . quis enim quod propria vibret ,
 Non faceret prompta , sollicitaque manu ?
 Te duce , sancte Pater , tentabunt nostra profundum
 Vela , periclosas nec patiemur aquas.
 Sed genus hoc verbi ponetur in ore duorum ,
 Et sic propositos ire videbo pedes.
 Adspirent igitur suscepitis versibus illi ,
 Quorum præter opem spirat in Orbe nihil.
 Dii mihi difficiles audenti ferre labores ,
 Tangere speratos saxe dedere sinus.
 Multotiens metri dum me vallaret abyssus ,
 Prospera fluctivagæ vela dedere rati.
 Vos etiam domini , quorum patientia nota est ,
 Non bene limato parcite quoq[ue] stilo.

L 1 iiiij

V E T E R A

25

- 536 Plurimus impugnat Romam detractor, & ipsa
 Curia multorum mortibus alma patet.
 At quicquam si metra queunt, ubi sermo laborat,
 Catmine concludam, lingua dolosa, tibi.
 Et Papæ defensor ero, metroque perenni.
 Non mea cessabit musa juvare Patrem.
 Non igitur nobis labor hic opponitur, immo
 Defendant sacrum carmina nostra Patrem.
 Et quis non defensus erit, quem carmina magnis
 Äqualem superis tollere laude volunt?
 Hæc sunt tela, quibus non est oblistere, tela
 Carminis attingunt interiora virti.
 Hoc genus armorum clypeo dominatur Achyllis,
 Ajaceum superat, Hectoris arma præit.
 Hoc semel infixum sedet inmedicabile telum:
 Investigatrix non removebit acus.
 Non minus absentem metrorum vulnerat arcus,
 Quam si pro signo stet feriendus homo.
 Sic feriunt vivos armati spicula vatis,
 Duret ut æternum post sua busta dolor.
 Non igitur breve vulnus habet percussus ab arcu
 Carminis, hic nervus cuique timendus erit.
 E contra non est major medicina poësi,
 Sanat & offenso fit theriaca viro.

50

- N**uper apostolica GAUFRIDUS sede relicta
 In patriam rediit cuncta peracta tenet.
 Obviat APRILIS, Hispana gente profectus,
 Obviat, inque vicem verba salutis agunt.
 Iste locum nondum Romanæ viderat urbis:
 Alter erat tota cognitus urbe diu.
 Postulat Aprilis, ut se de gente locique
 Moribus expediat: postulat, ille favet.
 G. Quid Romæ facturus es? & quid quæris in urbe?
 Cur te sub longo climate mundus habet?
 A. Ille refert: Studui lustris ter quinque, nec ulla

55

- Respondet meritis philosophia meis.
Papa meos solus poterit relevare labores,
Et removere sitim fonte perennis aquæ.
Hunc peto, si forsan nostri miserebitur, & si
Paupertatis hiems tanta movebit eum.
Ampla tenent alii stipendia divitis agri:
Hic tribus, hic senis, dives at ille decem.
Sed mihi sufficeret præbendula pauperis horti,
Quinque talenta valens, quinque, parumve magis.
Credo quod urbis apex, sanctissimus ille virorum,
Si me cognoscat, non neget ista mihi.
Ditat eos qui pauca sciunt vir sanctus, & à me
Forsitan excutiet pulveris istud onus.
Sed precor incipias, quis sit status urbis, amice,
Et si sint illie tempora dura refer.
Famæ sonat quod res nummis prius empta duobus,
Patre duplum faciat adveniente sacro.
G. Fers aliquid Gauftidus ait? Fero, subdidit alter,
A. Sit licet exiguum, non tamen ære yaco.
Rumor enim loquitur quod Curia sacra requirat
Munus, & absque illo litus aretur ibi.
Nescio si sic est: tu cùm sis cognitus Urbi,
Hærentem dubie non dubitate sinas.
G. Frater amice, tibi res hæc narrata smistrè est:
Falleris, & sic non crudieñdus eras.
Peccat Roinanæ quisquis sic derogat urbi.
Sed linguis hominum quis domuisse potest?
Ventus in excelsos sua dat spiramina montes,
Et livor claris novit obesse viris.
Aurea sunt illuc, Aprilis, sœcula, Roma
Urbs sacra, vena boni, mellea dona fluit.
Nulla queri poteris, postquam perveneris illuc:
Omnibus hæc urbs est deliciosa bonis.
Non placeat superis Papa presente beato,
Deterius solito quod sit in urbe forum.
Non aliter pœnas lueret vir talia temptans,

60

65

70

75

80

85

90

95

Festucæ, vel si res minor esse potest.
Hospes in hospitio cuius decesseris illic,
Dividet in requiem cuncta relicta tuam.
Sic etenim cautum est, sic urbis provida virtus
Constituit, lex est inveterata loco.

- A. Lætus eo, sed dic, est an procurator in urbe,
Consequar oportas quo mediante preces?
G. Deseret infantem mater prius, herba pelorum,
Piscis aquas, virides gartula rana lacus,
Sponsa virum juvenem tener infans ubera matris:
Quām procurator non sit in urbe sacra.

- A. Est ne fides aliqua procuratoribus illis?
Qui se credit eis num bene tatus erit?
Audivi quod dant adversis partibus arma:
Et sic occultè munus utrinque petunt.
Spem faciunt illi quod vincere debeat in re
Proposita, & litis ferre trophyæ suæ.
Mox redeunt, & idem promittunt illius hosti,
Et sic exhaustit tertia bursa duas.
Nescio, non credo, sed talia verba frequenter
Audio, nec pennas res habet ista breves.

- Præterea didici, quod lites, probra, tumultus
Exagitant illos, sed male credo, viros.

Dissimulanda tamen sunt talia, dummodo litem
Contestando suam verbera nulla trahant.

- G. Frigida mendacem confundat passio linguam,
Quæ ferit innocuos & sine labe viros.
Hoc genus est hominum, fallacia nulla reperta
In quibus esse solet, & nota nulla mali.

Fraus, dolus, impietas à mentibus exulat horum,
Longiùs exagitant pectoris omne nefas.

Simplicibus contenta modis hæc turba virorum
Ignorat penitus iurgia, verba, minas.

Quando sedent illic, ubi marte négotia pugnant
Quæque suo, cessant murmura, lingua silet.
Nemo loqui præsumit ibi, nisi quicquid honestum,

135

140

145

150

155

160

165

- A. Qualiter istud erit cum non ego solus in urbe
 Ante sacros oculos expediendus eam?
 Nonne velut pontus terrarum colligit undas,
 Sic universos urbs trahit illa viros?
 Numquid non veniunt à cardine solis ad urbem,
 Quique sub occidui climatis orbe latent?
 Nonne petunt Urbem gentes aquilone moratae?
 Et qui sub tepido longius axe jacent?
 An non ut pisces veniunt redeuntque sub undis,
 Sic varios homines Roma videre solet?
 G. Sic equidem, Gaufridus ait, sed curia sacra est
 Officiatorum plena juvante manu.
 Ut multæ cernuntur apes in vallibus Æthnæ,
 Sic ope multorum cutia fulta viget.
 Sunt ibi qui norunt formare negotia quævis,
 Et sunt qui formas abbreviare sciunt.
 Scriptorum numeri non clara mente recordor,
 Sed mihi cum quadam nube venire solet.
 Nec facile est omnes numero deprehendere certo,
 Sed possunt decies, ut reor, esse decem.
 Istorum labor est chartas grossare notatas,
 Et grossas cameris restituisse suis.
 Sunt ibi qui referunt sacri Pastoris ad aures
 Ardua vota hominum sollicitasque preces.
 Quis stupor est igitur aut admiratio mentis,
 Si potes absolvi tempore ab urbe brevi?
 Crede mihi si mille viris comitatus ad urbem
 Ibis, adhuc plures urbs habet ista viros:
 Omnibus una quibus mens est atque una voluntas.
 Contrahat ingentem ne quis in Urbe moram.
 Protinus expediunt quicquid sit ad expediendum,
 Et mora sollicitos non tenet ulla viros.
 Festinant, urgentque die noctuque labores,
 Incæptum donec perficiatur opus.
 Res quandoque datur tribus expedienda diebus,
 Quam tamen instanter expedit hora brevis.

A N A L E C T A.

- | | |
|---|--|
| <p>Ille oculus tuus est : & ne qua parte vacillet
 Res tua , subtili lumine lustrat opus.</p> <p>Illius officium est ut sal dimittat in ollam ,
 Ad mensam veniat ne cibus absque sale.</p> <p>Ille piper dapibus & condimenta ministrat ,
 In quorum gustu lingua stupere potest.</p> <p>Ille mihi quidam faber esse videtur , & ipsos
 Fabrorum ritus officiumque sequi.</p> <p>Si producta nimis sit littera , ponit in ignem
 Ingenii , & crebro verbere currat opus.</p> <p>Si brevis est , & eget ut sit producta , favillas
 Excitat , & rursus massa sub igne calet.</p> <p>Malleus eductam tandem sic corripit illam ,
 Longius ut crescat , amplificetque viam.</p> <p>Littera limata non est tua cassidis instar :
 Quæ facit ut radiet , lima fidelis adest.</p> <p>A. Chartula quid faciam si cassa remittitur ad me ?
 Dic lacerum digito quis reparabit opus ?</p> <p>G. Nonne patrum pater est totius Pastor ovilis ,
 Et superat cunctos compatiendo patres ?</p> <p>Ipse suas ita pascit oves , & providet illis ,
 Ut de pasta nulla queratur ovis.</p> <p>Facta Dei ratione vigent fulcita perenni :
 Pastor & à simili singula rite facit.</p> <p>Grandia dat magnis , & parvis parva , secundum
 Quod pollet meritis iste vel ille suis.</p> <p>Doctus es , & magno didicisti multa labore.
 Cur cassarentur ergo perita tibi ?</p> <p>Spem teneas igitur , animi fiducia tecum
 Firma sit , & nulla parte timere velis.</p> <p>Illud apostolicum (quid miri ?) munus habebis ,
 In patriam gaudens unde redire potes.</p> <p>Ecce ego qui nondum tanto sum dignus honore ,
 Quo contentus eo , munus ab Urbe fero.</p> <p>Ad duo Papa videt : ad se qui maximus exstet ,
 Et simul ad meritum suscipientis opem.</p> | <p>573</p> <p>275</p> <p>280</p> <p>285</p> <p>290</p> <p>295</p> <p>300</p> <p>305</p> <p>310</p> |
|---|--|

Et quid perdit in hoc , si dat res ecclesiarum ,

Quas emit moriens in cruce verus homo ?

Certè sicut aquas in se mare colligit omnes ,

Atque iterum certo tempore reddit eas :

Sic res Ecclesiæ Pater omnes possidet almæ

Sanctus , & acceptas rite refundit opes .

A. Si contradictum fuerit mihi forsitan illic ,

Absolvi per quem littera capta potest ?

G. Contradicatur , certus sedet arbiter illic ,

Officio cuius discutietur opus .

Si res est simplex , & non præjudicat ulli ,

Expediet cursus absque labore suos .

Si verò talis fuerit qua forte gravari

Inde potest aliquis , altera forma subit .

Tunc sub dissimili ponetur judice causa ,

Nec poteris veteri ad tua vota frui .

Sic etenim servat sua cuius jura cuique ,

Ne quisquam vere possit ab Urbe queri .

Cum fuerit concors conventio facta repente ,

Mittitur ad bullam charta refecta sacram .

Auditor litis qui prælia temperat , & qui

Oppositas partes fœdere saepe ligat :

Ille , non inficiar , superat genus omne metalli :

Duritia pat est nullus in orbe viro .

Non faciet pro fratre magis vir ferreus ille ,

Quàm si mittat ei barbara terra virum .

Justitiæ libram sic omnibus arbiter iste

Exhibet , ut neutro claudicer illa pede .

Obice perpetuo clausas sub vœte perenni

Infernī portas quis reserare potest ?

Nullus : & à simili constantia pectora judex

Hic immutato robore semper habet .

A. Dic , reverende comes , Vicecancellarius Urbis

Quo studio longum tempus abire videt ?

G. Ille secunda manus Papæ est , mediaque diei

Pondus & æstatis parte levare solet .

Surgit

Surgit ad auroram, graditurque ad prælia primus,
Pugnaque sub tali judice prima sedet.

Inde jubente viro, quæ littera marte triumphans
Vicerit, ad bullam post sua bella datur.

Hujus & hoc opus est, & regula certa, legendas
Ut ferat ante Patrem, cùm vacat hora, sacrum.
Plus aliis candoris habens, sicut ultima fornax
Fervet, & ad purum quodque reducit opus.

Non rogus impositum sic sic examinat aurum,
Non medicinales sic rosa colat aquas.

A. Dic precor ut possim voto breviore potiri,
Lectorem precio conciliare licet?

Turis honore Jovem placari sèpe videmus,
Mitior est frugum mater ad exta suis:

Bachus ab incœpta pro capro desinit ira,
Cum videt in templo viscera fusa suo.

Omnia muneribus placantur numina sumptis,
Et divina manus querit honoris opus.

Præterea video quod si non jungitur axis,
Tardius incœptum continuatur iter.

Cera ligat tabulas, & eas confederat apte,
Et cerata navis tutius intrat aquas.

G. Iste modus non est, Aprilis, in Urbe: sed illic
Muneris illiciti quisque recusat opes.

Hoc quod habent gratis de cæli munere puro,
Non dant pro rebus quæ nivis instar eunt.

Præterea sic ditat eos clementia Pàpæ,
Ne cuiquam sit opus ut male querat opes.

Gutta quid exigua confert brevis addita ponto?
Quid juvat accensos flamma minuta rogos?

Sic nihil est quodcumque potest vir pauper in illos
Fundere, non brevis est apta crumena viris.

Papa satis largitur eis, postponite curas
Vos, quibus hæc sacra est urbs adeunda viri.

Nullus in urbe solet contingere munera Lector,
De quibus ante Deum pectora læsa gerat.

Vet. Anal. Et. Tom. IV.

M m

350

355

360

365

370

375

380

546 V E T E R A

- Disce quid acciderit famosa nuper in urbe,
 Disce, nec in vanum verba notanda cadant.
- 385 Gratia Lectoris quemdam promovit in illis,
 Pro quibus ad sacros venerat usque pedes.
 Ille velut simplex, & qui non noverat Urbem,
 Quid faciam dixit, clamne redire decet?
 Est ne boni species, & quo laudetur honestas,
 Ut nihil accipiat qui mihi multa dedit?
- 390 Hic mihi pro tanto servivit, & omnia dudum
 Quæ volui finem jussit habere suum.
 Non igitur male gratus ero, qui grandia pro me
 Fecit, & ad portum carbasa nostra tulit:
 395 Quamvis ille nihil hac pro mercede requirat,
 Non tamen idcirco munera nulla feret.
 Excitat in prædam, cogitque sitire cruentem
 A sue de penso portio jacta canes.
- 400 Dixerat, & caute rediit Lectoris ad ædem,
 Imposuitque viri quinque talenta thoro.
 Ære dato, gressum tacite dimovit: at hospes
 In cameram rediens condita dona videt.
 Unde venis, inquit, inimica pecunia, quæ te
 Imposuit lecto dextra nefanda meo?
- 405 Quid facis in nostris penetralibus, ô maledicti
 Æris imago, mihi morte perosa magis?
 Hercle tot horrendos mallem reperiisse colubros,
 Et quæcumque homini monstra nocere solent.
 Ille meo, quicumque fuit, detraxit honori,
 Qui posuit laqueos in mea damna suos.
 410 Ite ait, & subito hunc investigate profanum,
 Qui studuit famæ prodigus esse meæ.
 Verum si lateat, quoniam latitare latronum
 Est proprium, quod vox nominis ipsa sonat,
 Continuo nummos inter spargatis egenos:
 Nesciat hospitium gutta minutâ meum.
 Hoc factum Papæ sanctas pervenit ad aures,
 Censuit & dignum laude favore virum.

A. Audio quod cassat quam plura negotia Lector,
 Quorum nulla fuit mentio facta Patri.
 Quæ si lecta forent aliquo mediante favore,
 Forsitan optaram Papa tulisset opem.
 Pinguia dum veniunt & macra negotia mixtim,
 Hæc læta facie suscipit, illa gravi.
 Quod videt insipidum, communem mittit in ollam:
 Quod sapit & pingue est, decoquit olla minor.
 Hæc tantum dominis ... servatur amicis,
 Sed de communi quilibet haurit homö.
 Olla minor factis detur, comes optime, nostris:
 Exhorret stomachus vas generale meus.
 Quid tibi, si sic est, sacra de Sede videtur?
 An res est quæ sit laude notanda gravi?

G. Dum sic distinguit oblata negotia Lector,
 Non furit, & non est vir ratione carens.
 Omnia longinqui cognovit temporis usu,
 Quæ Pater admittit, quæque negare solet.
 Ne sacras igitur teneat sermonibus aures,
 Et det inutilibus tempora multa sonis:
 Cassat eas quas Papa preces transire vetaret,
 Quam citè prodiret primus ab ore sonus.
 Quæ verò retinent formam cursumque probati
 Tramitis, hæc numquam supprimit, immo legit.
 Cumque laboravit commissa negotia Papæ,
 Mente legens pura, præmia nulla petit.
 Non terrena cupit, sed quæ sine tempore durant
 Munera: res alias pulveris instar habet.

A. Si sermo, Gaufride tuus, non deviat à re,
 Romulea nullus regnat in urbe Simon.
 G. Ista vetus miseri comes est insania vulgi,
 Hæc stolidos semper crede referre viros.
 Nullus in urbe Simon, sed nec simonia moratur:
 Nec speciem, nec habet urbs benedicta genus.
 Res individuas etiam non ponimus illic:
 Nullus enim precio spirituale petit.

420

425

430

435

440

445

450

V E T E R A

- 548 Eloquio testante sacro Samaria vidit
 Sola viri fraudem, pertinuitque nefas.
 Sed multis, ut fama refert, terræque, marisque
 Distat ab urbe sacra millibus ille locus.
 Ex quibus arguitur, & sic concluditur amens
 455 Ille qui in dominica non fuit urbe Simon.
 Roma vitum factumque viri non neverat umquam,
 Re nisi quod gesta rumor in urbe fuit.
 Mercator tanti sceleris mercede recepta,
 In puncto stygias raptus adivit aquas.
 460 Vox Petri percussit eum: Tua perdite, inquit,
 Munera sint tecum perniciemque trahant.
 Quod petis, argento nec fulvo queritur auro,
 Non Deus hoc fragili munere dives eget.
 Hujus ad exemplum noster se Papa retorquet,
 465 Et comitatur in hoc curia tota Patrem.
 Quid valet hic? Simonis ignotum nomen in urbe
 est.
 Barbara nulla magis nomina Roma putat.
 Si tamen est aliquid Simonis de corpore restans,
 Nolo petas ubi sit: nam didicisse nocet.
 470 A. Istud habes, Gaufride, meum quod fortius urit
 Pectus, & interior scire laborat homo.
 Nulla meam potius mentem doctrina juvabit,
 Quam mihi si pateat qua sit in urbe Simon.
 475 G. Hæc tua supponit, vir simplex, quomodo flamen,
 Urbis enim Simonem mœnia nulla tenent.
 Religiosus erat, & spiritualia quærens,
 Regales illi displicuere domus.
 Sed mihi plura loqui de re non expedit ista,
 Ne super astra ferar labra tulisse loquens.
 480 Non adeo sum stultus adhuc, ut claustra, Priores,
 Abbates, monachos, in mea fata vocem.
 Placatos habuisse bonos non gloria parva est,
 Qui prodesse simul & nocuisse sciunt.
 Sufficiat novisse tibi, nec plura require,

A N A L E C T A.

549

- Qui Simon exemplo ducit ad ima suo. 490
 Non mihi suspectus Cistercius Ordo vel albus :
 Non nigri, aut illi, qui crucis arma gerunt.
 Excludo muliebre genus, velamina quarum
 Horrent perverli facta nefanda viri.
 Pontificumne putas quod mystica cornua tangam ? 495
 Absit, & insanus talia credat homo.
 Jam non Præpositos, jam non involvo Decanos ;
 Pectora me quisquis judice pura tenet.
 Alter in urbe fuit magica perfectus in arte,
 Roma sed hunc Simonem dixerat esse magum : 500
 Æthereas qui dum signum facturus ad arces
 Iret, & in cælum penna levaret eum ;
 Ad partes rediit sanctis orantibus imas
 Et male præsumptum continuavit iter.
 Namque cadens solidæ collisit corpora terræ, 505
 Et stat in indicium petra perenne rei.
A. Melleus iste mihi sermo, Gaufride, videtur
 Melleus, & nivei pocula laetis habens.
 In causam fortasse traham, si me trahat alter,
 Aut gravor, aut aliquem forte gravare volo,
 Quis poterit Gaufride meam defendere causam ? 510
 Quem mihi tutorem curia sacra dabit ?
G. Troja viris numquam caruit, qui bella moverent
 Hostibus, & quorum laude superba foret.
 India nec fortis qui cervos vincere possent,
 Atque feras alias, tygribus orba fuit.
 Sic neque Romulea domus est doctioribus expers : 515
 Fons utriusque sacer juris in urbe viget.
 Legibus armata est & canone Roma frequenter :
 Ecclesiæ alias rivus ab urbe rigat.
 Ars alibi speculata viget : sed practica Romanum
 Novit, & ex rerum fonte resulet honor,
 Parthus retrogradis privabitur ante sagittis,
 Quam desint lingue spicula, Roma, tibi. 520
 Auditore dato vel judice, longius ite
 525

M m iii

- V E T E R A
- 550 Me monitore preces & manus ære gravis.
Judicij librâ non munere flectitur illic.
Constantes animos præmia nulla movent.
Illa vetus soli Romæ mensura remansit,
Quæ cumulat modium, cuique refertque suum,
Et quæcumque alibi juris scintilla relucet,
Hic, ni decipior, stillat in Urbe rigor.
Ilic justitia dextra lœvaque relicta,
Aspicit in mediis scandala nulla viis.
555 Si tua causa bona est, dabitur sententia pro te:
Si minus, orbis eam justificare nequit.
Quod nuper est factum, res est formidine plena.
Res est quæ reliquos justificare potest.
Causidicus fuerat quidam corruptus in Urbe,
Injustæque rei ferre spondit opem.
540 Quid factum est? dum nocte daret sua membra
sopori,
Digna super sontem judicis ira ruit.
Dæmon adeit, oculoque virum condemnat in uno,
Dicens nequitæ sint ea signa tuæ.
545 Si magis in causa fueris deprehensus iniqua,
Latro ferox, reliquo lumine cæcus eris.
Provisum est, & sic erebi statuere potentes:
Sic placuit stygiis qui dominantur aquis.
Ille sequente die factum manifestat, & omnis
550 Concussa est subito Roma stupore gravi.
Pæne viri nomen lapsum fuit ore loquentis:
Sed satis erepto lumine notus erit.
Prætereo, Aprilis, factum memorabile quoddam,
Quod Romæ nuper accidit, istud erat.
555 Ecce Castranum Comitem submovit ad urbem
Cujusdam viduæ longa querela bona.
Causa super patris dotem tangentibus orta est,
Atque aliis rebus, utpote rure, domo.
Ille Comes multos pro se conduxit utrimque:
560 Traditus, ut poscunt jura, libellus erat.

Obtinuit pauper in causa femina tandem:

Confususque abiit lite cadente Comes.

Unde patet quod Roma libram sic dirigit æque,

Ut passus faciant dives inopsque pares.

A. Perge per incepturn, comes ô fidissime, callem.

Et dubiæ menti luminis affer opem.

Sit benedicta dies, sit felix hora diei,

Quæ me felicem te recitante facit.

Hospes & hospitium quæ nos junxere, per ævum

Durent, & stabili sunt cumulata bono.

Ardeo plus & plus, magis & magis æstuo Romam

Conspicere, & pedibus oscula ferre sacris.

Jam mihi ab urbe procul quædam redolentia surgit:

Jam locus ille mihi spirat à Roma novum.

Disto, sed adstantem tua me solatia reddunt:

Et mihi jam videor urbe potente frui.

Dic age quid faciunt quibus est à cardine nomen,

Post Papam quibus est immediatus honor?

G. Expediunt causas, magnique negotia mundi:

Extinguunt lites, fœdera rupta ligant.

Isti participes onerum, Papæque laborum,

Sustentant humeris grandia facta suis.

Ecce aliquis, si Papa jubet, petit æquoris undas,

Atque ad inhumanos non timet ire viros.

Hic partes Siculas, hic Germania gaudens

Visitat, hic flavos *, Iacte jubente, viros.

Sed cur enumerem totius climata mundi,

Diversosque situs & loca ab Urbe procul?

Omnibus una sedet Patri patere voluntas,

Et facere ut Christi multiplicetur honor.

Hi sunt, quis dubitat? qui portant fœderis arcam,

Nec superimpositum præcipitatur opus.

Hæc sunt, ni fallor, animalia visa Johanni,

Aspectus quotum jaspidis instar erat.

Istæ igitur statuæ, totus quibus incubat orbis:

Hæ sunt, quas curvant pondera nulla, bases.

M m iiii

565

570

575

580

585

* id est
Anglos.

590

595

- Nec ratione vacat, quod habent à cardine nomen;
 Deservire solent nomina rebus in his.
 Porta suos postes sine cardine claudere nescit :
 Nec bene præter eos Pastor ovile regit.
 Cardo tenet portam, nec quid valet illa remoto
 Cardine : sic Papa nil valet absque viris.
 Ipsi sunt flores, quos matris protulit hortus
 Ecclesiæ quorum germine vernal ager.
 Crescit in hoc horto florum genus omne : sed istos
 Præcipios flores nulla pruina premit.
 Muniere perpetui gaudent juvenescere veris,
 Et semper rutilis præradiare comis.
 Si dicam quod sint violæ, non mentiar ex hoc:
 Nam cælo similis vita colorat eos.
 Fortè rosas dixisse placet ? mirabile non est.
 Vulnera nam Christi pectora semper habent.
 Lilia candoris nivei dixisse licebit ;
 Nam carnis stimulo ponere frena solent.
- A. Unde vitos potero quando me Roma videbit
 Noscere, Gaufride, quæ mihi signa dabis ?
 G. Vestibus incedunt communibus : attramen illud
 Quod caput insignit, ut rosa verna rubet.
 In vultu macies, in corpore languor, in ipso
 Gestu nescio quid spirituale sedet.
- A. Et quid habent, vel cur facies jejuna videtur ?
 Squalorem quare carceris ora tenent ?
 Numquid deficiunt quæ sunt ad corporis usum ?
 An rebus ; quibus est vita juvanda, carent ?
- G. Non sic; Aprilis, non sic, comes optime, verùm
 Præparat egregias larga coquina dapes.
 Quando vocat tempus Patres ad prandia sacros,
 Et stat diversis mensa repleta bonis :
 Quid credis ? comedant ne putas, Aprilis amice,
 Omnia quæ dives fercula mensa gerit ?
 Non ita : sed Roma pactum diversa reformat :
 Mos est angelico vivere more viris.

Décipliunt carnem, nolentes carnibus uti :

Decipit & Bachum māter aquosa senem.

Asperiore cibo contenti, pinguia mandant

Cæcis, debilibus, pauperibusque dari.

Si tamen interdum digitos carnalibus escis,

Et placeat timidas apposuisse manus :

Protinus absistunt, & primo gustus in ore

Desipit, & carni displicet ipsa caro.

Sacra meam quater hanc viderunt limina frontem,

Et sum rimatus urbis operta sacræ.

Unde tibi cum sim toti notissimus Urbi,

De rerum serie vera referre scio.

A causis si quando Patres & litibus aures

Expediunt, studii protinus arma petunt.

Hinc ubi librorum pertransit hora, pererrant

In terra positi pectore claustra poli.

Cælestes speculantur opes, mundoque labanti

Succurrunt humili sedulitate precum.

O quotiens meritis istorum justa Tonantis

Dextera placata est, continuitque minas !

Vindicis assumptam jejunia longa securim

Impediunt, & nox longa soporis egens.

Et quam sæpe putas curvato poplite Regem.

Orant, ut miseris parcat ab arce reis ?

A. Continuo, venerande comes, sermone perora

Æquoreas nondum phæbus adibit aquas.

Magna dies nostris sacer est narratibus, & me

Leniret cantu fistula nulla magis.

Quid facit Antistes, Pastor sacer orbis & urbis ?

Quid facit & studium quod solet esse viro ?

Estne adeo sanctus, ut prædicat orbis eundem ?

Si sic est, merito mundus adorat eum.

G. Ista meas vires, Aprilis, quomodo vexat !

Res est ingenii altior ista meis.

Num quid sit Papa facile est evolvere verbis ?

Exiguum pectus quomodo magna premit ?

635

640

645

650

655

660

665

554 V E T E R A

- 670 Papa brevis vox est, sed virtus nominis hujus
 Perlustrat quicquid arcus uterque tenet.
 Hic est Elias magni de vertice montis,
 Cælesti timidos qui ferit igne viros.
 Hic Samson typicus, quo perseciente Philistim,
 Sternit millenos faux asinina viros.
- 675 Liberat Ecclesiæ deprehensis vulpibus agrum.
 Nec jam schismaticus vexat ovile lupus.
 Non dubitat forti Pater obvius ire leoni,
 Maxillisque graves inferuisse manus.
 Iste David noster, cujus virtute Golias
 Corruit, in funda vulnera mortis habens.
- 680 Herculis exemplo mundi ne corruat axis.
 Hic cavit, atque humeris grande retentat onus.
 Præ cunctis aliis sacræ desudat in agro
 Ecclesiæ, & cunctos Papa labore prætit.
 Ejicit arentes herbas, circumfovet illas
 Quæ proferre boni germen odoris habent.
 Ecclesiæ muris hortum complectitur altis,
 Et spatiantur oves absque pavore lupi.
 Pro grege multotiens animam sanctissimus iste
 Exposuit Pastor, nulla pericla timens.
- 685 Ista procul toto dat lumen in orbe lucerna,
 Lucet, & à cœli lampade lumen haber.
 Non est ista latens modio candela sub arto:
 Sed nitet in media præradiatque domo.
 Hoc mundi commune jubar, sidus generale,
 Omnibus in media nube revelat iter.
 Nec tenebris noctis, nec solis aduritur igne:
 Fulget in adversis casibus, inque bonis.
 Non ventus, non aura potest extingue re lumen
- 700 Istud, & æterno munere flamma calet.
 Nocte Pater media, quando sopor occupat omnes,
 Fessaque membra tenet fortius alma quies:
 Surgit ad arma precum, toto quoque corde Tonanti
 Supplicat, ut miseras intueatur oves:

- Non videat quæ sint mundi delicta fluentis,
Non qua sit homo conditione miser : 705
Sed magis ad fontem venia, quo semper abundat,
Aspexisse velit, & tumulare nefas.
Cumque thorum lacrimis sic humectavit obortis,
Sollicitoque Dei corde rogavit opem:
Lux subit, & sacrum poscunt altaria numen,
Officiumque Pater audit, adestque tremens.
Egreditur posthac in consistoria, causas
Audit, & longis tractibus orbis adest.
Res sit in exemplo, quemdam te finge leonem
Cernere, & in mediis finge sedere feris.
Ut veniunt abeuntque feræ, regemque precantur,
Ultibus ut pavidis & reverentur eum:
Sic Papam venerantur oves, sic poplite flexo
Ante pedes almos procidit omnis homo.
Inde potest aliquis, quicumque sit, ore soluto
In serie verbi dicere quicquid haber.
Et quod multotiens mirabar, maximus ille
Quemlibet alloquitur, verba recepta notans.
Sæpe aliquem tenuit causa longissimus annus,
Nec potuit finis litibus esse suis : 725
Protinus ut facta est sincera relatio Papæ,
Explicitat impliciti Papa laboris onus.
Non longè suspendit opus, non hæsitat in re,
Non querunt tardas pectora clara moras;
Sic sit, ait, vel non. Sic res diffubulat omnes ;
Sic longas causas terminat ore brevi.
Et quamquam supereret Papæ prudentia Fratres : *
Unus ut ex illis est tamen inter eos.
Nil proprio facit arbitrio, licet omnia possit :
Consilium prudens sæpe minoris haber.
Sufficiat quamvis inmenso providus orbi,
Vult tamen externo dogmate Papa regi.
Atque ita dum residet, mundumque guberniat ab
alto,

* Cardinales.

V E T E R A

- 556 = 740 Et numerus Fratrum cingit utrimque virum:
Sæpe preces, aliquis timidè quas exhibet illi,
Accipit, & pauper exhilaratus abit.
Sic mihi dum pavidis accessi gressibus illum,
Quam non sperabam, gratia facta fuit.
- 745 Ille tamen qui me promovit, & ante tribunal
Duxerat, adjecit: Flecte, poëta, genu.
GAIETANUS erat, qui cardinis instar habendo
Crescit, & in postis ædificatur opus.
Cujus, si ille sinit nostræ sua carmina musæ,
Tempus in omnè suum fama celebris erit.
Immo prius obitum faciam, ne vivere cesseret,
Carmine perpetuo busta novabo viri.
- 750 A. Jam stilus à cœpto declinat themate, jamque
Carpere diversum velle videris iter,
Propositâ discurre viâ, Gaufride fidelis,
Et sine felle comes dissere facta Patris.
G. Cumque fatigatum vario luctamine tandem.
Perdita restaurans submovet hora Patrem,
Quamvis lauta sacræ ponantur fercula mensæ,
Contentus tamen est asperiore cibo.
Si mare transmittat pisces, si silva ferinam,
Si veniant quas vir arte fecellit aves:
Pauca Pater timido temptat gustare palato.
Cetera mittit eis, nulla coquina quibus.
755 Non mora longa placet, subito sacra mensa le-
vatur:
Redduntur grates qui dedit illa Deo.
O quot in orbe scio, quorum prolixior esca est,
Major in appositis quos tenet hora cibis!
Qui quando comedunt hoc quo vescuntur adorant,
Et clauso inclinant lumine sæpe mero.
Prandia non satiant alios geminata, sed almo
Cottidie satis est unica mensa Patri.
Inde Pater solium cum commensalibus altum
Intrat, & in medium questio pulcra datur,
- 760
- 765
- 770

Hic aliquis querit : non deditur in ipsis

Grammaticæ dubiis opposuisse viis :

Cur ita transpositos tres verba gerundia casus

Declinare solent, curque supina duos.

Cur numerus talis accessit partibus istis,

Et casus plures non habuere roget.

An sint in genere verborum, nominibusve

Grammaticus certis associanda putet.

Alter adest quærens universalia quare

Septem sint numero, si trahat inde duo.

Sint incorporeis ea subsistentia rebus,

An mentis ratio separat illa procul.

Subjectumque tribus cum sermo fit artibus idem,

Qualiter à reliquis differat una trium?

Alter ab eloquio sic incipit ore diserto,

Ponit & in medios hoc breve thema viros.

Artis Rhetoricae cùm sit persuasio finis,

Quis color ad finem junctior esse solet?

An quo sermo nitet, vel quo sententia fulget,

An magis irradiet mixtus uterque color?

Objicit hic aliquis contra te musica, siveque

Arguit, & verum te . . . trahit.

Cælestis cùm sit ut quidam musica dicunt,

Cum se se feriunt corpora magna poli:

Quæ ratio est quod non talis vox pervenit ad nos,

Cum tamen ex tonitu concurtiatur humus?

Quærerit arithmeticus, cur septenarius inter

Res numeri solus mystica sacra ferat.

Divinum trahat unde suum, de partibus ipsis,

An magis à specie quæ datur ecce rei.

Cur non est æque sacer octonarius, aut plus,

Augmentum monadis cum superaddat ei.

Quærerit iter radio qui scit describere terram,

Mensuram cuius portio nulla latet.

Si terræ & magno quo claudimur undique cælo,

Ex æquo centrum participatur idem.

775

780

785

790

795

800

805

810

V E T E R A

- 558 Linea si major fuerit conjuncta minori ,
 Afficere hanc illi qua potes arte parem ?
 Quæritur hic etiam quæ constellatio regnat ,
 Cùm generatur homo prospera nulla videns .
- 815 Quis sit & ascendens tunc cum post bella potimur
 Laudibus , & cingit laurea summa caput :
 Quove sub aspectu connubia talia fiunt ,
 Nulla quibus flamma est , sed glacialis amor .
- 820 Disputat inde aliquis qui physica corpora novit ,
 Physicus & socium comparis artis habet .
 Cum sint humores in corpore quatuor omni
 Organico , sumptus quos alit atque cibus :
 Quæritur an pariter omnes generentur , an unus
 Per prius & reliqua posteriore loco ?
- 825 Rursus adest aliquis qui novit carminis artem ,
 Quæ de natura constat & arte pedum .
 Cur tantum pedibus senis vel quinque laborat
 Metricus , & plures nescit habere pedes .
 In pedibus mediis cur est cæsura , nec istud
- 830 Primus & extremus commoditatis habent ?
 Instar adhuc alias præcinctus dogmate legum ,
 Aut juris doctor Justiniane tui .
 Femina si qua suo quæslivit cornua sponso ,
 An sit legitimo jure fuganda thoro .
- 835 Tytius hunc fundum possebit pluribus annis ,
 Nec meminit quod ei quæstio mota foret :
 Si juvat hunc quæro præscriptio temporis ampli ,
 Semper an actori justa querela patet .
 Hic naturalis ad naturalia sese
- 840 Torquet , & in turbam tale volutat onus .
 Cum nihil ex nihilo , sed sit res omnis ab ente ,
 An sit ab æterno primula massa rei .
 Præterea cum sit generatio continuorum ,
 Si mundus durat tempus in omne roget .
- 845 Iste minora petit , cur tempora noctis opacæ
 Plus madeant pluviis , quam radiosæ dies .

- Quærit item, quare brumali tempore semper
Plus solito pluviaæ multiplicentur aquæ.
Et quæ sit ratio, quod ab uno fonte recedunt
Tot species, pluviaæ, grando, pruina, nives? 850
Disputat hic etiam, cùm biblia tota fatetur
Imperium, & vires scripta profunda suas,
Cur temtavit Abram scrutatio pectoris alti,
Aspectum cujus nulla latere queunt.
Quærit item proprio si Christus lânguine mundum 855
In cruce sanavit, quid sacra limpha lavat?
Vel sic: Qui verbo potuit succurrere mundo,
In cruce propter quid vulnera dira tulit?
Aut ita: Dum tenuit crucifixi membra sepulcrum
Condita, ubi interea spiritus ejus erat?
Rufsus ait, si mundus erat redimendus ab arce,
Cur Deus extremo tempore factus homo est?
Omnibus his vigiles præbet sacer arbiter aures:
Quodque alii durum est, hoc leve Papa gerit.
Talibus ecce viris solium papale resulget, 865
Et tales gemmas ardua tigna getunt.
A. Eloquio superas magnum recitator Ulyxem:
Mira refers, sintque hæc omnia vera precor.
O mihi si tali mensa residere licet?
Diceret & Princeps, Sit mea mensa tibi.
Non loquor hoc, quod deficiat mihi potus & esca:
Sed vellem studiis junctior esse bonis.
Spicula fortè meis facerem prodire pharetris:
Dura mihi fieret quomodo facta levis.
Nunc responderem, nunc rursus ad arma venirem, 870
Opponens doctis absque pavore viris.
G. Inveniet quodcumque sit qui venerit illuc.
Omnibus armata est artibus illa domus.
Est illic aliquis, qui si combusta jaceret,
Inventor fieret, philosophia, novæ.
Erigeret meliore modo novus editor illam,
Vinceret & veteres artis honore viros. 875
880

V E T E R A

- 560 A. Incep tam per curre viam: jam terminus instat.
 Jam tibi plura movens non onerosus ero.
 885 Estne locus cum Patre loqui, p̄dibusque sacratis
 Concedi speras oscula ferre mihi?
 Audivi quod s̄pē viros intrare volentes
 A foribus removent verbēa juncta minis.
 890 Quodque sacros postes prædura repagula firment,
 Sitque per angustum transitus ille locum.
 Quis mihi consilium vel opem parabit amicus,
 Ut sine fuste queat porta patere mihi?
 Expediensne putas, si cautē munera mecum
 Illis qui servant ostia sacra feram?
 Munere nonne dato vaccas Jove natus abegit?
 895 Vivit adhuc idem Bachus ubique senex.
 G. Omnia temporibus distinguit curia certis,
 Et poscunt horas quæque gerenda suas.
 Quisquis mane Patri, postquam sacra Missa per-
 acta est,
 Venerit, admittet pervia porta virum.
 990 Dummodo compositis veniat sub moribus, & sit
 Vir placidi vultus, suspicione carens.
 Non ibi percussum vidi sua vulnera flentem,
 Non male distractas diriguisse comas.
 Nec puto quod sit opus, ut quemquam munere
 flectas.
 905 Omnia qui sacris postibus adstat habet.
 Sic etenim ditavit eos pia dextera Papæ,
 Muneris ut species nulla perurat eos.
 Cumque fores ingressus eris, formidine pulsâ,
 Securo poteris communis ore frui.
 910 Disce tamen pedibus in primis oscula ferre
 Sacris, & post hoc surge loquenda loquens.
 Papa tuis placidas præbebit vocibus aures,
 Et tibi de solita se pietate dabit.
 Esto tamen brevis, & succinctis utere verbis.
 915 Multa vident paucis pectora magna notis.
 Nemo

- Nemo diu teneat dominos sermonibus, audit
Sola libens varios rustica turba sonos.
- A. Forte loqui potero mihi quod placet : attamen
arvis
Non bene fertilibus semina mando serens.
Sic vellem sermone frui, ne ventus & aura
Deferrent voces & mea vota simul.
- G. Hic tibi nostra manus cuinam secreta licebit
Cernere corda procul, non dabit artis opem.
Solus habet secreta Deus cognoscere mentis :
Talibus in factis quis tuus augur erit ?
Hac in re dubiis expones carbasa ventis :
Et tua vult illic gratia sorte regi.
Res tamen est constans, aliquis de sanguine Papæ
Si tecum fuerit, dicta petita feres.
Si potes, efficias Papæ venturus ad aures,
Proferat illius ut tua verba Nepos.
Papa facit quod saepe volunt : verumtamen illi
Justa petunt, non rem quæ rationis eget.
- A. Dic, Gaufride, precor, dic vir clarissime, quales
Hi sint quos Papæ sanguinis unit amor.
Suntne viri, quorum bona conversatio, suntne
Tales virtutum forma, lucerna boni ?
Numquid in afflictos pietatis viscera ponunt,
Oppressosque juvant Principis ante thronum ?
- G. Sic equidem, quoniam genus hoc de semine tali
Pullulat, unde lues crescere nulla solet.
Non homines vidi, quorum perfectio major,
Omnibus inspectis nec reor orbis habet.
Sic dotes natura suas exhaustit in illis,
Quod jam pæne alias non habet unde juvet.
Semper habent vultus, quasi desuper angelus omen
Eventusque bonos significare volens.
- Hos facile est novisse tibi: proceræ statura,
Et formæ candor indice prodit eos.
Quilibet illorum de vita & moribus altis
Vet. Analect. Tom. IV.

920

925

930

935

940

945

950

562 V E T E R A

- Jure sacer fieret urbis & orbis apex.
 Sunt faciles, ut rem faciant pro paupere magnam,
 Et tantum cæli munus ab arce volunt.
- 955 Nemo redit vacuus vel inexauditus ab illis :
 Conspicua cunctos de bonitate juvant.
 Quid moror? ipsorum complexio clara coartat ,
 Ne quid agant præter nobilitatis opus.
 Hos adeas supplex , & te tua vota sequentur :
- 960 Et me fata trahant , si tibi falsa loquar.
 A. Quid si pæniteo , si mea culpa remordet,
 Quis mihi consilium spirituale dabit?
 Quis poterit mihi me , tamquam baptismatis unda
 Laverit, ad primos restituisse gradus ?
- 965 G. Alma viros posuit discrecio Patris in urbe,
 Qui purgant monitis sordida vasa sacris.
 Explanatur ibi, quod magni pagina Vatis
 Ore sacro longos dixerat ante dies.
 Coccinei fuerint si crimina vestra coloris ,
 Induet his niveum forma novella decus.
- 970 Si quasi vermiculus fuerint rubefacta , recentes
 Et vultus alios candida lana dabit.
 Multotiens illic durissima peccora primum ,
 Tandem sunt monitis mollia facta piis.
 975 Sæpe dedit lacrimas vir desperatus amaras ,
 Et sensit quam non ferre putabat opem.
 A. Dic , facunde comes , de quo sit bulla metallo ?
 Non est visa oculis prô dolor illa meis.
 Credo quod ex fulvo, nec mirum, splendeat auro :
- 980 Conveniens tanto est aurea bulla Patri.
 Aurea si non est , argento clara refulget :
 Ære figurari non leviore potest.
 G. Te tua vir simplex , Aprilis , opinio fallit.
 Res est à tali credulitate procul.
- 985 Non auro, non argento sacra bulla refulget :
 Insignit chartas plumbea forma sacras.
 Vix aliquis baculo Romanam deserit urbem

- Tutus , & ad proprios pervenit usque lares.
Et quibus insidiis Roma redeuntibus auro ?
Undique nocte die semita clausa foret.
Vix plumbum retinent, retinerent qualiter aurum?
Cautius abstinuit talibus ergo Pater.
- A. Quod magis affecto, cœpto sermone perora :
Quales sunt, quibus est credita bulla viri ?
Suntne quibus pietas & qui sine munere bullam
Illuc mendico dent veniente viro ?
- G. Accipe quæsti quæ sit responsio verbi.
Omnia scire volens, singula rite feres.
- Venerit ad bullam perfectè pauper & exsul :
Promeruisse potest forte salutis opem.
- Alter ab excelfo si sit transmissus Olympo,
Ni priùs enumeret munera, litus arat.
Bulla reclamatur, si non in tempore certo,
Dentibus horrendis dilaceratur opus.
- Et ni legales sint & sine crimine nummi,
Littra de bulla nulla sequetur eos.
- Hanc ego fornacem certo quia lumine vidi,
Semper in intuitu mentis habebo meæ.
- Ponitur incidi pars quædam parvula plumbi,
Et reddit argenti tempore forma brevi.
- Malleus impositæ vix dat tria verbera massæ,
Et subito plumbum se novat ære novo.
- A. Forsitan alchimia est , nam talia multa videmus ,
Cùm melior species surgit ab ære rudi.
- G. Non ita , sed virtus , papalibus insita verbis ,
Naturæ speciem sic variare solet.
- Virtus verborum Papæ sic imperat æri ,
Ut faciat quicquid verba sacrata jubent.
- Sæpius audisti quod vis sermonibus apta est ,
Et quod naturam callida verba trahunt.
- A. Non video quod plura mihi quærenda supersunt ;
Jamque patent ocalis mœnia sacra meis.
Si juvat ergo preces in cælum fundere quicquam ,
N n ij

Dii referant monitis præmia digna tuis.

Hic patriam repetit, hic sacram tendit in urbem:
Hunc loca nota vident, hunc peregrina domus.

A D N O T A T I O.

CArmen mox editum nobis suppeditavit codex Einsidensis, in quo nullum exstat Auctoris nomen. An fuerit Gaufridus ille, interlocutorum princeps, incertum. Quamquam ex narrationis serie id parum veri simile videtur. Quisquis fuerit Poëta noster, medio saeculo XIII vixit, ut colligitur ex iis qua dicit de Cardinale Gajetano. quod vel de Johanne Gajetano Ursino, postea Pontifice sub nomine Nicolai III, vel de Jacobo Cajetano Anagnino, qui paullo post floruit, intelligendum est. Cerè vixit post Concilium Lugdunense anni M CC XLV, quo in Concilio Cardinalibus concessum est rubri pilei insigne, cuius mentionem facit Poëta versu 618. Mirum vero est illis temporibus extitisse tam felicis ac facilis vena poëtam. qui praeer hoc carmen, etiam aliud de Ecclesia calamitatibus scripsit. Memorantur inier illius temporis Poëtas Alexander de Villa-Dei, Minorita Dolensis Aremonicus, Doctrinalis metrici auctor; itemque Conradus de Mure, condito Fabularii carmine haud ignotus, idemque Praecensor ecclesie Tigurine, unde parum distat monasterium Einsidense, ubi hoc carmen inventimus. An Conradus Poëta nostri venam asequatur, viderint, qui ejus Fabularium legerunt. Huc facit, quod ad oram codicis ms. littera C semel ad versum 17 sola, deinde semper cum G. & A. interlocutoribus apponitur. que littera Conradum, an Carmen aut quidvis aliud significet, lectorum esto judicium. Saltem id visum est hoc loco adnotare ad qualemcumque conjecturam.

Omnibus hactenus premissis, quia nondum volu-

men istud modum excessit, Appendicem sequentem
adjicimus, in qua primo loco occurrit PASSIO
S. MAXIMILIANI MARTYRIS, ex codice Sa-
rensi nuper Oxonii vulgata post Laetantii librum de
morte persecutorum, à V. C. Stephano Baluzio primum
editum: quam Passionem hic recudere visum est ad
superiora Martyrum acta illustranda. Deinde sequetur
ex codice Einsidensi libellus parateticus Pirminii
Abbatis, & alia, de quibus quadam seorsim adno-
tabimus.





A P P E N D I X.

P A S S I O

S A N C T I M A X I M I L I A N I.

Anno 295.

* ^al. Te-
beste , in
Africa.* f. in-
ducto.

a

* inscri-
batur.

b

c

TUSCO & ANULINO Consulibus , i v Id.
Martii , Teveste * in fo^ro indu^to * FABIO
VICTORE unā cum MAXIMILIANO ; & ad-
misso POMPEIANO Advocato , idem dixit : Fabius
Victor Temonarius a est constitutus cum VALERIANO
QUINTIANO pr^æposito Cæsariensi ; cum bono ti-
mone Maximiliano filio Victoris. Quoniam proba-
bilis est , rogo ut intumetur *. DION ^b Proconsul
dixit : Quis vocaris ? Maximilianus respondit : Quid
autem vis scire nomen meum ? mihi non licet mili-
tare , quia Christianus sum. Dion Proconsul dixit :
Intumetur. Cumque intumatus fuisset , ex Officio
recitatum est : Habet pedes ^c quinque , uncias decem.
Dion dixit : Ad officium signetur. Cumque resisteret
Maximilianus , respondit : Non possum militare.

^a Qui nimirum præfectus erat præstationi tironum ,
quos temones appellabant. Unde infra cum bono timone Maxi-
miliano , pro quo ms. codex , timore.

^b Ille , ut videtur , Cassius Dio , qui ante quadriennium
cum C. Julio Tiberiano Consul fuerat , & post annum
præfectus Urbi.

^c Nempe Romani metiri solebant tirones , quos militiæ
adscribebant , ita ut senos pedes , vel certè quinos & denas
uncias habentes inter alares equites , vel in primis legionum
cohortibus probarentur , teste Vegetio in lib. i cap. 5.

Dion dixit: Miliga ne pereas. Maximilianus respondit: Non milito; caput mihi præcide; non milito sæculo, sed milito Deo meo. Dion Proconsul dixit: Quis tibi persuasit? Maximilianus respondit: Animus meus, &c is qui me vocavit. Dion ad Victorem patrem ejus dixit: Consiliare filium tuum. Victor respondit: Ipse scit consilium suum, quid illi expediat. Dion ad Maximilianum dixit: Milita, & accipe signaculum^a. Respondit: Non accipio signaculum: jam habeo signum Christi mei. Dion Proconsul dixit: Statim te ad Christum tuum mitto. Respondit: Vellemodè facias, hoc & mea laus est. Dion ad Officium dixit: Signetur. Cumque reluetaret, respondit: Non accipio signaculum sæculi; & si signaveris, rumpo illud, quia nihil valeo*. Ego Christianus sum, non licet mihi plumbum collo portare, post signum salutare Domini mei Jesu-Christi filii Dei vivi, quem tu ignoras, qui passus est pro salute nostra, quem Deus tradidit pro peccatis nostris. Huic omnes Christiani servimus; hunc sequimur vitæ principem, salutis auctorem. Dion dixit: Milita & accipe signaculum, ne miser malè pereas. Maximilianus respondit: Non pereo, nomen meum jam ad Dominum meum est, non possum sæculo* militare, jam Christianus sum. Dixit Dion Proconsul: In sacro comitato* dominorum nostrorum Diocletiani & Maximiani, Constantii & Maximi, milites Christiani sunt & militant. Maximilianus respondit: Ipsi sciunt quod ipsis expediat, ego tamen Christianus sum, & non possum mala facere. Dion

A C T A S.
MAXIMI-
LIANI.

a

* f. valer.

* ita supra.

* comi-
tatu.

a. Puncta & circuata in manibus, inscriptio nominis Imperatoris, præterea monile plumbeum, de quo infra, hæ tesseræ erant militis adscripti.

A C T A S.
MAXIMI-
LIANI:
* id est
dele.

dixit: Milita, ne contempta militia, incipias male interire. Maximilianus respondit: Ego non pereo; & si de saeculo exiero, vivit anima mea cum Christo Domino meo. Dion dixit: Sterne * nomen ejus: Cumque stratum fuisset, Dion dixit: Quia indevoto animo militiam recusasti, congruentem accipies sententiam, ceterorum exemplum. Et decretum ex tabella recitavit: Maximilianum eo quod indevoto animo sacramentum a militiae recusaverit, gladio animadvertisi placuit. Maximilianus respondit: Deo gratias. Annorum ^b fuit in saeculo xxi, & mensium trium, dierum & xvii. Et cum duceretur ad locum, sic ait: Fratres dilectissimi, quantacumque potestis virtute, avida cupiditate properate, ut Dominum vobis videre contingat, & talem etiam vobis coronam tribuat. Et hilari vultu ad patrem suum sic ait: Da huic spicatori vestem meam novam, quam mihi ad militiam preparaveras. Sic cum centenarius numero * te suscipiam, ut simul cum Domino gloriemur. Et ita mox passus est: & Pompeiana matrona corpus ejus de judice meruit, & imposito in dormitorio suo produxit ad Carthaginem, & sub monticulo juxta Cyprianum martyrem secus platum * condidit: & ita post tertium-decimum diem eadem matrona discessit, & illic posita est. Pater autem ejus Victor egressus est domui suae cum gaudio magno, gratias agens Deo, quod tale munus Domino premisit, ipse modum * securus.

* f. plat-
num.

* f. modò.

a. Nempe quod veteranorum filii militare cogerentur. Hæc carptim ex Notis editionis Oxoniensis. Nulla in his actis mentio de causa Christianæ religionis. Quamquam Maximilianus putabat, se salva fide non posse militare: Maximiliani hujus nomen non invenio in Martyrologiis.

b. Ab anno decimo nono ad militiam eligebantur, ex Vettio in lib. i cap. 4.

I N C I P I T

LIBELLUS ABBATIS PIRMINII,

De singulis libris Canonis Scarapsus.

Fratres carissimi Spiritus sanctus per Prophetas, Sacerdotes & Levitas & omnes Doctores Ecclesiae catholice admonet dicens: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & adnuntia populo meo peccata eorum.* Et iterum: *Si non adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam, ipse in peccatis suis morietur, sanguinem ejus de manu tua requiram.* Et Dominus in Evangelio ait: *Euntes in mundo universo, predicate Evangelium.* Et vos Fratres qui ad ecclesiam convenitis, Dominus per Prophetam dicit: *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.* Et iterum, *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* & Dominus in Evangelio: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam,* dicit Dominus. Petimus ergo carissimi, caritatem vestram, ut quæ pro salute vestra dicuntur, attenuatis audiatis. Longus quidem pro divinis scripturis ordo degeritur, sed velut aliquantulum in memoria teneatis, pauca vobis de pluribus commendamus.

Cum fecisset Dominus in principio cælum & terram, & in illa cœlesti habitatione fecit spiritales creature, id est Angelos: è quibus unus qui primus omnium Archangelus fuerat factus, videns se in tanta gloria præfulgentem, non dedit honorem Deo creatori suo, sed similem se illi dixit; & pro hac superbia cum aliis pluribus angelis qui illi consenserunt, de illa cœlesti sede in aëre isto, qui est sub cælo, dejectus est, & perdita luce gloriæ sua factus est diabolus. Similiter & illi angeli qui consentientes

illi fuerunt, cum ipso de cælo projecti sunt, perditō splendore gloriæ suæ facti sunt dæmones. Reliqui autem qui subditi fuerunt Deo, in sua claritatis gloria in conspecto Domini perseverarunt, & ipsi dicuntur Angeli sancti.

Post istam ruinam angelorum, formavit Deus hominem de limo terræ, ut si præceptum Domini servasset, in loco illo cælesti sine morte succederet, unde angeli illi refugi ceciderunt: si autem præterisset Dei præceptum, morte morietur. Videns autem diabolus quia propterea factus fuerat homo, ut in loco illius unde ipse cecidit, in regno Dei succederet; invidiâ ductus, suasit hominem ut mandata Dei transiret. Præceperat autem Deus homini, dicens: *De omni ligno paradisi comedere, de ligno autem scientia boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Ex quo ligno contra præceptum Dei tulit homo de fructibus illius suadente diabulo, & comedit: pro qua offensa iactatus est homo de paradiſo in exilio mundi istius, ubi multos labores & dolores pateretur.

Fuit autem primus homo dictus Adam, & mulier ejus dicta est Eva, quod creavit: ex ipsis duobus omne genus hominum propagatum est. qui oblii creatorum suum Deum multa scelera facientes irritaverunt Deum, ad iracundiam provocantes eum. Pro qua re immisit Deus diluvium, & perdidit omnes, excepto uno justo nomine Nœ cum suis tribus filiis, & uxores eorum pro reparando humano genere reservavit. A primo ergo homine Adam usque ad diluvium transierunt anni duo millia c c x l i i . Post diluvium, iterum recuperatum est genus humanum per filios Nœ: & cum cœpisset multitudo succrescens mundum implere, oblivious iterum homines creatorem mundi Deum, cœperunt colere créaturas, & multa alia mala opera facere, quæ dinumerare longum est.

Cùm vidisset Deus tantam malitiam hominum, dedit per famulum suum Moïsen legem in duas tabulas lapideas digito Dei scriptas. In prima tabula : *Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus unus est. Non adsumes nomen Dei tui in vano. Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex dies operabis, & facies omnia opera tua; septimus autem dies, sabbatum est Domini Dei tui, non facies omne opus in eo.* In secunda tabula : *Honora patrem tuum & matrem tuam. Non mœchaberis. Non occides. Non fureum facies. Non falsum testimonium dices. Non concupisces uxorem proximi tui.* Et iterum, *Non concupisces rem proximi tui.* Etiam lege accepta, homines in ipsa prævaricati, & postmodum ad idola & culturas dæmonum reversi, in multis eriminibus & peccatis detenti erraverunt.

Iterum cum vidisset Deus tantam stultitiam & duritiam humanam; quia hominem quem creavit non vult perdere, misit Prophetas suos monens eos per Spiritum-sanctum, ut de culturis idolorum vel prævaricatione legis ad cultum divinum vel præcepta Dei reverterentur. Sed nec ipsa lex, quæ per Moïsen data fuit, nec ipsi Prophetæ eos de originalibus peccatis, quæ de Adam traxerant, liberare potuerunt; quia omnis anima peccatorum & justorum exeunte de corpore, ad infernum descendebant propter ipsa originalia peccata, quæ de Adam traxerant, pro eo quod in paradyso primus homo transgressus est mandatum Dei.

Sed quando vidit Deus quod totus mundus periret, misertus est humano generi: misit Filium suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Descendere dignatus est Filius Dei de sino Patris, hoc est Verbum in utero sanctæ Mariæ semper Virginis. In tanta humilitate venit, ut per humilitatem vinceret diabulum mortis auctorem, & liberaret humanum genus per crucem suæ

passionis. Qui cum Patre fulgebat in cælo , in terra pannis involutus in præsepio jacebat. Ille Ægypto fugatus, in corpore circumcisus : ille à Johanne quasi treginta annorum in Jordane fluvio baptizatus , & prædicavit in Judæis & gentibus omnia mala opera vel diabolica derelinquere , & pænitentiam agere , & baptismum accipere , vel præcepta sua , quod sunt quatuor Evangelia & reliqua sacra Scriptura , custodire. Et elegit duodecim Discipulos suos , ut quicquid in universo mundo prædicarent , omnes crederent in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti & baptizarent in remissione omnium peccatorum. Et isti sunt Apostoli : Petrus, Andreas, Jacobus, Johannes ; Philippus, Thomas, Bartholomæus, Matthæus, Simon Zelotes , Judas Jacobi , Jacobus Alphæi ; & sic illis Dominus docuit orare. *Pater noster qui es in cælis.*
sanctificetur nomen tuum. Veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Panem nostrum super substancialē da nobis hodie. Et dimicte nobis debita nostra, sicut & nos dimicimus debitoribus nostris : & ne inducas nos in temptationem : sed libera nos à malo. Et ipse Christus Filius Dei de aqua vinum fecit , & de quinque panibus & duobus piscibus quinque milia populi satiavit , & super mare pedibus ambulavit , & leprosos mundavit , & dæmonia ejecit , & surdos fecit audire , & mutos loqui , & paralyticos sanavit , & cæcos inluminavit , & omnem infirmitatem & languorem in populo sanavit. Et ipse Dominus jejunavit x l diebus & x l noctibus , & postea esuriit ; & accedens diabulus dixit ei : *Si Filius Dei es , dic ut lapides isti panes fiant.* Respondens Christus dixit ei : *Non in pane solo vivit homo , sed in omne verbo Dei.* Et dixit ei diabulus : *Si Filius Dei es , mitte te deorsum.* Dicit illi Jesus : *Non temptabis Dominum Deum tuum.* Et ostendit illi diabulus omnia regna mundi & gloriam eorum , & dixit illi : *Hæc*

omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dixit ei : *Vade retro satanas ; scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Tunc reliquit eum diabulus : & ecce accesserunt Angeli , & ministrabant ei. Hic ostenditur quod unus diabulus temptavit Adam & Christum , & de eadem causa temptavit eos. Adam temptavit in gula cum dixit : *Cur pracepit vobis Deus ne comederetis de hoc ligno ?* Vanam gloriam suggestit , quando dixit : *Eritis sicut dei.* Cupiditatem suggestedit , quando dixit : *Scientes bonum & malum.* & sic temptat omnem , si potest , hominem vincere, in gula cadit , in fornicatione , in luxoria , in inmundicia , in impudicitia : & si in his non cadit homo , suggerit illi vanam gloriam , unde nascitur jactantia , elatio , superbia ; & si in his non peccat homo , suggerit cupiditatem ; inde nascuntur inimicitiae , contentiones , irae , discordia , furta , homicidia , zeli. Et propterea corripiamus arma Christi , & vincamus inimicum , sicut noster Magister docuit Christus , & illum vicit.

Post hæc cum duodecim discipulis suis venit ad cenam quinta feria , quæ vocatur Jovis , & Cæna Domini , & uno ex ipsis duodecim discipulis suis , qui vocabatur Judas Schariothis , inmisit diabulus per invidiam cordi sicut Judæorum , ut Christum Filium Dei ipsis Judæis consentientibus , pro triginta argenteis in ipsa nocte traderet ad crucifigendum. Et ille voluntariè , non invitus , pro nostra salute venit ad passionem : ille pro nobis obpropria sustinuit , ille intrisiones , ille sputa , ille alapas , ille flagella , ille spineam coronam : ut feria , quæ dicitur dies Veneris , in crastino de Cæna , hora sexta à Judæis suspensus in cruce ; & in ipsa die tenebræ factæ sunt super universam terram à septima hora usque ad horam nonam : & terra mota est , & petræ scissæ sunt , & monumenta aperta sunt , & multa corpora

sæntorum qui dormierant resurrexerunt, & exentes de monumentis post resurrectionem, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Ipse Dominus pro nobis in cruce clavis confixus, acero potatus, lancea perforatus, & in ipsa hora nona emisit spiritum; & emanavit de latere ejus sanguis & aqua. Quid per sanguinem, nisi redemptio? Quid per aquam, nisi Baptismi. Sacramentum significatur?

Deinde corpus Christi jacuit in sepulcro; & dum illud sacrum corpus in sepulcro jaceret, anima Christi descendit ad infernum. Inde eripuit Adam primum hominem, & omnes Patriarchas & Prophetas & justos, qui prepter originalia peccata ibidem detinebantur. unde Dominus dicit: *Ero mors tua, ô mors; ero morsus tuus, ô inferne.* quia Dominus noster Jesus-Christus morsus inferni fuit, quia parte abstulit, parte reliquit illos: justos abstulit, illos peccatores reliquit. Quia illa divinitas Dei, quæ impæfabilis est, hoc est Verbum, cum Patre erat in cælo, & cum corpore in sepulcro; & cum anima Christi in inferno: quia sola humanitas sine divinitate mundum redimere non poterat. Deinde alligavit diabulum, & exspoliavit infernum. Tertia die, quod omnes Christiani celebrant Pascha, die dominico resurrexit de sepulcro, & post resurrectionem apparuit hominibus, & per quadraginta dies usque ad ascensionem ad cælos, cum Apostolis inter homines in isto mundo ambulavit, & ostendit eis plagam lanceæ in latus, & fixuras glaborum in manus suas; & loquens eis multa de regno Dei, elevavit manus suas super eos, & benedixit illos, & dixit illis: *Euntes in mundo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis.* Et præcepit eis ab Ierusalem ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris; & dixit eis: *Accipietis virtutem superve-*

nientis Spiritus - sancti in vos , & eritis mihi testes. PIRMINII
LIBELLUS.
 Et cum haec dixisset, videntibus illis elevatus est , &
 nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intue-
 rentur in cælum euntem illum ; ecce duo viri ad-
 steterunt juxta illos in vestibus albis , qui & dixer-
 sunt : *Viri Galilai . quid statis adspiciētes in cælum ?*
Hic Iesus qui adsumptus est à vobis in cælum , sic ve-
niet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Et
 hoc actum est quinta feria , quæ vocatur dies Jovis ,
 quod est Ascensio Domini.

Tunc ipsi Discipuli Domini reversi sunt Jerosolyma , & erant perseverantes unianimiter in oratione usque ad decimum diem , quod est Pentecosten , & dicitur quinquagesimus dies dominicus ; & in ipsa die , hora tertia , factum est repente de cælo sonus , tamquam advenientis spiritus vehementis , & implevit totam domum , ubi erant sedentes Apostoli. Et appa-
 ruerunt illis dispergitæ linguae tamquam ignis , sedi-
 que supra singulos eorum , & repleti sunt omnes
 Spiritu-sancto , & cœperunt loqui aliis a linguis , prout
 Spiritus-sanctus dabat eloqui illis ; & composuerunt
 Symbolum. Petrus : *Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem celi & terra.* Johannes : *Et in Iesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum.* Jacobus dixit : *Qui conceptus est de Spiritu-sancto , natu-*
ex Maria virginе. Andreas ait : *Passus sub Pontio Pilato , crucifixus , mortuus , & sepultus ,* Philippus dixit : *Descendit ad inferna.* Thomas ait : *Terza die surrexit à mortuis.* Bartholomæus ait : *Ascendit ad calos , sedit ad dexteram Dei Patris omnipotentis.* Mat-
 thæus ait : *Inde venturus judicare vivos & mortuos.* Jacobus Alphæi dixit : *Credo in Spiritum-sanctum.* Simon Zelotes ait : *Sanctam Ecclesiam Catholicam.* Judas Jacobi dixit : *Sanctorum communionem , remis-*

a. Ita in græco ἵτεγίς , cum hodie in Vulgata legatur variis , Actuum cap. 2 v. 4.

*sionem peccatorum. Item Thomas ait : Carnis resur-
rectionem, vitam eternam.*

Deinde, sicut eis antea Christus prædixerat, dispersti sunt in universum mundum ad prædicandum omnes gentes, & baptizandum eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus-Sancti. Et ipsi Apostoli benedixerunt Episcopos, Diacones, Presbyteros, & reliquos gradus Ecclesiæ catholicæ ordinaverunt, qui post discensem Apostolorum, sicut ipsi supra scripti, ordine apostolico in populo catholicō vigilanter & prudenter usque in finem mundi per successionem Episcoporum agere debeant. Et nunc tempore boni per Dei gratiam ad salvationem justorum constituuntur, & mali non secundum constitutionem apostolicam, sed per cupiditatem, sicut Simon Magus; vel per alias multas malas adinventiones eorum ad ruinam populi instituuntur: qui plus volunt præesse, quam prodesse in ecclesiis Dei. Sed considerare oportet quod scriptum est: *Quæ dicunt vobis bona, facire;* & quod abicit, *si illi mala faciunt, facere nolite.* Et alibi scriptum est: Qui proficere studet, non consideret quid male alii faciunt, sed quid boni ille facere debeat. Nam illi boni, qui ecclesiis catholicis præsunt, quæ verbis recta prædicant, & operibus complent, duplicitia bona populis ostendunt, adimplentes illud evangelicum præceptum: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui est in celis.*

Ergo carissimi, ut Spiritus-Sanctus per Prophetam dicit, *Effundam super vos aquam mundam: & mun-
dabisini ab omnibus inquinamentis, & omnibus ido-
lis vestris universis mundabo vos, & dabo vobis cor
novum, & spiritum meum ponam in medio vestri.* & in Evangelio, *Nemo intrat in regnum Dei, nisi qui re-
natus fuerit ex aqua & Spiritu-Sancto,* hoc est, nisi qui crediderit & baptizatus fuerit. Edeo Fratres ad memoriam

memoriam vestram reducimus , quale pactum in ipso baptisterio cum Deo fecimus, V. G. cum interrogati singuli nomen nostrum à Sacerdote suimus , quomodo diceremur ; respondisti autem tu , si jam poteras respondere , aut certè qui pro tè fidem fecit qui te de fonte suscepit , & dixit , *Johannes dicitur* ? aut aliud nomen. Et interrogavit Sacerdos : *Johannes, abrenuncias diabulo & omnibus operibus ejus , & omnibus pompis ejus ?* respondisti : *Abrenuntio* , hoc est , despicio & derelinquo omnia opera mala & diabolica. Post ista abrenuntiationem diabulo & omnibus operibus ejus , interrogatus es à Sacerdote : *Credis in Deum Patrem omnipotentem. cretorem cali & terre ?* Et respondisti : *Credo.* Et iterum : *Credis & in Jesum - Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum , qui conceptus est de Spiritu-sancto , natus ex Maria Virgine , passus sub Pontio Pilato , crucifixus , mortuus & sepultus , descendit ad inferna , tercia die surrexit à mortuis , ascendit ad caelos , sedid ad dexteram Dei Patris omnipotentis , inde venturus judicare vivos & mortuos ?* Et respondisti , *Credo.* Et tertio interrogavit Sacerdos , *Credis & in Spiritum-sacrum , sanctam Ecclesiam catholicam , sanctorum communionem , remissionem peccatorum , carnis resurrectionem , vitam aeternam ?* Respondisti . aut tu , aut Patrinus pro te , *Credo.* Ecce pactio qualis & promissio vel confessio vestra apud Dominum tenetur , & credens baptizatus es in nomine Patris & Filii & Spiritus-sancti in remissione omnium peccatorum , & unctus es à Sacerdote chrisma salutis in vitam aeternam , & induit corpus tuum veste candida , & Christus animam tuam induit gratiam cælestem , & adsignatus est tibi sanctus Angelus ad custodiendum te , & acceptum nomen Christianum in Ecclesia catholica annumeratus factus es membrum Christi , ut ait Apostolus : *Vos estis Christi corpus , & membra de-*

Vet. Analect. Tom. IV.

O o

membro ejus. à Christo enim Christiani numerati sunt.
 Non se autem gloriatur Christianum , qui nomen habet , & facta non habet. Christianus ille est , qui Christum in omnibus imitatur & sequitur , ut ait Apostolus : *Qui se dicit in Christum credere , debet ambulare sicut & ille ambulavit ; & , Qui se dicit credere in Deum , & mandata ejus non custodit , mendax est.* Et ipse Dominus in Evangelio ait : *Si diligitis me , mandata mea servate.* Oportet ergo nos , Fratres , qui baptizati sumus , & mandata Dei percepimus , custodire sicut Spiritus-sanctus per Scripturam sacram admonet facere , hoc est , divertere à malo , & facere bonum. Quid est divertere à malo , nisi diabolum cum omnibus operibus ipsius derelinquere ? Mala ergo sunt octo principalia vitia , quæ demergunt homines in infernum & perditionem : cupiditas , gula , fornicatio , ira , tristitia , accidia , vana gloria , superbia : ex quibus octo vitiis plurima alia mala via & peccata oriuntur , quæ dinumerare longum est : tamen propitio Christo in ante aliquid breviter vobis inde habemus dicere.

Ideo , carissimi , rogamus caritatem vestram , ut intenta aure cordis vestri audiatis quid vobis de hæc vitia superscripta Dominus per semetipsum , vel per sanctam Scripturam prohibet , ut numquam ea faciatis ; & qui fecerit , quomodo debet emendare. De cupiditate autem dicit : Non concupiscere rem proximi tui. & per Salomonem : *Nihil est scelestius quam amare pecuniam.* & per Apostolum : *Radix omnium malorum est cupiditas.* De gula verò dixit : *Cavete autem gulam , per quam primus homo Adam de paradiſo ejecitus est , quia scriptum est , Nolite seduci in satietatem veniris.* & per Prophetam : *Hac fuit iniqüitas Sodomorum superbia , & saturitas , panis , & abundantia.* & Apostolus : *Carnis curam ne feceritis in desideriis.* & Dominus in Evangelio : *Vaquis saturati*

* I. adul-
teros.

estis, quoniam esurietis. Nemo fornicationem faciat, quia in lege Dominus ait : *Qui dormierit cum masculo coitu femineo, aut qui operatus est nefas, morietur.* & Apostolus ait : *Fornicatores & adulatores * Deus judicabit.* Omnis enim inmunda pollutio fornicatio dicitur. Et iterum Apostolus ait : *Necque fornicarii, neque masculorum concubitores, neque molles regnum Dei possidebunt.* Nullus in corde suo iracundiam contra proximum suum teneat, quia Dominus in Evangelio ait : *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* & Apostolus : *Ira viri Dei iustitiam non operatur.* &, *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Nolite tristari pro rebus transitoris, quia scriptum est : *Tristitia facili mortem operatur.* Nemo otiositatem faciat, quia scriptum est : *Anima autem nihil operantis esurit.* & iterum : *Otiositas inimica est anima.* Et Apostolus ait : *Qui non vult operari, nec manducet.* Vanam gloriam contemnите. Quodecumque ornandi causa, vel laudis ab hominibus fecerimus, vana gloria nuncupatur. unde scriptum est : *Quoniam Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placent.* & Apostolus ait : *Nolite fieri inanis gloriae cupidi.* & item Apostolus : *Si hominibus placet, Christi servus non essem.* & Dominus in Evangelio ait : *Attende ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab hominibus, alioquin mercedem non habetis apud Parentem vestrum qui in celis est.* Superbiam fugite, quia *inmundus est ante Deum omnis qui exaltat cor suum.* Et iterum : *Superbis Deus resilit, humilibus autem dat gratiam.* & iterum : *Qui se exaltat, humiliabitur.* Nullus homicidium faciat, quia scriptum est : *Quicumque effuderit sanguinem humatum, fundetur sanguinis ipsius.* & Dominus ait : *Non occides : qui autem occiderit, reus erit iudicio.* Et Apostolus ait : *Omnis homicida non habet parentem in vitam aeternam.* Nemo adulterium committat, quia

FIRMINII
LIBELLUS.

in lege Dominus ait : *Non concupiscas uxorem proximi tui.* & Apostolus dixit : *Neque adulteri regnum Dei possidebunt.* & Dominus ait : *Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Legitimum conjugium nullus separare præsumat, nisi ex amborum consensu propter amorem Christi, qui ait : *Qui reliquerit uxorem, & reliqua, ceniuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.* & propter fornicationem, quia Pharisei temptantes Dominum Jesum-Christum interrogaverunt eum, *Si licet homini dimittere uxorem suam ex quacumque causa;* respondens Jesus ait : *Non legistis quia qui fecit ab initio hominem, masculum & feminam fecit eos?* & dixit : *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori sua, & erunt duo in carne una; itaque jam non sunt duo, sed una caro.* Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi, *Quid ergo Moyses mandavit dare illi libellum repudii, & dimittere de domo sua?* Ait illis : *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis uxores vestras dimitti; ab initio autem non fuit sic.* Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur; & qui dimissam duxerit, mœchatur. Unde Apostolus dicit : *Principio, non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere.* & iterum : *Adligatus es uxori? noli querere solutionem. Solutus es ab uxore? noli querere uxorem.* & alibi scriptum est : *Qui adulteram tenet, stulps & impius est.* Ubi cum que igitur est fornicatio, aut fornicationis suspicio, liberè uxor dimittatur. Quod ergo sterilis est, si deformis, si ætate vetula, si foetida, si temulenta, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si fatua, si gulosa, si vaga, si jurcadrix*, si maledica; tenenda erit istius modi velis nolis, & qualiscumque accepta habenda : cum esses liber, sponte te subjecisti. Nemo

* jurga-
trix.

incestis conjunctionibus se coiquinet, quia Dominus in libro Levitico, quando legem ad populum dedit, ait : *Ego Dominus : Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat. Turpitudinem patris tui & matris tuae, & uxoris patris tui, non discuperies; turpitudinem sororis tuae, & filie filii tui, vel nepotiss, & filiam filia uxoris patris tui, & sororem patris tui, & sororem matris tuae & patris tui non revelabis; nec accedas ad uxorem ejus qui tibi adfinitate conjungitur. Turpitudinem uxoris filii, & uxoris fratris tui, & uxoris tuae, & filia ejus non revelabis: filiam filii ejus, & filia ejus, non sumes ut reveles ignoriam ejus, quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est.* Et iterum ipse Dominus : *Qui dormierit cum noverca sua & cumnore* sua, uterque moriatur. Et qui supra uxorem filiam duxerit matrem ejus, vivus ardebit cum eis: & qui coierit cum uxore patrui, vel avunculi sui, morientur.* Et alibi scriptum est, usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est: ut sicut sex etatibus mundi generatio & hominis status finitur; ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur. Ad mulierem menstruatam nullus accedat, quia Dominus ait: *Ad mulierem qua patitur menstruum, ne accideris.* & iterum ibi: *Mulier qua redeunte mense patiuntur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui terigerit eam, immundus erit.* Et iterum ibi: *Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit.* & per Ezechiel Prophetam Dominus ait: *Ad mulierem menstruatam non accedes.* Nullus avarus sit, quia Apostolus ait: *Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis, quia advenient vobis. Divitiae vestrae putrefactae sunt & vestimenta vestra à tineis comedata sunt: aurum & argentum vestrum eruginavit, & arigo ipsa vobis in testimonium erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis.* Et iterum Apostolus ait: *Neque avari regnum Dei*

possidet. & Dominus in Evangelio : Qui habet duas tonicas , det non habenti , similiter & escam.

Usuras nullus præsumat accipere, quia Dominus ait : *Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam , nec fruges , nec quamlibet aliam rem.* & iterum : *Si attenuatus fuerit frater tuus , non accipias usuras ab eo , nec amplius quam dedisti.* & Dominus in Evangelio : *Qui petit à te , da ei , & volenti mutuare à te , ne avertaris.* Nemo mensuras duplices nec stateras injustas habeat, quia Dominus ait : *Non habebis in sacculo diversa pondera , majus & minus ; nec erit in domo tua major & minor pondus : habebis justum & verum , modius equalis & justus erit tibi.* Et Dominus in Evangelio ait : *Quid enim proficit homini , si lucretur universum mundum , se autem ipsum perdas ?* & iterum ipse Dominus : *Prout vultis ut faciant vobis homines bona , & vos facite illis.* Similiter hominem captivare non præsumitis , quia Dominus in lege ait : *Qui furatus fuerit hominem , & vendiderit eum , & convictus fuerit noxa , morte moriatur.* & iterum : *Non facies calumniam proximo tuo , neque opprimes eum. & Quod tibi non vis , alti ne feceris.* Furtum nemo faciat, quia Dominus in lege ait : *Non furtum facies.* & Apostolus ait : *Neque fures regnum Dei possidebunt.* & Dominus : *Non concupiscere rem proximi tui.* Per fortia autem , per malo ingenio nullus aliquid alteri tollat, quia Dominus per Prophetam ait : *Per vim nihil rapueris.* & in Evangelio Dominus * : *Neminem concutias , neque calumniam facias , & contenti estote stipendiis vestris.* & Apostolus : *Neque rapaces regnum Dei possidebunt.*

Nullus injustè judicet causam proximi sui , neque pro amore parentum & amicorum , vel alicujus amore ; nec propter munera vel odium , nemo fraudet iudicium suum, quia in Deuteronomio Dominus ait : *Non perverteres iudicium.* & per Prophetam ipse Dominus

* immo
Johannes
Baptista.

ait : *Va qui justificatis impium pra mūherib⁹s , & justitiam justi auferis ab eo.* Et Dominus in Evangelio : *In quo enim iudicio judicaveritis , iudicabimini ; & in qua mensura miseri ficeritis , remetietur vobis.* Nolite iustè injuriam facere alicui , nec malum pro malo reddere , quia Dominus per Prophetam ait : *Hominem non contristaveris.* & Apostolus : *Nolite malum pro malo alicui reddere.* & in Evangelio Dominus : *Diligite inimicos vestros , & benefacite his quos vos oderunt ; benedicite maledicētibus vobis , orate pro calumniantibus vos.* & *Qui te percudit in maxillam , prebe ei & alteram.* & , ab eo qui aufer tibi vestimentum , etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue. & , *Qui auferat qua tua sunt , non repetas.* Nolite iustè opprimere peregrinum , nec vi duam , nec orphanum , neque pauperem , quia in Exodo Dominus ait : *Advenam non contristaveris ; vidua & pupillo non nocebis.* & iterum : *Non negabis mercedem indigentis.* & in Propheta ait : *A pauperis iuria averte martum tuam.*

Nemo perjuraret , quia Dominus ait : *Non perjurabis , redde autem Domino iuramenta tua.* & Apostolus : *Nolite jurare , neque per celum . neque per terram , neque alio quocumque iuramento.* Et in Salomone : *Vir mulum jurans implebitur iniuritate , & non discedet de domo illius peccatum.* & Dominus in Evangelio : *Non jurare omnino , neque per celum , neque per terram , neque per caput tuum.* Sit autem sermons ; *Est . est . Non . non . quod autem his abundantius est . à malo est .* Falsum testimonium nemo præsumat dicere , nec consentire , quia scriptum est : *Falsus testis non erit impunitus.* & alibi : *Qui aieam diligit iniuriam , odit animam suam.* Qui dicit testimoniū falsum , particeps est eorum qui cruciferunt Christum. Non blasphemetis , quia Dominus ad Moïsen ait : *Qui blasphemaverit nomen Domini , morte*

moriatur. & Dominus in Evangelio ait : *Qui blasphemaverit in Spiritum-sanctum, non remittitur ei neque hic, neque in futuro.* & Apostolus : *Omnis amaritudo, ira, indignatio, & blasphemia auferatur à vobis.* Cum omni malitia omne mendacium non dicatis. *Omne quod mendacium est, peccatum est.* *Os quod mentitur occidit animam.* & iterum : *Perdes eos qui loquuntur mendacium.* Fugite inhonesta verba. *Vanus sermo cito polluit mentem.* & in Evangelio Dominus ait : *Ex abundantia cordis os loquiatur.* Bonus homo de bono thesauro profert bona ; malus homo de malo profert mala. Multiloquium non amate, quia in Prophetā scriptum est : *Vir linguosus non dirigetur super terram,* & iterum : *Mors & vita in manibus linguae.* & in Evangelio : *Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines inter se, reddent rationem de eo in die judicii.* *Ex verbis tuis condemnaberis.*

Nemo sit facilis ac promptus in risu, quia scriptum est : *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudia luctus praoccupat.* *Risum deputavi errorem, & gaudia dixi : Frustra decipiatur.* & iterum : *Stultus in risu exaltat vocem suam.* Et in Evangelio : *Va vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & fletibitis.*

Nullus detrahatur proximum suum. Detractio grave peccatum est, unde scriptum est : *Qui detrahit, eradicabitur de terra viventium* & Apostolus ait : *Nolite detrahere de alteruiro, fratres.* Quando alteri detrahis, te ipsum discute. Numquam alium detrahit, qui se ipsum benè perspexerit. unde Dominus in Evangelio ; *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Nemo maledicat, quia in Levitico Dominus ait : *Qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur.* & Apostolus : *Nolite maledicere.* & iterum ipse : *Neque maledici regnum Dei possidebunt.* Invidiam contra proximum suum nullus habeat, quia scriptum est : *Invidiam*

diaboli mors introibit in orbem terrarum. Et quia per invidiam crucifixus est Christus ; & ideo qui invidiam habet proximo suo , crucifigit Christum. Nemo hominem odio habeat, sed vitia & peccata. Odium enim à regno Dei hominem excludit. unde Apostolus ait : *Qui non diligit, manet in morte.* Omnis qui odit fratrem suum . homicida est : & scias quia omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. & Dominus in Evangelio : *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum , nec Pater vester caelstis dimittet vobis peccata vestra.* Nolite lites & scandala concitare ; fugite autem omnes inimicitias , contentiones, æmulationes , rixas , dissensiones , sectas , & reliqua his similia, ut ait Apostolus : *Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.*

Nolite manducare morticinium , neque sanguinem , neque animalia, vel apes * , quas bestiae , vel canes , vel accipiter consummaverunt , si mortua inveniuntur , quia in Levitico Dominus ait : *Sanguinem universa carnis non comedetis , quia anima carnis in sanguine est.* Et ; *Quicumque comedederit illud , interribit anima ejus.* & iterum : *Morticinium & capium à bestia non comedent.* Et quatuor capitula Actus Apostolorum præceperunt abstinere à fornicatione , & suffocato , & sanguine , & idolatria. Nullus se inebriet , quia ait Apostolus : *Nec ebriosi regnum Dei possidebunt.* & alibi : *Nolite inebriari vino , in quo est luxuria.* & Dominus in Evangelio : *Videte ne graventur corda vestra in crapula , & ebrietate , & curis secularibus.* Nullus alium cogat , aut importunè roget aliquem plus bibere quam oportet quia Dominus per Prophetam ait : *Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam , & potandum usque ad vesperum , ut vinum astuatis.* & iterum : *Vae qui potentes estis ad bibendum vinum , & viri fortes ad miscendum ebrietatem.* Et per Joël prophetam

* l. aves.

Dominus ait: *Experciscimini ebrietatem & fletem, & ultrilate omnes qui bibitis vinum in dulcedine.* Non solum vino inebriantur homines, sed etiam ex ceteris potandi generibus, quae vario modo conficiuntur. Unde & Nazaraeis praeceptum est vinum & ficeram omnino non bibere: utraque enim ebrios faciunt, & luxuriam carnis æqualiter gignunt.

Nulla mulier potionis abortum accipiat, ne filius aut conceptus aut renatus occidat: & nullas diabolicas potiones mulieres debent accipere, per quas jam non possint concipere. Mulier quæ hoc fecerit, quantoscumque parere poterit, tantorum homicidiorum se ream cognoscat esse.

Noli adorare idola, non ad petras, neque ad arbores; non ad angulos, neque ad fontes, ad trivios nolite adorare, nec vota reddere. Præcantatores & sortilegos, karagios, atuspices, divinos, ariolos, magos, maleficos, sternutus & auguria per aviculas, vel alia ingenia mala & diabolica nolite facere nec credere. Nam vulcanalia & Kalendas observare, laurus obperire, pedem observare, effundere super truncum frugem, & vinum, & panem in fontem mittere; mulieres in tela sua Minervam nominare; & Veneres aut aliud diem in nuptiis observare; & quo die in via exeatur attendere, omnia ista quid aliud nisi cultura diaboli est? Karachares herbas succino nolite vobis vel vestris appendere. Tempestarias nolite credere, nec aliquid pro hoc eis dare. Qui impurias, quæ dicunt homines super tectus mittere, ut aliqua futura possint eis denuntiare quod eis bona aut mala adveniant; nolite eis credere, quia soli Deo est futura præscire. Cervulos & vehiculos in Quadragesima vel aliud tempus nolite ambulare. Viri vestes femineas, feminæ vestes viriles in ipsis Kalendis vel in alia lusa quam plurima nolite vestire. Membra ex ligno facta in trivios & ab arboribus

vel alio nolite facere , neque mittere : quia nullam sanitatem vobis possunt praestare. Luna quando obscuratur, nolite clamores emittere. Nolite carminum diabolicum credere , nec super se mittere non presumat. Nullus Christianorum neque ad ecclesiam, neque in domibus , neque in trivios , nec in nullo loco ballationes , cantationes , saltationes , jocus & lusa diabolica facere non presumat. Mimiritas, & verba turpia & amaturia vel luxoriosa, ex ore suo non proficerat. Omnia phylactiria diabolica & cuncta supra dicta nolite ea credere , nec adorate , neque vota illis reddere , nec nullum honorem impendere , quia in Exodo Dominus ait : *Non facies tibi sculpsile , neque omnem similitudinem , qua est in celo desuper , & qua in terra deorsum , nec horum quae sunt in aqua sub terra : non adorabis ea , neque coles.* & iterum : *Qui immolaverit deis , occideatur , propter Dominum soli.* & in Levitico Dominus : *Non auguriabitini , nec observabitis somnia.* & iterum in Deuteronomio : *Ne invoniatur qui ariolos sciscitetur , & obseruet somnia atque anguria ; nec sit maleficus , nec incantator , nec pithones consulat , neque divinos exquirat a mortuis veritatem : omnia hec abominabitur Dominus.* & iterum Dominus : *Non induetur vestem virilem mulier , nec viruetetur veste feminea.* *Abominabilis enim apud Deum est qui hec facit.* & iterum : *Maledicetus homo qui facie sculpsile.* & Propheta : *Hac dicit Dominus Deus Israël : Non vos seducant propheta vestri qui sunt in medio vestri , & divini vestri.* Et ne attendatis ad somnia vestra quae somniatis , quia falsum ipsi prophetant vobis : sed Deum trinum & unum adorate & honificate.

Et ad sanctam Ecclesiam oblationes , & cerolos , & oleum , & incensum , & primitias & decimas , & elemosynas , & omnia bona vestra reddite : & tenete sollemnitates præclaras & dies Dominicos , & festa

sanctorum Martyrum & Confessorum. Venite ad vigilandum & adorandum Deum , & Missas audiendum,& sacrificium , secundum quod dicit sacra Scriptura, accipiendum. Et nullus in ipsa ecclesia , vel ubi lectio divina recitatur, verbosare præsumat , sed lectiones sacras libenter audite , quia per Moïsen Dominus ait : *Audi Israël, & tace.* Diem Dominicum nolite contemnere , sed cum reverentia colite. Opus servile , id est agrum, pratum , vineam, vel si quæ gravia sunt in eo , non faciatis ; nec causas , nec calumnias inter vos nolite dicere die Dominicō, præter tantū quod ad necessitatē reficiendi corpusculi pro excequendo pertinet cibo : quia ipse dies Dominicus primus creatus est , & in ipso tenebræ remota sunt , & lux apparuit , & in eo formata sunt clementa mundi , & creati sunt Angeli. In eo die de terra Ægypti , velut è tenebris peccatorum, quasi per fontem baptismi , per mare Rubrum populus fuit liberatus. In eo die cœlestis cibus , id est manna,hominibus primo data est. De ipso mandavit Moïses ad populum : *Observabitis diem primum & novissimum.* Et de ipso dicit Propheta : *Hac est dies quam fecit Dominus , exultemus & latemur in eo.* In ipso quoque à mortuis resurrexit Christus : in ipso die de cœlis super Apostolos sanctus descendit Spiritus. qui ideo Dominicus appellatur, ut in eo à terrenis operibus vel à mundi inlecebris abstinentes, tantū divinis cultibus serviamus. Ideo rogamus vos , ut dum tanta & talia sacra testimonia de ipso die proferuntur , ut ipso die , sicut decet Christianis, juxta quod scriptum est , cum magno honore & diligentia , in amore Christi , pro retributione æternæ vitæ custodiatis.

Decimas ex omnibus fructibus suis nemo teneat, quia in Exodo Dominus ait : *Decimas tuas & primicias tuas non tardabis offerre.* & in Levitico : *Omnis*

decima terra , sive de fructibus , sive de bonis arborum , PIRMINIUS.
 Domini sunt : boves , & oves , & caprea , quæ sub LIBELLUS.
 pastoris virga transferunt ; quidquid decimum venerit
 sanctificabitur Domino . Non elgetur nec bonum , nec
 malum , nec altero commutabit . Si quis mutaverit , &
 quod mutatum est sanctificabitur Domino , & non redi-
 metur . & in Exodo : Primitas frugum terra tua defe-
 res in domo Domini tui . Quod vooverit Domino , nul-
 lus tardet reddere , quia in Numero Dominus ait :
Cum vooveris Domino Deo tuo , non tardabis reddere ,
quia requirit illum Dominus Deus tuus : & si moratus
fueris , reputabitur tibi in peccatum . si vero nolueris
polliceri , absque peccato eris . Observabis & facies si-
cue promisisti Domino Deo tuo propria voluntate & ore
quod locutus es .

Nemo cum capitalia crimina admiserit , antequam Confessionem suam donet , & veram pænitentiam agat per consilium Sacerdotis secundum ordinem ecclæsticū , Corpus & Sanguinem Domini comunicare non præsumat , quia in Levitico Dominus ait : Omnis homo qui acceſſerit de stirpe vestrâ ad ea que consecrata sunt , & qua obtrulerunt filii Israël Domino , in quo est immunditia , peribit coram Domino : quia ego sum Dominus . & Apostolus ait : Qui-cumque manducaverit panem , vel biberit calicem Domini indignè , reus erit corporis & sanguinis . Probet autem se ipsum homo ; & sic de pane illo edat ; & de calice bibat : qui enim manducat & bibit indignè , judicium sibi manducat & bibit , non dijudicans corpus . Ideo inter vos multi infirmi & imbeciles , & dormiunt multi . Nullus Christianus à corpore & sanguine Christi se abstrahere vel prolongare patiatur , quia Dominus in Evangelio ait : Ego sum panis vivus qui de celo descendī . Si quis manducaverit ex hoc pane , vivet in aeternum ; & panis quem ego dabo , caro mea est pro mundi vita . & iterum : Qui manducat

PERMINISS
LIBELLUS.

meam carnem. & biberit meum sanguinem, in me manet
& ego in eo. & iterum: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ideo admoneo vos, ut quicumque Christianus post baptismum criminalem culpam fecit, puram Confessionem ad Sacerdotem donec, & veram pénitentiam agat: & post actam pénitentiam, tempore quo ei Sacerdos constituerit, oblationem suam ad Sacerdotem offerat, & corpus & sanguinem Christi communicare faciat.

Igitur, carissimi, considereremus quod scriptum est: Contraria contrariis sanantur. & quod Dominus per Prophetam ait: *Quiescite agere perverse, & discite beneficere.* & iterum: *Declina à malo, & fac bonum.* & Apostolus: *Exspoliate vos veterem hominem, & induite novum.* & rursus: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* & iterum: *Apprehendite loricae justitia, & galeam salutis, & gladium Spiritus, quod est verbum Dei.* & illud: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* Deponamus itaque opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis, sicut in die honestè ambulemus. Ecce quomodo nos pius Dominus ammonet, ut de malo ad bona nos convertamus. Obserco itaque vos, Fratres, ut quicumque talia quæ supra memoravimus, & his similia contra præceptum Domini fecit, de misericordia numquam desperet, quia per Prophetam Dominus ait: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.*

Sed unusquisque cum fide recta ad Sacerdotem, sicut jam supra dictum est Confessionem puram indonet & veram pénitentiam agat; & quod male fecit perfectè defleat, & per justis laboribus, elimosynis, & bonis operibus se emendet: & caveat ut amplius non peccet, quia scriptum est: *Lavamini, mundi estote.* &, *Qui abscondit scelera sua non dirigetur.* &, *Qui confessus fuerit, & reliquerit ea, veniam merebitur.*

& illud : *Cum conversus ingemueris ; tunc salvus, eris. & in Evangelio ; Panitentiam agite , adpropinquavit vobis regnum calorum.* & Apostolus : *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Et ideo carissimi, dum Dominus per tanta testimonia & præcepta sua supra scripta nos admonet , ut cessemus ab omni opere malo , & convertamur ad omne opus bonum ; quare tam tardi sumus ad convertendum vel emendandum , dum Domini auxilio in nostra sint potestate remedia , quia pius Dominus indulgentiam nobis in præsenti tempore , & in futuro gloriam æternam promittit? Pensemus ergo, fratres, illud quod Dominus per Prophetam ait : *Nolite tardare converiri ad Dominum , & ne differatis de die in diem ; nescitis quid adferat supervenientibus dies , à mane usque ad vesperum mutabitur tempus.* & alibi : *Hodie si vocem ejus audieritis , nolite obdurare corda vestra.* Et Dominus in Evangelio : *Videte ne fiat fuga vestra in hieme vel sabbato.* & iterum : *Vigilate & orate , quia nescitis diem neque horam.* Et Apostolus : *Qua est enim vita vestra ? vapor est ad modicum parens , deinceps exterminabitur..*

Igitur dum dies transeunt , finis noster adpropinquabit ; admonemus & supplicamus , carissimi fratres , ut qui fuit cupidus vel avarus , & alicui mala ordine dolebat , & sua injustè retinebat , sit in elimosynis largus , quia Dominus in Evangelio ait : *Ne sollicitis de crastino.* & idem ipse Dominus : *Statte , hac nocte animam tuam repetunt à te , que autem parasti cuius erunt ?* & Apostolus dixit : *Habentes aliamenta , & quibus tegamur , his contenti sumus.* & alibi : *Qui habuerit substantiam mundi , & viderit fraterum suum necesse habere , & clauserit viscera sua ab eo , quomodo caritas Dei manet in eo ?* Et iterum Dominus in Evangelio : *Quod superest date elimosynam.* & erunt omnia munda vobis. Et iterum Dominus : *Ven-*

dite que possidetis , & date elimosynam , & facite vobis sacculos qui non veterascunt , thesaurum non deficientem in calis . Qui fuit ebriosus & gulosus , sit subrius vel abstinentis , parcus & vilis in cibo & potu , ut scriptum est : Caro nos læta traxit ad culpam , afflictia reducat ad veniam Multari melius est patrum cotidie , quam raturum satis sumere . Et Apostolus jejonus frequenter , & Christus jejunavit , qui peccatum non fecit ; & ipse dixit : Beati qui esuriunt & sitiunt . & iterum : Beati qui esuritis , quoniam satrabimini . Qui fuit fornicator vel luxuriosus & adulter , sit purus & castus vel continens , quia ait Apostolus : Corpora vestra membra sunt Christi . & rursus : Qui adharet Domino , unus spiritus est . Fugite fornicationem . & iterum : Glorificate ergo Deum in corpore vestro . & iterum ipse : Fratres vos estis templum Dei , & Spiritus Dei habitat in vobis . Si quis autem tempulum Dei violaverit , disperdet illum Deus : templum enim Dei sanctum est , quod estis vos . Qui fuit iracundus sit patiens , ut Dominus dixit : Beati pacifici , quoniam filii Dei vocabuntur . & rursus : In patientia vestra possidebitis animas vestras . & Apostolus : Patientes estote ad omnes .

Qui fuit tristis pro temporalibus damnis , vel secularibus curis , sit hilarius , gaudens pro æternis bonis & recompensationibus , quia in Evangelio Dominus ait : Cum vos oderint homines & cum separaverint vos , & exprobaverint , & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter filium hominis , gaudete in illa die & exultate . ecce enim merces vestra multa est in calis . & iterum : Venite benedicti Patris mei , possidere regnum quod constitutum est vobis ab origine mundi : ubi lumen indeficiens , ubi gaudium sempiternum . & Apostolus : Gaudete in Domino semper . & iterum ipse : Et in omnibus semper gaudete . Qui fuit accidiosus , quod est otiositas , sit propriis manibus operans ,

rans, aut quocumque artificio bonum laborans, unde & ipse habeat, & aliis pro æterna gloria tribuat, ut scriptum est: *Honora dominum Deum tuum de tuis justis laboribus, & liba illi de justitia fructibus.*
 & Propheta: *Labore manuum inarum mandubabis, beatus es, & bene tibi erit.* & Apostolus ait: *Necessitatibus meis & eorum qui mecum fuerunt ha manus servierunt.* & Dominus ait: *Beatus est magis dare quam accipere.*

Qui pro vana gloria vel pro laude hominum aliquid faciebat, incipiat pro æterna retributione & celesti gloria in bonis operibus soli Deo placere, ut Apostolus ait: *Omnia quacumque facitis ad gloriam Dei facite.* & iterum: *Nemo glorieatur in hominibus.* & rursum: *Quid enim habes quod non acceperisti? quid gloriari, quasi non acceperis?* & Dominus dicit: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit elemosyna tua in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi in palam.* Et alibi scriptum est: *Nihil pro temporale opinione sed omnia propter Deum;* non propter famam sed propter vitam æternam, ut ait Apostolus: *Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu-Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Qui fuit superbus, sit humilis, ut scriptum est: *Humilitas ruinam numquam incurrit, numquam ruinam passa est.* Despectus esto apud temetipsum. Qui sibi displaceat, Deo placet. Quantum es despectior ante oculos humanos tantum eris pretiosior ante oculos Dei. Cognosce quia Dominus humilis venit, quia se in forma servi humiliavit. quare ait Apostolus: *In humilitate superiores sibi invicem arbitrantes.* & reliqua: *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non*

a Grace legatur τὸς πίνεις κερπτῶν id est labores fructuum tuorum, in Vulgata, *labores manuum tuarum.*

rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo , sed se metipsum exinanivit formam servi accipiens , in similitudinem hominum factus ut homo. Humiliavit se ipsum , factus obediens Patri usque ad mortem , & reliqua . & ipse Dominus dicit : Qui se humiliat exaltabitur . Et alibi : Quantum humilior fueris , tandem te sequetur gloriae altitudo . Et item ipse Dominus : Discite à me quia misericordia mea est & humilis corde . Qui fuit latro , sit idoneus : qui fuit somnolentus , sit vigilis : qui fuit bilinguis , sit boniloquus : qui fuit detractor , aut invidiosus , sit purus , & benignus : qui fuit in verbis ociosis , & in malis operibus intentus ; sit in eloquiis bonis , & sanctis operibus perseverans . Qui aliquando in causis injustis se implicabat , & ad ecclesiam tarde veniebat ; modò frequentius ad eam recurrat , & orationibus sacris se occupet . Qui fuit incredulus , sit fidelis , ut scriptum est : Reputatum est ei ad justitiam . & alibi : Fides tua te salvum fecit , vade in pace : jam amplius noli peccare . Sed contra singula vitia vel peccata , quæ hic longum est enumerate , contrariis virtutibus & bonis operibus Deo auxiliante est pugnandum : quia prius oportet derelinquere malum , deinde facere bonum .

EPISLOGUS

Et ut hæc quæ supra commemoravimus , cordibus & sensibus vestris firmiter inhæreant , breviter ad memoriam vestram reducimus . Credimus enim , ut quicumque fideliter audierit , & crediderit , & in bonis operibus compleverit , per Dei potentiam & misericordiam salvus esse potest , sicut jam supra dictum est . Fratres , credite in Deum Patrem omnipotentem , creatorem cœli & terræ ; credite & in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum , qui conceptus est de Spiritu-Sancto , &c . Videte , Fratres , sicut Dominus noster Iesu Christus x x x annorum passus , tertia die resurrexit à mortuis : ita & nos omnis popu-

lus in quacumque ætate mortuus fuerit, aut parvulus, aut senex, aut in utero matris vivificatus mortuus fuerit, in x x x annorum ætate resurgemus omnes ad judicium, & peccatores & justi veniemus: justi vero, & qui fuerunt peccatores qui veram pænitentiam egerunt, & in bonis operibus perseveraverunt, ut in carne percipiant regnum Dei: quia justum judicium Dei est, ut illa anima & caro. quæ in præsenti vita veram pænitentiam egit, & propter Christum cruciatum sustinuit, & in bonis operibus perseveravit; ipsa caro & anima cum Christo & cum omnibus sanctis in paradiſo lœtetur cum Angelis sanctis, sicut Dominus dicit in Evangelio: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, quod constitutum est vobis ab origine mundi, quia esurivi, & dedistis mihi manducare, & reliqua alia opera bona.* Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Dei. Ad peccatores autem dicit: *Discedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus: quia esurivi, & non dedistis mihi manducare, & reliqua bona quæ non fecerunt.* Quia & hoc justum judicium Dei est, ut illa caro & anima, quæ hic in præsente vita peccavit, & pænitentiam veram non egit, & in malis operibus perseveravit; ipsa caro & anima in inferno cruciabitur, quia Dominus in Evangelio ait: *Zizania colligite fasciculis ad comburendum* Zizania homines peccatores sunt: de hominibus peccatoribus incendere habet infernus: *Alligate fasciculis ad comburendum*, hoc est homicidae cum homicidis, adulteri cum adulteris, rapaces cum rapacibus: ut quicumque huic similes fuerint in culpa, ibidem similes erunt in tormentis. Quantum majora peccata commiserint homines, tantum ferventiùs ferveret in illos ignis æternus. Credite ergo, carissimi; Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum in Trinitate. Diligite eum ex

P p ij

toto corde & ex tota mente, & diligite proximos vestros, sicut vosmetipso. Nullus ex vobis homicidium faciat, non adulterium, non fornicationem & libidinem; immunditiam & impudicitiam fugite. Furum non facietis, non concupiscetis rem proximi vestri, falsum testimonium non dicetis, iram non perficietis, iracundiam usque ad noctem non reservetis, sed ante solis occasum in pacem redite. Dolum & malitiam in cordibus vestris non teneatis, falsam pacem inter vos non faciatis, non mentiatis in invicem. Nolite jurare, nec perjurare; malum pro malo non reddite; injuste & injuriam vel malo ordine nulli homini faciatis: sed si quis vobis injuriam fecerit, propter Deum patienter sustinet. Inimicos vestros diligite, & pro ipsis orate. Non maledicetis, & si quis vos maledixerit non remaledicetis, sed amplius benedicte; & persecutionem propter iustitiam sustinet. Nullum hominem odio habeatis, sed virtus & peccata. Non sitis superbi, ebriosi, non concupiscentiae gulam sectantes: non sitis somnolenti, non pigri, non otiositatem vacantes. Nolite detrahere invicem, nolite esse murmuriosi, multum loqui & verba varia non ametis; multum risum nolite diligere, sed peccata & negligentias vestras cum lacrymis & gemitu... die noctuque in oratione Dei misericordiam deprecate, ut mala vestra praeterita & presentia vobis indulget, & ut in antea non peccetis custodire jubeat. Idolatria, beneficia, inimicitias, contentiones, æmulationes, rixas, animositates, provocaciones, hæreses, invidiam, zelum, comedationes, nolite talia facere, quia Apostolus contestatur ut hoc non faciatis. Omnia quæ Deus per Scripturam sanctam jussit ut non faceret homo, nullus Christianus presumat hoc.

a Hæc & sequentia desumpta sunt ex Regula sancti Benedicti, cap. 4 de instrumentis bonorum operum.

facere : & quicumque contra præceptum Dei fecit, cito per puram Confessionem & veram pænitentiam cum operibus bonis & elimosynis justis se emenderet, antequam mors illum subito rapiat. Omnia quæ per sacram Scripturam Deus præcepit facere , in omnibus custodite. Diligite amicos in amore Dei , & inimicos vestros diligite propter Deum. Ubicumque fueritis , ut ait Apostolus , orate sine intermissione ; & in omnibus Deo gratias agite. Ad ecclesiam cum devoto animo & fide recta sapientia convenite : præcipue omnibus diebus Dominicis , & cunctas festivitates præclaras , tam ad vespertinis vigiliis & matutinis , quam ad Missas celebrandas vos frequente. Et ibi nullas causas ad judicandum audeat proferre , & negotia non faciat , & fabulas otiosas ex ore suo non proferat. Ballationes & saltationes , vel cantica turpia & luxoriosa , velut sagittam diabolam fugite , nec ad ipsas ecclesias nec in domibus vestris , nec in plateis , nec in ullo alio loco facere non præsumatis : quia hoc de paganorum consuetudine remansit. Omnia phylacteria diabolica , præcantatores , sortilegos , karagios , aruspices , divinos , ariolos , magos , maleficos , auguriosos , tempestarios , & cuncta alia mala cum supradicta ingenia diabolica nolite credere , nec adorare , nec vota illis reddere , nec nullum honorem impendere : sed ad sanctam ecclesiam convenite , & in ipsa ecclesia cum silentio orantes & psallentes in cordibus vestris , verbum Dei & sacram Scripturam diligenter attendite ut scriptum Dei : in lege Dei meditate die ac nocte. Vota vestra bona Deo ad ecclesia reddite.

Primitias omnium frugum vestiarum ad benedicendum Sacerdotes adferre , & sic postea inde manducate. Decimas ex omnibus fructibus , & peccoribus vestris annis singulis ex ecclesiis reddite : de novem partibus quæ vobis remanserint , elimo-

PIRMINT
LIBELLUS.

PIRMINII LIBELLUS. synas facite ; ex ipsis peccata vestra redimite , ut scriptum est : *Elimosyna à morte liberat , & ipsa purgat peccata.* Qui est dives , & multum habet , multum donet , ut scriptum est : Cui plus creditur , plus ab eo exigitur. Et Apostolus : *Habentes alimenta , & quibus regamur . his contents sumus ,* hoc est vic-tum & vestitum rationale , quantum necesse est , non quantum mala cupiditas querit. Quod superest , in elimosynam necesse est propter vitam aeternam do-nare. Et qui est pauperior , juxta quod potest , par-vum donat : quia & vidua paupera pro duos num-mos plusquam divites à Domino conlaudata est : & de calice aquæ frigidæ mercedem non perdere Do-minus promisit. Et qui res non habet , unde elim-o-synam faciat ; habeat bonam voluntatem : ipsa bona voluntas pro facto reputabitur.

Quando ad ecclesiam convenitis , pauperibus se-cundum vires vestras aut argentum , aut aliud ali-quit portrigite. Incensum , cereolos , & oleum in luminaribus ecclesiæ , juxta quod prævaletis , ibi-dem date : quia Dominus ait , *Non apparetis in conspectu meo vacui* Oblationes , qua in altario con-secrantur offerte ; & inde post penitentiam actam & reconciliationem secundum consilium Sacerdotis communicate. Et ante plures dies etiam à proprias uxores vestras abstinetе , ut sic cum mundo corde sanc-tum Sacrificium accipere possitis. Sacerdotibus ves-tris honorem impendite , & eis secundum Deum obedite , ut Dominus ait : *Qui vos audit , me audit.*

Filius & filia honoret patrem suum & matrem suam : similiter & omnes Christiani vos invicem honorate , ut scriptum est : *Honorem invicem præ-venientes.* Esurientibus date manducare , sitiientibus bibere. Hospites , præcipue pauperes & peregrinos , colligite in domibus vestris : humanitatem illis impendite , pedes illorum lavate. Nudos vestite , in

tribulatione subvenite , indolentes consolate , infirmos visitate , mortuos sepelite , in carcere requirite , & de bonis vestris eis ministrate . Viduas & orphanos in tribulationes eorum adjuvate ; pauperes & omnes oppressos à pravis hominibus , vel de iniqua judicia , & quantum potestis , adjutorium praestate . Judicium rectum semper & justitiam conservate ; misericordiam in omnibus facite . Pacem cum omnibus , & ipsi in vobis habete ; & eos qui discordes sunt , ad concordiam revocate .

PIRMINUS
LIBELLUS

Symbolum & orationem Dominicam & ipsi tene-
te , & filios vel filias vestras docete , ut & ipsi te-
neant . Filios quos ex fonte suscipiunt in Baptismo ,
scitote vos fideiulsores pro eis apud Deum existisse :
& ideo eos docete semper , & corripite , & illos
omnes subditos vestros , ut sobrietate & castitate , & justè
vivant saepius admonete atque corrigite statim . Ex
corde & ore proferte veritatem , castitatem & con-
tinentiam tenete ; subrietatem & parcitatem de potu
& cibo habetote ; jejunium amate ; seniores hono-
rate : juniores vestros in Christi amore spiritualiter
diligite , & patientes estote ad omnes . Benefacite
his qui vos oderunt Caritas & gaudium , pax , pa-
tientia , benignitas , bonitas , spes , fides , modestia ,
mansuetudo , continentia , castitas , dilectio sit in vo-
bis : & hoc in bonis cogitationibus & eloquiis &
sacris operibus conservate . Humilitatem tenete , om-
nia custodite , totam spem vestram in Domino po-
nите ; bonum aliquid in vos cum videritis , ad Dei
gloriam reputate , qui vobis hoc dedit , non ad ves-
tram laudem . Et malum in vos cum videritis , vestræ
culpæ & negligentiis vestris hoc sciatis à vobis fac-
tum . Timete diem judicii ; expavescite gehennam ;
desiderate vitam æternam ; cogitationes & verba seu
opera vestra diu noctuque semper in bonum custo-
dite . Transitum vestrum de hoc mundo , qui f m-

per adpropinquat omni die sperate. Præcepta Dei factis quotidie adimplete , & de Dei misericordia numquam desperetis ; & quod sibi quis fieri non vult , alii ne faciat : & prout vultis ut faciant vobis homines bona , & vos facite illis similiter. Caritatem autem , quæ est dilectio Dei & proximi , in omnibus conservate.

Nemo se circumveniat , fratres , quia omnis homo qui post baptismum mortalia crimina committit , homicidium & adulterium , fornicationem , furum , falsum testimonium , perjurium , ebrietatem , vel his similia mortalia crimina perpetratus fuerit , si pænitentiam non egerit , & elimosynas justas non fecerit & in bonis operibus non perseveraverit , numquam intrabit in regno Dei , nec possidebit gloriam æternam ; sed cum diabulo descendet in inferno , quia Apostolus dicit : *Qui talia agunt , regnum Dei non possidebunt* Proinde scriptum est . Nequaquam Deus delinquentibus parcit , quoniam peccatorem aut flagello temporale ad purgationem ferit , aut æterno judicio puniendum relinquit , aut ipse in se homo quod male commisit , puniendo purgat . Ita proinde est quod Deus delinquenti non parcet . Et alibi scriptum est : Nulla peccata inulta dimittit Deus , hoc est sine vindicta : quia certè aut nos hic vindicabimus peccata nostra per pænitentiam ; aut vindicat illa Deus per severitatem judicii . Et illud certissimè credite , quod omnis homo , quamvis peccator , quamvis criminosus fuisset , quanta mala perpetrasset ; si veram pænitentiam egerit , & elimosynas justas fecerit , & in bona devotione cum operibus justis mors illum invenerit ; numquam descendit infernum , sed ab Angelis elevatur in cælum , & gloriam possidebit æternam . unde Dominus dixit : *Non judicabitur homo bis in idipsum* . & Apostolus dicit : *Si nos judicaremus , utique à Domino non rejudicaremur* , hoc

est ut ille qui hic in præsentem vitam seipsum per pænitentiam judicat , ad judicium iterum non rejudicabitur , qui hic in præsente vita terminabit. Unde scriptum est : Quod si nos perfectè pænitentiam agimus , non solum nostras culpas Deus dimittit , sed post culpas præmia promittit.

PIRMINIUS
LIBELLUS


"

"

Ideo , Fratres, festinamus jam emendare vitam nostram , ut quidquid male contra Dei præceptum fecimus, defleamus & emendemus, & ulterius non peccemus ; & conservemus nos in bona voluntate & cogitatione recta cum verbis & operibus sanctis , auxiliante & gubernante Domino nostro Jesu-Christo, qui cum Patre & Spiritu - sancto vivit & regnat Deus per omnia sæculorum , amen.

A D N O T A T I O .

Superior libellus , in modum parnetici sermonis contextus , exstat in veterissimo codice Einsidensi , ex quo eum religiosus vir Placidus Redingus, rogatu nostro describi curavit. Pirminius Abbas ejus auctor in fronte libelli scribitur. Hunc non dubito esse celebrem illum monasteriorum conditorem Pirminium Abbatem , qui & ipse Episcopus seu Choropiscopus fuit. Hinc ratio condendi has pareneses , que eis rudi stilo scripta , disciplinam tamen illius temporis nobis representant , prescripum usum ac necessitatem Confessionis ac penitentia ante sacram Comunionem. Cetera diligens lector facile observabit. Pirminii Acta retulimus ad annum D C C L V I I I . ad quem pervenisse videtur , atque inter sanctos relatus .



EPISTOLA PASTORALIS
VULFADI Archiepiscopi Bituricensis;
Ad parochos & parochianos suos.

CIRC. ANN.
870.

VULFADUS, et si indignus atque peccator, gratia tamen Dei sanctæ matris Bituricensis ecclesiæ Episcopus, omnibus sacerdotibus & communi-
nistis, necnon universis ecclesiæ mihi commissa filiis, in Domino salutem. Solliciti semper, dilectissimi fratres, de salute vestra & de pretio animarum vestrarum, qui in ecclesia Pastores vocamini, & gregem Domini reficere & providere debetis; roga-
mus vos & obsecramus, ut in his quæ ad ministerium vestrum pertinent, jugiter meditantes, lucrum animarum vobis commissarum omni intentione que-
ratis, & custodias super populum Domini omni tempore habere studeatis. Officium ergo ministerii nostri est, ut utilia vobis & necessaria suadeamus, & proficia, si possimus, ostendamus. Itaque, dilectissimi, providere debetis, ut quod nominamini, esse contendatis. Sacerdotes vocamini: sancti & mundi esse, & sacerdotium sanctum digne tenere & frequentare studere: quoniam de Sacerdotibus Dominus dicit: *Sancti esote, quia ego sanctus sum. Dominus Deus vester.* Pastores appellamini: oves consignatas sollicite regere & providere contendite. Speculatores nuncupamini: ut in altiori virtutum gradu, sanctitate & intellectu vosmetipsos erigere, ut carnalibus desideriis superatis, contra mundanos impetus & nequitias spiritales viriliter possitis pugnare. Fidem quoque rectam (quod est fundamen-
tum omnium virtutum) corde firmiter tenete, & ore

prædicare , & lectioni , prout potestis , ardenter insistite , ac meditari in Scripturis sacris & divinis præceptis contendite . Orationi & psalmodia viganter incumbite : quoniam hæc sunt arma , quibus diabolus vincitur , & minister Christi in fide & bonis operibus solidatur . Prædicationis officium plebibus vobis commissis congruenter impendite , & bene agentes ad meliora verbo & exemplo invite . Pravos quoque & impios fortiter redarguite & repugnate , & sæculares pugnas , minas , atque terrores nullatenus formidate , & potius Deo quam hominibus placere contendite ; & quod aliis prædicatis , in vobis primo ostendite . Religionem & sanctitatem , castitatem atque munditiam praे omnibus habere corde & corpore studete : ut idoneos Christi ministros vos ipsos ostendere , ut exemplo sanctitatis & religionis ad servitutem Christi alios possitis instruere : sique munditia , & nitor sanctæ conversationis , atque omnes in commune virtutes in vobis resplendent , ut si minor sit in vobis doctrina quam deceat , munda & sancta conversatio subjectos vestros ad bene agendum informet ; & quod verbo & prædicatione non valetis , exemplo totius bonitatis doceratis : quoniam cuius vita despicitur , restat ut ejus prædicatio contemnatur . Caritatem fraternalam amate , & hospitalitatem diligite , & per sæcularia negotia turpiter nolite discurrere , ne videatur in vobis ministerium sacrum vilescere . In reprehensibiles vos in omni conversatione & actu exhibete , ne nomen Christi in vobis possit blasphemari . Quæcumque iniqua vel inhonesta , aut certe periculosa in gregibus Christi vobis commissis , in potentibus & nobilioribus , & in minoribus & pauperibus , in masculis sive in feminis conspicere & intelligere potestis , sine favore aut aliqua personarum acceptione ostendere eis contendite : & unicuique pec-

cata & iniquitates suas absque tarditate & negligencia , vel certe verecundia annuntiate , & de omnibus sceleribus suis consilium congruum eis praebete , & scientiam Domini nobis omnibus committantem, per omnia formidate : *Si non annuntiaveris, inquit, iniquo iniquitatem suam, animam ejus de manu tua requiram.* & item : *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem.* &c. Pænitentibus etiam , qui vagabundi per sacerdotalia negotia discurrunt , quasi nihil mali gesserint , peccata sua ostendite ; & ut in uno loco morantes dignos pænitentiæ fructus faciant commonete, annuntiantes eis verissime , quod pænitentiam & militiam sacerdotalem pariter non possunt agere.

O vos quoque laicis ordinis viri, monere desidero ; & annuntiare vobis ea quæ ad salutem vestram pertinent cupio: quoniam periculum animarum vestiarum valde formido , & pro vobis omnibus rationem Deo redditurum me esse cognosco. Sunt namque vitia & peccata , per quæ diabolus mortales seducit; & ad hoc assidue laborat , ut eos secum ad infernum detrudat, & morte perpetua damnet : id est cupiditas, superbia , homicidium , adulterium , sacrilegium , fornicatio , rapina , perjurium , falsum testimonium , invasiones rerum ecclesiasticarum , dehonorationes Sacerdotum; juramenta illicita, maledictiones pessimæ , conspirationes iniquæ , detractiones , susurrationes , discordiæ , invidiæ , odia , ebrietates , inhonesta lucria , judicia injustæ , mensuræ inæquales , amicitiæ per sacramentum promissæ & violataæ , res ecclesiasticae ab ecclesiis subtractæ , & in proprias redactæ ; pecuniae & nonæ ab ecclesiis , quibus debitæ sunt , subtractæ , & multa alia , quæ Dominus & Redemptor noster prohibet , & diabolus hostis & inimicus noster suadet. Hæc vero vitia & peccata in tantum sunt gravia , ut cum instigante diabolo perpetrantur.

homines à Deo separent, & hereditatem cælestem ac vitam perpetuam auferant, & facientibus inferni flamas & cruciatus adquirant. Et ideo, dilectissimi filii, obsecro ut recurrat unusquisque ad conscientiam suam, & diligenter requirat qualis sit, vel quæ in pueritia, in adolescentia, in juventute, in omni ærate sua gessit: & si quis se homicidam, adulterum, sacrilegum, fornicatorem, perjurum aut falsum testem viderit, ad Deum & matrem Ecclesiam confugium faciat, & Confessionem puram de omnibus iniquitatibus suis Sacerdotibus donet; & pænitentiam suscipiat, & verissime eam adimpleat: & quod iniquè gessit, eleemosynis, jejuniis, orationibus, abstinentia, & ceteris bonis operibus delere & redimere satagat: quoniam nisi hic, dum tempus & locum habet, emendare studuerit, regnum Dei, testante Apostolo, habere non poterit. *Nolite itaque, ait Apostolus, errare: Neque homicida, neque adulteri, neque sacrilegi, neque perjuri, neque rapaces, neque masculorum concubitores, neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebunt.*

Monemus & eos quorum dissensione & discordia hæc regio vastata, & multis miseriis afflita, & pæne adnullata est, ut peccatum & iniquitatem suam recognoscant, & quæ impie & crudeliter egerunt, ad mentem semper reducant, & sint eis omni tempore in lamentum & singultum & velamen oculorum suorum, & pænitere ea studiosissime contendant, ac redimere se eleemosynis, jejuniis, orationibus, & aliis operibus Deo acceptis satagant. Similiter & eos qui res ecclesiasticas quondam invaserunt, aut modò sine voluntate eorum, quibus debitæ sunt, retinent, ut relipiscant & pænitentiam pro sacrilegio agant; & Deo, & ecclesiis, quas læserunt, satisfacere studeant. Eos quoque monemus, qui leviter plurima sacramenta jurant, & no-

men Dei atque sanctorum ejus in vanum assumunt, vel sine reverentia maledicunt, ut se ab hoc peccato abstineant, & quod nimis odibile sit agnoscant, dicente Scriptura: *Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non recedes de domo ejus lepra.* &, sicut supra dictum est, *maledici regnum Dei non possidebunt.* Monemus etiam judices, ut juste judicent, & recta judicia terminent, & timorem Dei semper ante oculos habeant: scientes quod & ipsi Deum judicem habebunt, & ipsi à Deo pro omnibus judiciis suis, dictis, & factis judicandi sunt. Ipse enim præcepit: *Nec accipias personam pauperis, nec honores vultum potentiss.* Non declines ad dexteram, sive ad sinistram: justè judica proximo tuo. Caveat etiam unusquisque, ut falsum testimonium nullatenus proferat, quia scriptum est: *Testis falsus non erit impunitus.* Audivimus quoque duplices mensuras apud vos esse, & majoribus ad emendum, minoribus ad vendendum... quod rogamus ut corrigitis, & justam atque æquam mensuram omnes in commune habeatis secundùm præceptum Domini dicentis: *Sit tibi equus modius, ius/ usque sextarius.* Ab usuris etiam vos abstinet, scientesque hoc non leve peccatum esse, cum dicitur in Lege: *Ad usuram non facerabis.* Negotiationes verò qua in mercimonii hant, sine sacramentis & perjuriis satagantur; & unusquisque caveat, ne fratrem suum aliqua fraude ibi decipiatur. Ipsas verò amicitias nolite per sacramenta, sicut nunc usque aliquos fecisse audivimus, firmare: quoniam illud sacramentum numquid sine peccato poterit esse. Nullum quoque sacramentum quisque alicui juret, nisi Seniori suo debitam fidelitatem secundùm consuetudinem promiserit, aut legalia & legitima sacramenta juraverit.

Sacerdotibus vestris, sicut Dei ministris, debitum

honorem impendite; & si fortè illos in aliquo læsistis, satisfacere studete: si verò & ipsi aliter quam decet egerint, nolite eis detrahere; sed aut per vos ipsos, si potestis, illos corrigite; aut magistris eorum, vel certè Episcopo vestro ea quæ de ipsis veraciter scitis humiliter nuntiate. Ecclesiam Dei, in quâ Baptismum accepistis, Confessiones vestras donatis, penitentiam suscipitis, prædicationem auditis, & alia percipitis unde salvi esse potestis, diligenter honorate; & ad ecclesiam sapissime cum oblationibus vestris concurrite, ibique pro vobis orari rogate. Munera quoque pro ecclesiis dandis nullatenus exigere, & manere vel morari ibi cum uxoribus vestris nolite.

VULFADI
EPISTOLA.

Conspiracyes & conjurationes contra Regem aut Principes, aut certè contra vos ipsos monemus ut nullo modo agatis: quoniam & hoc grave delictum, & divinis atque humanis legibus valde prohibitum est. Detractiones itaque & susurrationes inutiles à vobis repellite, & nolite ulterius eas ullo modo age-re: quoniam, sicut scriptum est, *Qui detrahit, semet ipsum & audientes occidit.* Odium in corde nullo modo retinete: quoniam, sicut in epistola sua Johannes Apostolus ait: *Omnis qui fratrem suum odit, homicida est.* Invidiam & discordiam procul à vobis re-pellite: quoniam discordantium & invidorum obla-tiones & munera Deo non sunt accepta: nec aliter oblationes nostræ in ecclesiis recipi debent, nisi prius à cordibus hoc verissimè ejeceritis.

De eleemosynis quas ægrotantes vel morientes proximis, vel amicis commendant, rogamus vos ut fideliter ipsi qui ea suscipiunt distribuant; sicut ipsi volunt ut & alii pro se faciant: & agnoscant se, si bene egerunt, remunerationem à Christo perceptu-ros: si aliter, rationem Deo proinde reddituros. Divinum judicium terribiliter eos condemnat, qui aliorum eleemosynas fraudant. Ita enim in Canoni-

VULFADI
EPISTOLA.

bus legitur : Fraudatores eleemosynarum fratum anatemizantur. Si qui vestrum cognoscant parentes suos de rebus ecclesiasticis abstraxisse, aut per vim vel malum ingenium eos vel hereditates pauperum, vel munus parentum abstulisse, & suis rebus junxisse; misereantur obsecro animabus eorum, & restituant ecclesiæ quod injuste abstraxerunt, & reddant hereditibus quæ illis injuste abstulerunt : scientes verisimè, quod quamdiu ipsæ res à Ise, aut à quibuscumque aliis retentæ fuerint, illi qui hæc fecerunt hereditatem in regno Dei habere non potuerunt.

Monemus etiam potentes, ut familias suas proprias, vel certe ecclesias sibi commissas, secundum timorem Dei bene regere & gubernare studeant: scientes quod & ipsi, quamvis potestate minores sint, fratres eorum sint, ut & ab aliis eos defendant, & ut misericorditer eos videant, neque in mensuris, neque injustis redditibus sub aliqua occasione opprimant. Vos quoque pauperes minus potentes monemus, ut dominis vestris subiecti sitis, & fideliter eis servatis, & quod debetis sine fraude in veritate eis reddatis: scientes quod & ipsi super vos à Deo ordinati sunt, & vos illis subiecti esse debetis. Monemus etiam eos qui res ecclesiasticas beneficiario jure possident, ut nonas & decimas ecclesiis reddant; ex quibus ipsæ res esse videntur, & amplius ea nullo modo retineant, ne fortè sacrilegium incurrant.

Viri uxoribus ad tempus debitum reddant, & nullatenus se aliis pollutionibus maculent. Uxores similiter viros suos diligant, eisque in omnibus placere studeant, ne (quod absit) ad alia facinora impellant. Et utrique caveant, ne per commixtionem corporalem immundi & illoti ecclesias ingrediantur. Monemus quoque de incestis, ut nullus se cum proxima sua, vel cum proxima uxoris sue se commisceat: quoniam turpisimum & à Deo prohibitum est. Illud etiam

etiam adtentissime caveat , ne pudicitiam filiae suæ , aut neptis , aut propinquæ , maxime uxoris suæ , pro gratia alicujus mortalis hominis ad violandum tradat , aut consentiat , ut castitas eorum aliquo modo aut ingenio , nisi legitimo conjugio , corruptatur .

VULFADI
PISTOLA.

In tribus etiam festivitatibus anni , Nativitate Domini , Pascha , Pentecoste unusquisque mundus ad ecclesiam veniens communicet , exceptis his qui in publica pænitentia sunt : quoniam nisi his tribus sollemnitatibus communicaverit , non inter Christianos habitare debet . Videat ergo unusquisque , ut digne & mente & devote Communionem Christi percipiat : etenim qui corpus Domini & sanguinem indignè sumit , judicium sibi manducat & bibit . Consulimus itaque precamurque feminas nobiliores , & alias quascumque , ut filios suos proprio lacte nutriant , & nullatenus ancillis aliis ad educandum tradant .

Curate ergo , dilectissimi filii , ut hoc quod pro salute vestra scribimus , adtente & diligenter animo comprehendatis , & de omnibus his sollicite caveatis ; & in quibuscumque vos deliquisse cognoscatis , emendare tota intentione satagatis , né in æternum (quod absit) infelicer pereatis . Mementote ubi sunt patres vestri , ubi sunt Reges vestri , vestri Principes , vestrae potestates , & omnes quisæculum amaverunt : & scitote , quoniam vos omnes citissimè morituri estis , & post hanc vitam nihil boni habulti , nisi bonis operibus promerueritis . Mortem præcor , dilectissimi , ante oculos semper habete , & quid post mortem facturi sitis cogitate , & ne mortem timeatis providete : quoniam nulli bono mors nocere potest . Christum redemptorem vestrum totis viribus diligite , & proximos vestros sicut vosmetippos amate , & Ecclesiam Dei honorate , & dictis ac prædicationibus sanctorum virorum obedite , & ad

Vet. Analect. Tom. IV.

Qq

paradisi gaudium & societatem sanctorum venite festinate : ad quorum societatem divina Trinitas & indivisa unitas vos perducere , & gratuita miseratione protegere , consolari , & benedicere dignetur Deus noster , qui vivit & regnat per omnia seculorum , amen.

I N C I P I T

L I B E R c u j u s d a m R E Q U I R E N T I S
& respondentis ,

S E U

AUXILII LIBELLUS.

Super causa & negotio Formosi Pape.

PEtis à me responderi tibi super Formosiana calamitate , utpote ignarus veritatis. Quod respondeam non invenio : totum enim responsum est. Verborum enim copia frustra perstrepere vitium est , præsertim cum epistola brevi verbo clausa responderit dicens : *Si quis aliud evangelizaverit, etiam Angelus de calo veniens, præter id quod est, anathema sit.* Jam enim pudet fatuitatis. Quid igitur prodest tot membranas occupare , & de exemplaribus plenariis cotidie capitularia in tòmis transferre : cum desit auditorium , insuper alto sopita aspis jaceat somno gravique litargico adeo pressa , ut nullo queat excitari sono ? Illis itaque hoc agere competit , quibus est commissum magisterii remigium : illi debent audire , quatinus usque ad sanguinem resistant. Ego autem vitis & stupida ovis , debeo audire dicentem : *In patientia tua possidebis animam tuam.* & iterum : *Cultus justitia silentium.* Paulus igitur cum esset vas

electionis , magister Ecclesiae , non ab homine , sed ab ipso Deo in Apostolatu electus , non se estimavit competentem volanti Mago imperare , sed dixit : Tuum est Petre imperare , meum autem orare . Sic nimirum , sic orare nostrum est , ut dormiens Jesus in navicula exsurgat , & judicet causam suam . Ceterum victus tuo favore , neminem carpens , neminemque reprehendens , nullum certum tangens , distribuam tibi , te præsule teque judice , sub rhetorico fasmate actionales causarum voces , quarum intentione & repulsione quis sibi varietatis palmam adquirat , possis vigilanter discernere . Verum primum antequam in auditorium ingressus fiat , præ foribus paulisper vis artis aperienda est , ut locorum status finesque constitutionum facilius impetrantur , & hoc breviter . Re enim vera omnis orator brevitate gaudet . Unde sit brevitas in verbis , paucitas in sententiis , absolutio in singulis .

AUXILI
LIBELLUS.

Dicantur igitur principales status tres esse : an sit , quid sit , quale sit . Et an sit , ad quæstionem ut quæritur , Formosus : & quæstio est de illo . Quid sit vero , pertinet ad causam : ut quid fecit , unde quæstio est . Quale autem , ad conjecturam respicit . Inde ad controversiam quatuor constitutionum : ubi jam nunc dicendum quid inter hæc distet . Quæstio est conjectura ; conjectura autem , ambigua interpretatio : utrum sit aliquid , vel non , vel fieri potest : ut an Formosus sacrare post excommunicationem valuerit . Causa vero est , an justè fecerit . nasciturque ex quæstione causa , ex causa constitutio : unde sit quæstio ut videatur causa . Porro quætionum aut finitum , est aut infinitum . Finitum : an jure factum sit ; oriturque de certo factum : demonstratque personam quæ dicitur hypothesis . Omnis igitur res quæ ex hypothesi consistit , causa dicitur , cuius causa ita est diffinitio : Lis cum

Q q ij

cerra persona. Et hæc omnis res ex septem locis argu-
menta contrahit. Horum duo, quis, & quid, omnia
continent. Hypothesin itaque litem continet. Litium
autem duæ sunt voces, insimulantis & repulsantis:
quæ fiunt per ippophoram, & antipophoram. Sed de
hoc satis. Iccirco itaque ista prædiximus: quatinus
prænoscatur liquidiūs, quo argumento vocis alter
alterum jaculetur. Quocirca statuatur jam nunc certa
persona Formosi in medio, & causidicis*: si sicut ex
adverso civilibus alternantibus vocibus, per demons-
trativum tertium genus causarum experiatur veri-
tas, vel falsitas. Huc itaque Dialetica minime suc-
currit neutri: quia lis & controversia est, certaque
monstratur persona, ubi impossibile est ut quilibet non
succumbat. Age ergo suadeat infensor: & dissuadeat
actor. Ecce stat Formosus præsto.

Dicit INSIMULATOR: Hic Formosus Episco-
pus fuit excommunicatus. ACTOR: Fuit quidem:
sed absolutus.

INSIMULATOR: Minime. ACTOR: Abso-
lutes.

INSIMULATOR: Non quidem possibile fuit.
ACTOR: Si possibile fuit justè ligari, possibile est
& justè absolviri.

INS. Non igitur absolutus fuit: quia scripto &
juramento firmaverat. ACTOR: Licer malefactis
benefactis delere. Iste tamen priùs excommunicatus,
postea est absolutus.

INS. Quo pacto scis eum absolutum? ACTOR:
Eo scilicet quo tu excommunicatum. Auditur enim
tam verum, quam falsum nuntium. Ecce enim præsto
sunt Episcopi, quorum præsentia absolutus est.

INS. Excommunicatus, non absolutus fuit in-
quam. ACTOR: Unde fuit excommunicatus? Et
quia ex præpositio sequestrationem significat, com-
municare vero polissimum est: ambiguum sonat

* I. causi-
dicus.

unde excommunicatum aſteras , præſertim cùm ſex modi ſint divisionis. Unus autem generis in ſpecies , totum in partibus , vocem in propriis ſignificationibus , ſubjectum in accidentiis , accidentia in ſubjēcto ; accidentia in accidentiis. Hac voce sermonis ambiguum & amphibologicum illuſtra. Unde quia vitium in loquendo feciſti , ſupple quod minus dixiſti.

AUXILIUM
LIBELLUS.

I N S. Dico , inquit , iſtum Formoſum excommunicatum , ideſt extra communionem Epifcoporum ordinis repulſum. A C T O R : Majus eſt à collegio Christianorum excludere . quām ab officio Epifcoporum cellare. Et tamen ab eo quod majus eſt ad priſtinam venit veniam. Si enim quod gravius eſt & multo majus , reformari potest : id quod minus eſt , multo facilius recuperari potuit. Et quia potuit , procul dubio fuit. Absolutus igitur fuit. Ecce numeroſitas veritatis reſtium , quæ dicit ſe vidiffe , interfuſſe , & veraciter ita exſtitiffe. Sed pertinacia , etiamſi voluerit cælum & terram dicere non eſſe , poterit. Unde eſt illud : quia inſipiens in corde ſuo Deum non eſſe dicit. Mendacii igitur deſtruitur hīc moles à ſuis tribus ſpeciebus. Incredibile eſt itaque ut ſapientia totius mundi , Roma , excommunicatum quemlibet ſibi caput feciſſet. Imposſibile etiam erat , ut à quolibet vili homullulo tam vivida virtus ſenatum invadi potuiſſet. Unde percontrarium eſt , ut niſi absolutus & omnium placidus , æqua cunctorum voluntate ascendi potuiſſet.

I N S. Absolutus , inquam , fuit ? A C T O R : Abſolutus.

I N S. Dicis utique juſtè ? A C T O R : Juſte , an injuſtē , abſolutum probo.

I N S. Ergone abſolutus , ut habuiſſet facultatem ſua dimiſſa , ſuaque pérderē ſcandere ad primatum , quod ne fieret ſcripto juramentoque perpetuaverat ? tane hoc licitum ? A C T O R : Non equideſm.

AUXILIUS
LIBELLUS.

I N S. Qui ergo absolutus? ACTOR: Ascendit.

I N S. Dicis justè? ACTOR: Non.

I N S. Quare? ACTOR: Quia æternum firmaverat.

I N S. Etsi illicitè, insuper & hoc firmasse æternum assertis, quare ergo subiit? ACTOR: Ob utilitatem videlicet. Et quidem fecit; quia profuit, fecit: & hoc jure.

I N S. Superius concessisti factum illicitè; & nunc adstruis jure? Illicitè enim & jure, primus modus contrariorum: non habet medium. Si quippe illicitum fuit: jure non potuit. Quod si jure factum fuit: illicitum non exstitit. Unde contrarium sonat quod adstruis. ACTOR: Majus est plures pessimum dare, quam unum salvare. Quidquid igitur sit, in duobus sit: factis & dictis. Factum stat: dictum perambulat. Omnis itaque conjectura modos possidet tres: à causa, à persona, à facto. In hac igitur causa, hujus personæ voluntas est intuenda: ut amore liberandi patriæ excesserit dictum. Hic enim cum esset celebrior ea tempestate suis contribubibus nobilitate, in originalitate, graviorique omni probitate, & vidisset gentem suam patriamque humiliari ac dejectum pati: elegit zelo ductus potius mori, quam funditus rem publicam everti, & turpiter videre maculari. Et quia cunctorum hortatu egit; illicitum erat dimittere, multo magis ut patriæ se opponendo non occurreret, quam illicitum sacramentum, sese occulens, scrando, simul ipse cum patria & tota gente periret. Felix certe culpa, quâ cuncta redimuntur patria. Qui igitur pereundi subvenire potest, & opem non supponit: idem procul dubio auctor necis existit.

I N S. Illicitum quippe lex dicit, jurare & pejerare. ACTOR: Lex itaque è contra præcipit patriam defendere, & eum qui opem non tulerit punire. Legum

enim contrarietas plurima est. In eodem enim vetat, in quo imperat. Quæ talia utilitas reipublicæ se-
questrat. Verumtamen major est lex quæ vetat, quam
ea quæ imperat: quia cum vetat, reprimit ea quæ
injuste aut incaute vel insperate imperat. Si itaque
is qui pattiā perdidit, pœnam meretur: multo ma-
gis is qui defendit, maximis præmiis & praetoniis
dignus habetur. Si igitur filius Ecclesia fuerat; eam
discerpere & labefieri videns, pro viribus sese obniti
debetuerat. Alioquin tempore hostili omne jus, omne
que illicitum cavere quid est aliud, nisi pattiā per-
dere & necem inferre? Silent quidem leges inter
arma.

IN S. Illicitum enim jurare & noti observare sue-
RAT. **A**C T O R : Illicitum lex dicit, ut peregrinus mu-
rum civitatis ascendat, quod si fecerit, puniatur. Iter-
um lex dicit: Qui hostem ad murum conantem vide-
rit, & non se opposuerit, puniatur. Quidam vidi,
ascendit, profligavit, rejicit. Obmallatur *? Simi-
litèr lex erat in templo Veste marem non ingredi:
ingressus puniretur. Econtra lex: Qui viderit matri
inferre vim, & opem non tulerit, puniatur. Quidam
procul means, videntisque matrem vapulantem, in-
gressus opem tulit. Obmallatur ? Quocirca omnes
leges, omniaque jura, verba, promissionum sacra-
menta, ad commodum reipublicæ referri oportet. Ea
enim virtute ac sapientia majores nostri fuerunt. Ergo
in hoc quoque judicio define litteras legis & illicita
perpendere. Considera quid magis utile fuerit, unum
hominem jusjurandum servare, & caput mundi ruere:
an unum verbis excedere, & gentem & patriam sal-
vam reddere. Quod si omnes leges ad commodum
reipublicæ referri oportet: levius est malum, quam
pessimum. Bonum igitur malum, quod pellit pessi-
mum. Amplectendum enim est malum singulare, quo
pellitur generale. Siquidem mirum est spectaculum;

AUXILIUM
LIBELLUS.

* *Glossema*
interlinea-
re, morti
datur.

licitumque dicendum non illicitum, immo laudabile & venerabile, ubi malum finitum simplex superat duplex infinitum. Moderandum enim erat tempus. Omnis enim virtus utilis est. Moderatio autem virtus est. Moderatio igitur utilis est. Unde moderandum erat tempus secundum negotium. Porro si de lege contendis, satis sit dictum lege legem frangere, reipublicæ honestate & utilitate. Postremo id quod dictum est in eodem, & licet, & jure, divisio accidentium in accidentiis dirimit: quia ex eo quod illi illicitum, reipublicæ existit lictum & jure.

I N S. Convenio certe te, quia illicite esse supra concessisti, quia æternum firmaverat, quod ex parte utilitatis reipublicæ partim purgasti, videlicet utriusque legi imperanti & vetanti obtemperandum, satisfaciendo mihi. Si primum factum illicitum quantum ad eum pertinet, concessisti ex parte: quid de factorum factis adstruis? A C T O R : Factum esse in ascensione sedis ex parte licitum, ex parte dico illicitum. siquidem ex interiori & exteriori esse, unus est homo. Facta vero ejus absit ut opinentur irrita.

I N S. Cur igitur factum, & non facta? si illud, quare non ista? & si non ista, quare illud? A C T O R : Quia aliud est factum, & aliud facti factum. Et rursus aliud factum sequens factum. E tribus enim generibus factorum solum primum est in causa. Non itaque quaestio est de factis duabus posteris: sed de facto factorum.

I N S. Non inquam facta sequentia rata, si primum non fuit ratum, sed irritum. A C T O R : Non ita nempe. Esto licet quod ascendit prævaricabile: non tamen quæ post fecit, id non prævaricabile.

I N S. Quæ bona fecit non prævaricabile? A C T O R : Id profectò quod prædicavit, & sacravit.

I N S. Non inquam potuit sacrare. A C T O R : Ergo nec prædicare.

I N S. Potuit : sed in sua tantum redditus sede.
A C T O R : Si in sua concedis posse : necesse est ut & in aliena concedas posse ; licet, ut disputatum est, ex parte injuste. Unde primum factum dicat ex parte irritum, non tamen secundum : quia quod posse est, procul dubio pro libitu possibile est. Id enim quod dicitur posse, si est posse, sicut in licitis, ita & in illicitis dicitur posse. At si negas in illico Spiritum sanctum posse invitare : consequens est ut neges in illico coitu animam Deo posse mittere. Illicitum dico, qui qualibet occasione ad tempus sacratus est : sequestratus ab altari, & in ipso fervore sequestrationis fungitur officio. Nam eti actus aliquamdiu separatur à specie, non tamen posse. Potestas enim nulla ratione à specie disjungitur. Risibile namque, quod est posse, vivere & dormire, & cetera quae sunt speciei cohærentia, non quidem semper sunt in actu, cum sint in potestate. Si enim non perdit baptizatus baptismum, etiam eliminatus ab Ecclesia : quo pacto perdit sacratus, licet excommunicatus, Sacramentum suæ impositionis posse, nisi ad tempus obtemperando priori, ut paulo post absolutus iterum fungatur officio, sicut & baptizatus ecclesiae ingressum ? Est igitur posse : sed non in actu.

I N S. Non ego quod dicas consentio. **A C T O R :** Dic ergo quare ejus facta dannes, cum ejus facta ut primum factum obligatum scripto & juramento non sint ?

I N S. Ideo scilicet, quia quod non habuit, dare non potuit. **A C T O R :** Plane potuit quia habuit. Ideo habuit, quia ab Episcopis manuum impositionem accepit. Accepit autem & habuit, deditque quia potuit.

I N S. Quod inquam non habuit, dare non potuit. **A C T O R :** Dicis de potestate non habuit, an de actu, aut de utroque ?

IN s. De utroque. Neutrūm sine altero stat. Si enim perdidit officium, officium non habet. quod si non habet, jam dare minime potest. Perdidit quidem officium, ubi amisit potestatem & actum. **A C T O R :** Horreō valde cæcam tui similitatem, qui omisſa veritate stabilire niteris falsitatem. Naturale igitur est, ut per nota efficiantur notiora ignota. siquidem argumentum duas habet species, inclusam & expositam. Baptizatio autem in virtute Spiritus-Sancti fit, & datur remissio, & hoc semel. Rursus ordinatio sacrorum in virtute Spiritus - sancti ejusdem fit, & hoc semel. Qui si acciderit noxa ut excommunicetur: num quid nam dicendum ut excommunicetur ne sit Christianus, qui donum per Spiritus-Sancti gratiam accepert? Quod si unum donum per eundem Spiritum-Sanctum datum nullatenus potest evanescere, quomodo dicas aliud simile donum posse pelli? Antue suspicatur, quod non sit unus sanctus cooperans omnia Spiritus, cum prorsus unus sit Dominus, una fides, unum baptisma, unum sacerdotium. Quod si baptismum non anferri potest, procul dubio nec sacerdotium. Ab actu quidem per divinitatem segregari potest: ut tamen sacerdos in perpetuitate non sit, sicut baptizatus, minime potest. & sicut unum initium est, ita & possessio; similisque finis. Unde apparet, quia sicut baptizatus rebaptizari non potest: sic saceratus nullo modo resacrari potest. quod qui hoc contradicit, in haeresim Donatistarum ruit. Quod itaque per unum Spiritum-Sanctum fit, unum est, & non diversum. Alioquin si in baptismo confertur Spiritus, & non in sacerdotio; jam non est unum, sed potius diversum. Non enim accidentia sunt quæ accidunt & recedant, baptismum & sacerdotium, per excommunicationem, ut puta quodlibet accidens: veluti sapientia quæ recedit à subjectamente, aut dum desipit, aut dum oblitiscitur. Nec

quidem perduntur per segregationem potestatis , nec ullo modo nævum infectionis in se perpetiuntur , nec mutari ut sanctum non sint ; nec etiam ita elevluntur , ut sive ad malum , sive ad bonum , secundum illud acceptum Ordinis ordinati non judicentur. Quocirca necesse est ut concedas , sacerdotium ab accepto inseparabile , sicut baptismum. Aut si non , aliud esse donum baptismi , aliudque sacerdotii . quod dictu impium est.

AUXILI
LIBELLUS?

IN S. Dicit enim Innocentius , quia quod non habuit , dare non potuit. **A C T O R :** Dixit : sed non de catholico isto Formoso. Sed licet de quolibet dixisset Innocentius , si etiam de aliquibus nonnullis dixit haereticis ; econtra priora dixerat Leo & Anastasius. In humanis enim legibus pluritas vincit. siquidem in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Minus est enim unum excessisse , quam plures. Neque igitur in dando exemplo , nec unum , nec unus sufficit. neque ita quis ab haeretico baptizatus , ab ullo catholico rebaptizatur. Vide quia neque etiam haereticus jus Pontificis perdit : sed neque sacramentis. Etsi de haereticis hoc conceditur , quare non de Formoso , viro catholico & orthodoxo conceditur ? Is est profecto ille , qui in omni vita sua tantæ gravitatis forma exstitit , ut vinum non biberet , carnis gustum nesciret ; femineæ copulæ expers , octogenarius virginem suum corpus hominem exuens terræ commendaret. Ista etiam gentes Vulgarorum , vitam sanctitatis prædicatione confirmans , ut verus Apostolus ad fidem adduxit. Et cum tanta probitate prædicatus roto mundo ut alter lucifer illuxisset , vim passus in sepulcro , busta diruta , ossa fracta , uti quodam memphiticum , ejectus est extra publicum : cui tanto viro examinato ut autum , nil juvare potuerat scholæ clamantes : O parcite sepulco ! est nullum cum mortuis certamen. sed fuit in eo licitum , quod

Formosi
elogium.

libitum. Neque enim ipsis Apostolis datum est de mortuis præjudicare.

I N S. Quid igitur ? datur quod non habetur ?
A C T O R : Etenim datur.

I N S. Quidam itaque presbyter, utputa heri baptizavit, & ipse criminolus, qui dum baptizavit, peccatum originale dimisit ? A C T O R : Denique id approbo condescendendo tibi, quasi tuis assertionibus favens, tuæque parti adstans, non quidem ex ea parte veritatis qua sum defensor. Unde replica quæ dixisti.

I N S. Non inquam dico presbyter dimittit : quia nō omni nisi Deus dimittit. A C T O R : Concedo quia ita est : sed tamen Deus non dimittit, teste Ecclesia quæ dicit, nisi presbyter baptizaverit. Accedente quidem homine ad hominem, Deo ad mentem, ex duobus tertius remissionem recipit : tingente scilicet presbytero efficitur remissio : & quod non habet ex suo, portigit ex officio. Ecce qualiter dat id quod non habet.

I N S. Nemo inquam dimittit peccata, nisi solus Deus. A C T O R : Verum est, assentio : sed inspice Deum à Deo factum, videlicet ab essentiali accidentalem, quem factum honoravit eum sic, ut dare ei potestate ipsi filios etiam Dei fieri, daretque potestatem dimittere & retinere, solvere & ligare.

I N S. Sed non Formoso. A C T O R : Si perfecto odio odißes, mitius egisses. Unde antiquatum odium felle amaritudinis parvo stillicidio verborum dulciorari non potest. Nam si per impositionem manuum Episcoporum dari Spiritum-sanctum incredibile est, qua ratione vita animæ à Patribus tradita est ? Non rectè dicitur de uno credendum jure non posse, cum de omnibus dicatur æqualiter posse. Aut enim omnibus æqualiter erit posse, aut æqualiter omnibus non posse. Etenim credibile est per impositionem

manuum Episcoporum accipere Spiritum - sanctum. Quia vero Formosus, ut alii Apostolici, etiam & ab ipsis Episcopis manus impositionem accepit : & ipsius potestatis utique expers non fuit. Accepit autem. Igitur & dare potuit. Nam si non habuit , aut similiē impositionem non accepit ; aut si similis fuit, quia mutari non potuit : simili modo ut alii qui acceperunt , id quod acceperat simili conditione dare & potuit. Si illud fuit , & istud : quod si istud non fuit, omni modo nec illud. Fuit autem illud : ergo & istud. Si itaque ad stipularis quemlibet jure sacramento non posse uti , alterum jure sacrare ; fateris indubitanter Sacramentum alteratum existere. Unde requiro abs te , utrum jure in Sacramento alteratum sit dicere. Alteratum Sacramentum inquam appello , quidquid divinitus per ministrorum celebratur manus , utputa baptismum, impositio manuum, & cetera cælestia.

I N S. Nec spero. A C T O R : Quare?

I N S. Quia non est diversum. Cum enim diversum tribus fiat modis, materiâ, opere, utroque : quia Sacramentum neutrum est, alteratum non est. ACTOR: Gratum est quod asseris. Et quidem in hoc veritati obediens, pro me contra te dicis. Nam si Sacramentum neque aliud est, neque alteratum, quoniam nec genus, nec species distans à specie, nec accidens in eodem est; & nec quantitatem nec qualitatem habet, & nec augeri, nec minui, nec mutari potest, & ideo non esse diversum fateris , sed potius esse idem in eodem unum : qua ratione ergo dicis non potuisse Formosum ea uti accepta potestate , sicut & ceteri cum ceteris , cùm confitearis Sacramentum & Formosum suis in speciebus , etsi sint altera , non tamen alia, præsertim cùm omne aliud alterum, non tamen omne alterum aliud sit ? Paulus enim à Petro , etsi alter est , non tamen aliud est. Non quidem homo homine , equus equo , majus hodie est , nec cras erit.

Sic nimirum , sic , et si Sacramētum ob efficientem alteratum potest dici , non tamen neque alteratum in eodem ; quoniam Sacramētum Sacramento nec magus est hodie in eodem subiecto , nec erit cras .

I N S. Fateor me in hoc veritati cedere : verum quia invasor fuit , Apostolicus esse non potuit. ACTOR: Dictum est mendacio tria ascribi , incredibile , impossibile , & contrarium. Si igitur concessero invasorem fuisse , videbor turpitudinem reipublicæ inferre : cum etiam contrarium videatur incredibile & impossibile esse , ut ab uno tantillo homuncione tanta sublimitas , tanta majestas , caput mundi subici , & invadi quivisset. Quod si ita fuisse defendis , procul-dubio prudentiorem , sapientiorem , utilioremque cunctis ostendis : ac per hoc dignum eum singularem ascendere ad culmen patescet , dum unus contra omnes potuit , quod omnes contra unum nequierunt. At si concessero illum fuisse invasorem , probabo illius sceleris plures existisse consortes. Quod si tu inquam dixeris Episcopum illicitum esse scandere ad Papatum : pavendum est ne irritum dicas M A R I N U M , & ejus factum. Quocirca scito & animadverte , quia vincere quidem bonum est , supervincere autem nimis est invidiosum.

Præterea consequens est jam , ratioque exposcit , quatinus per anacephaleos in dictorum finis recensendo claudatur. Propositum enim est , excommunicatum Formosum Episcopum fuisse : sed probatum est , abso-lutum. Dictum est , licet absolutum , ad aliam sedem nullatenus posse migrare. Concessum est primum fac-tum : et si illud irritum , sequentia tamen esse facta nullo modo irrita posse. Innocentius econtra objectus est : Anastasius Leo & Gregorius ex adverso clamantes , etiam hæreticorum ordinationem sanciunt irri-tam nullatenus esse. Subjectum est , non potuisse date quod non acceperat : probatum è contra est : quia

sicut baptismus etiam delinquentibus non auferitur : sic donum sancti Spiritus quod semel datur per manuum impositionem , nec auferri potest etiam delinquentibus à potestate : & licet aetu , sed non potestate. Age ergo , vide qualiter absolutus , insuper per impositionem manuum Episcoporum habuisse posse sacrare , dare , & totum pontificale munus peragere. Extremum convenio vos unum , quod me vehementissime movet : quia nullis suorum ordinatis , nec ordinatotum ordinatis ullo modo parcitis. Quare ab eis baptizatis indulgetis ? Et si illud non potestis , quomodo istud potestis , cum unum sit Sacramentum , unumque sancti-Spiritus donum. Sed de hoc satis.

Converte jam nunc tandem anima mea : fuge abscondere in tuae mentis armario. Etsi pauca sunt bona quae dixisti ; si qua in quibus errasti , precare doceri , deposce indulgeri. Tandem intra in cubiculum : fugiensque freneticorum gaudium , plange tuum mortuum : dicque & quis , immo cunctis : Tu autem Domine miserere nostri.

Syllogismus ab antecedentibus.

Si omnibus Episcopis una inest potestas : est & uno. Est autem omnibus una potestas. Igitur & uno.

Syllogismus à consequentibus.

Si non inest in omnibus Episcopis una potestas : nec uno. Est autem in omnibus una potestas. Igitur & uno.

Syllogismus à repugnantibus.

Non est omnibus una potestas : & non est uno. Est autem omnibus una potestas. Igitur & uno.

Syllogismus à disjunctibus.

Aut inest ordinationi Episcoporum unitas, aut diversitas. Est autem unitas. Igitur non est diversitas.

Quintus modus.

Aut inest ordinationi Episcoporum unitas, aut diversitas. Non inest unitas. Igitur inest diversitas.

A D N O T A T I O.

Celebris fuit quondam controversia de causa Formosi Papæ, qua duobus maximè capitibus constabat. Primum est, an canonica esset ejus promotio in sedem Romanam: alterum, an ordinaciones ab eo tum factæ validæ essent habendæ. Consequens pendebat ex priori, cuius dubitatio ex triplici ratione perebatur, nempe quod Formosus, antea Portuensis Episcopus, ab Iohanne Papa VIII excommunicatus, & ad laicam communionem redactus fuisset: deinde quod profugus jurasset numquam se Romanam redditurum: tercio quod à sede Portuensi in Romanam esset translatus. quæ translatio ecclesiasticis regulis, Romanisque moribus contraria erat.

Non defuere tamen, qui Formosi patrocinium tunc suscepérunt, quos inter Auxilius quidam Francus, (sicutum an verum nomen) sed in Italia degens, & à Formoso ordinatus, duos in ejus defensionem libros scripsit. Prior capita quadraginta, posterior triginta duo complectitur, cum epistola pravia ad Leonem Nolanum Episcopum, cuius rogatu istud opus suscepérat. Hanc epistolam cum indice triginta Capitulorum prioris libri illustrissimus Cardinalis Baronius in Appendice tomis xii. inseruit: utrumque librum integrum edidit Iohannes

Johannes Morinus in parte 2 de sacris Ordinationibus à pag. 348.

FORMOSI
LIBELLUS.

Posterior liber exstat in ms. codice Fiscamnenſi, cai loco prioris à Morino editi pramittitur Dialogus hic editus, quem ejusdem Auxiliis esse non dubito. Descriptum ex eo codice Dialogum ad me transmisit noster Julianus Bellasius, eumque in publicum proferre viſum est, si quid conferat ad obscurissimi temporis controverſiam illuſtrandam.

Auxilio in laudes Formosi Papa consentit Frodoardus, cùm in historia sua, tum in libro metrico de Romanis Pontificibus, cuius libri magna pars typis vulgata est in parte 2 Saculi terii Benedictini, ubi de Formoso hac inter alia leguntur.

Præſul hic egregius Formosus laudibus altis
Evehitur: castus, parcus ſibi, largus egenis:
Bulgaricæ genti fidei qui ſemina ſparsit.
Delubra deſtruxit, populum cæleſtibus armis
Inſtruxit, tolerans diſcrimina plurima, promitus.
Exemplum tribuens, ut ſint adverſa ferenda,
Et bene viventi metuenda incommoda nulla.

At Formosum non ita culpa experiem fuiffe contendit Morinus, quin Stephanus VI probabilem in eum mortuum ſeviendi cauſam habuerit. De hoc aliis judicent.

Animus erat hic ſubjicere nonnullas epiftolas Bernonis Abbatis Augiensis, qui alio nomine hactenus ignorato QUODVULTDEUS appellatur; Gerhobi Canonici regularis ad Innocentium II contra Clericos ſaculares; tum Frovini Abbatis de Monte Angelorum apud Helvetos Prefationem ad libros de laude liberi arbitrii, adverſus quorundam errores & novitates: quibus in libris quacumque ad Gratiam perteſſent, ſolidè perirrac-tat: ſimulque ejusdem Prologum ad librum de Oratione Dominica. Sed ab his aliisque temperamus in praefens, ne bujus voluminis moles nimium crescat; addiſuri ſolummodo quod ſequitur.

Vet. Analect. Tom. IV.

R r

VARIAE OBSERVATIONES.

Ex mss. codicibus Germanicis.

I.

IN Panistiali Rabani apud Sievertium edito, occurrit quoddam glossema & quidam hiatus in cap. 33. quod utrumque clarissimus Baluzius ex conjectura sanare curavit. Id vero perficere juvat ope duorum veterum codicum, quorum unus est monasterii S. Galli, scriptus ab annis circiter sexcentis: alter est eruditissimi Antonii Fausti Doctoris Sorbonici, qui nobis cum pro sua humanitate communicavit. In utroque inscribitur EPISTOLA HRABANI ARCHIEPISCOPI AD HERIBALDUM ALCEDRONENSIS ECCLESIAE EPISCOPUM, uti hunc titulum Baluzius restituerat. Sic autem contextum capititis 33 exhibet codex sancti Galli.

Quod autem interrogasti, utrum AT@CYPAKYH postquam consumitur, & in secessum emittitur more aliorum ciborum, iterum redeat in naturam pristinam quam habuerat, antequam in altari consecratur: superflua est hujusmodi questio, cum ipse Salvator dixerit in Evangelio: Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. C A K P A M H N O Y ergo siroproc & siniugnas iñd. ex rebus visibilibus & corporalibus conficitur: sed invisibilem tam corporis quam animæ efficit sanctificationem. Quæ est enim ratio, ut hoc quod stomacho digeritur, & in secessum emittitur, iterum in statum pristinum redeat, cum nullus hoc umquam fieri assenserit? Nam quidam nuper de ipso Sacramento corporis & sanguinis Domini non rite sentientes dixerunt, hoc ipsum esse corpus & sanguinem Domini quod de Maria Virgine natum est,

& in quō ipse Dominus passus est in cruce , & re-surrexit de sepulcro. Cui errori , quantum potuimus , ad Eigelum Abbatem scribentes , de etioproc opsi quod verè credendum sit aperiūimus.

O B S E R V.
EX MSS.

En integer locus ex codice Gallensi : nisi quod duo vocabula ex alio addidimus , ex quibus sensus planior efficitur : unum ad hac verba . Sacramentum ergo , cùm in Gallensi legatur , Sacramentum est. alterum ad ista , dixerunt hoc ipsum esse , ubi r̄t̄ esse ; quod in Gallensi subintelligendum est , rectius exhibet codex posterior Antonii Fausti . In utroque porro deest glossema illud , quod in editis ante Baluzianam correctionem post hæc verba , & in secessum emititur , legebatur in . hunc modum : Ista sententia contraria est sententiis Clementis Papæ , & aliorum multorum sanctorum Patrum , qui dicunt , corpus Domini non cum ceteris communib[us] cibis per aqualiculos in secessum mitti . quod merum esse glossema recte vir sagacissimus adverit.

In codice sancti Galli quadam occurrunt barbara vocabula que cùm in aliis forsan codicibus occurrisserint , varia interpretationi locum dederunt , qualis in posteriori codice habetur. Ideo verò sancti-Gallensi potius usus sum , ut hujs loci explicatio possit esse documento ad similes explicandos. Hesimus , fateor , aliquamdiu in evolvendis illis tricis , ut OEdipo hic opus esse crederemus. Sed tandem vera lux nobis Deo dante effulgit , animadvertentibus , pleraque illa inverso maledogi debere , prater secundum vocabulum quod literis gracie recto ordine scriptum est. Sic itaque lectio instituenda. ΑΥΘΟΡΑΚΗ , inverse litteras , & invenies , Eucharistia , ut in editis: pro quo codex posterior reposuit . Corpus Christi & Sanguis , non ita recte , cum Eucharistia etiam symbola imponet , ex menie auctoris. Secundo ΚΑΚΡΑΜΗΝΤΗ , id est Sacramentum. Quod sequitur , siroproc & siniugias iñd. lege

R t ij

OBSERV.
EX MSS.

inverso modo singula, & ex his ista lectio consurget, corpus & sanguinis Domini. In fine, de eroproc opsi, secundum eundem modum ita reddi debet, de corpore ipso, & sic omnia plana erunt. Fortasse similis exemplari usus est Stevartius, qui vocabulum iñd. putavit idem esse atque id est, quod sensum aliquo modo interturbabat. His ita restitutis, non erit necesse quidquam addere ad illa verba, & resurrexit de sepulcro, cum satis ista, qua vir doctus supplenda existimaverat, subintelligantur, nempe idem esse quod sumitur in altari. qua verba ab uiroque codice absunt, nec vero sunt modo ad rectum sensum necessaria.

Neque dissimulare licet, in codice posteriori quadam paullo aliter legi quam in codice S. Galli, hoc nempe modo: Quæ est enim ratio, ut hòc quod stomacho digeritur, & in secessum ut stercus emititur, &c. Verum duo panultima verba, qua tum in codice sancti Galli, tum in editis desunt, adjecta fuisse vix dubito.

Affine est quod legimus in codice Salemensi, ante annos septingentos excarato: in quo vulgatus Bertrami de Eucharistia liber, quem nonnulli Johanni Scotto tribuendum voluerunt, hanc inscriptionem prafert: Incipit liber Ratramni de perceptione corporis & sanguinis Domini ad Karulum Magnum, id est Calvum, qui nonnumquam Magnus dicitur est, ut alias demonstravi. Tum liber incipit: Jubes gloriose Princeps, ut quid de sanguinis & corporis Christi mysterio sentiam, vestræ magnificentie significem, &c. Et in fine: Explicit liber primus Ratramni de corpore & sanguine. Domini. Incipit secundus de Praedestinatione ad eundem. Domino glorioso, &c. Confer Saculi 4 Benedictini Prefationem primam.

II.

In eodem, ni fallor, sancti Galli codice, in quo Panitentialis Rabani reperitur, exstant fragmenta que-

dam aliorum Penitentialium, nempe Vinniani, & Cummeani Abbatis Scotti. eo modo quo sequuntur.

OBSERV.
EX MSS.

PÆNITENTIALIS VINNIANI. Si quis in corde suo per cogitationem peccaverit, & confessim pænituerit, percutiet peccatum suum, & petat à Deo veniam & satisfactionem ut sanus sit. Si autem frequenter cogitaverit, & dubitet facere, aut vixit, aut tunc vietus fuerit, petat à Deo veniam per orationem & jejunium diebus & noctibus, donec evanescait maligna cogitatio, & sanus sit. Si quis cogitaverit, & voluerit facere, sed facultas prohibuerit eum unum peccatum, sed non eodem pænitentia: v. g. Si fornicationem voluerit aut homicidium, quia effectus non explevit voluntatem, jam peccavit in corde suo, sed celeriter pænitere potest, ... adjuvari pænitentia ejus. Ipsa est dimidium unum. Per mensuram (lege mensem...) & annum totum abstineat se à vino & à carnibus.

CUMMEANI ABBATIS in Scotia orti. De remediis vulnerum secundum priorum Patrum definitionem dicturi, sacris tibi eloquisi, mi fidelissime Frater, antea medicamina compendii ratione intimemus. Prima itaque est remissio, quâ baptizamur in aqua... Secunda remissio caritatis... Tertia elemosynarum fructus... Quarta profusio lacrymarum... Quinta criminum confessio... Sexta afflictio cordis & corporis... Septima emendatio morum... Octava intercessio sanctorum... Nona bona misericordiae, & fidei meritum... Decima conversio & salus aliorum... Undecima indulgentia & remissio nostra... Duodecima passio martyrii. *Is est Cummeneus Albus; qui septimo seculo floruit, scripsit que vitam sancti Columbae Abbatis Hienensis.*

III.

In tomo primo Analectorum edita est Disquisitio de R. r. iij

O B S E R V .
EX MSS.

Bede commentario in Paulum ex scriptis Augustini: quem commentarium alium à vulgato inter opera Bedæ, atque ineditum esse contendimus: vulgatum autem Floro Diacono Lugdunensi tribuendum. Nunc verò celare non debeo, quid in sancti Galli Bibliotheca super hac re invenerimus. In tribus voluminibus tota continetur expositio Bede adscripta, sed sub nomine FLORI PRESBYTERI. Codices scripti sunt ab annis octingentis, ut probat ipsa forma litterarum Carolina. Et quidem apud Raterium monachum de casibus monasterii S. Galli, cap. 10 inter libros, quos Harmotus Abbas (is Grimaldo successit anno D C C C L X X I I) describi curavit, recensentur. Collectanea Flori Presbyteri de voluminibus sancti Augustini in epistolam Pauli ad Romanos. Idem titulus legitur in alio codice, in quo habetur expositio in priorem ad Corinthios. Hic Presbyteri titulus fortasse Trithemium movit, ut Florum hunc distingueret à Floro Diacono Lugdunensi. Quinquam non dubito, Florum horum commentariorum auctorem haud alium esse à Lugdunensi, qui similes in Paulum expositiones ex duodecima aliis Paribus contexuit, excepto Augustino, quem quia ejus doctrinam mirifice colebat, ab hac sedulitate indubie non exclusit. Florus notatur inferius in indice societatum monasterii Augiensis.

I V.

De auctore sermonis, qui quotannis in festo Sanctorum omnium legitur, non est constans veterum librorum inscriptio. In vulgatis Bedæ tribuitur in codice Fulienium Parisiensem scriptio ab annis quingentis Rabano: at in sancti-Gallensi, qui annos sexcentos superat, ita inscribitur: In festivitate omnium sanctorum sermo VV ALERIDI Abbatis, nempe Augiensis, cognomento Strabi seu Strabonis. Rabanus hujus sermonis fragmenta quadam refert in lib. 3 de

V.

In duobus magnis voluminibus bibliotheca Augiensis ab annis octingentis descripta sunt Homilia à Paulo Diacono digesta iussu Caroli M. ad quem hi versus initio premissi sunt.

Summo apici regum Regi, dominoque potenti

Dat famulus supplex verba legenda suus.

Ampla mihi vestro est humili devotio servo

Præceptis parere tuis, celeberrime regum:

Quem Deus omnireans Rector miseratus ab alto
Christicolum populis defensoremque patremque,

Sit licet effectus modicis pro viribus impar,

Ingens ardenti tamen est sub corde voluntas.

En justus Patris B E N E D I C T I mira patrantis,

Auxilio meritisque pii vestrique fidelis

Abbatis dominique mei, et si jussa nequivi

Explere ut dignum est: tamen ô pietatis amator,

Excipe grata ter, decus & mirabile mundi,

Qualemcumque tui famuli, Rex magne, laborem.

Quodque sacro nuper mandasti famine condi;

Nunc opus acceptans, rutilo comitare favore,

In quo si quid labis erit vitiique nocentis,

Illud vestra sagax nimium sapientia purget,

Utque legi per sacra queat domicilia Christi

Nullius titubante fide, si sensibus altis,

Enixe ut cupio, vestris utcumque placebit,

Firmum oro capiat vestra sanctione vigorem.

C A R O L U S Dei frætus auxilio, Rex Francorum &
Langobardorum, ac Patricius Romanorum, religio-
sis lectoribus nostræ ditioni subjectis. Cùm nos di-
vina semper domi forisque clementia, &c. ut in editis
Spira apud Peirum Drach anno 1482, & apud Ma-
thæum Cholinum anno 1557, & in tomo 1 Analectorum.
In editione Cholini præfigitur hic titulus: PAU E U S
D I A C O N U S.

R. iij.

O B S E R V .
EX MSS.

Utere felix	Carole Princeps
Munere Christi	Atque togate
Pluribus annis	Arbiter orbis
Luxque decusque	Dardanidæque
Magne tuorum,	Gloria gentis.

*Post superiorē epistolam in codice Angiensi legitur
hic tinctus :*

IN NOMINE OMNIPOTENTIS DEI IN-
CIPIUNT Omeliae sive tractatus beatorum Ambro-
sii, Augustini, Hieronymi, Leonis, Maximi, Gre-
gorii, & aliorum venerabilium Patrum, legendi
per totius anni circulum, tam in singulis Dominicis
diebus, quamque & in reliquis divinis festivitatibus,
id est Nativitate Domini, necnon Epiphania,
seu Pascha; Ascensione quoque Domini sive Pente-
coste, vel etiam festis Apostolorum, Virginum,
martyrumque seu Confessorum, jejuniorumque di-
versorum: quorum omnium ordine suo adnotatio
inferius continetur.

Hebdomada v ante Natale Domini.

Lectio sancti Evangelii secundum Johannem. In
illo tempore cum sublevasset oculos Jesus, & vidis-
set quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad
Philippum, &c. Omelia beati Augustini de eadem
lectione Miracula quæ fecit Dominus noster J. C.
sunt quidem divina opera, &c.

Hebdomada i v ante Natale Domini.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum. Cum
adpropinquasset Jesus Jerosolymis, & venisset Beth-
phage, &c. Omelia beati Johannis Episcopi. Pu-
to res ipsa exigit, &c. ut in editis.

Hebdomada i i ante Natale Domini.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum. Erunt
signa in sole, &c. Omelia beati Gregorii Papæ.

Hebdomada i i ante Natale Domini.

Lectio sancti Evangelii secundum Johannem: Cum

audisset Johannes in vinculis opera Christi, &c.
Omelia beati Gregorii.

O B S S R V .
EX MSS.

Hebdomada i ante Natale Domini.

Le^ctio sancti Evangelii secundum Johannem. Mi-
serunt Jud*x*i ad Ierosolymis, &c. Omelia sancti
Gregorii.

Homiliarium istud postea emendavit Alcuinus, ut
in ejus Elogio fusius exposui. Sed hoc in pramissio
Pauli Homiliario notandum, quod multa homilia in
vetustis illis codicibus defunt, qua subinde ab aliis
adjecta sunt, puta Herici. & quorumdam aliorum.
Deinde dies Dominicas Adventus non à prima, ut
modo, sed à quinta vel quarta ante Natale Domini
numerari. quod apud veteres in more positum fuit.
Tertio alia Evangelia quām quā nunc in duabus primis
assignari. De alio Homiliario veterissimo agemus in libro
de Liturgia Gallicana.

V I.

Codex quidam sancti Valdrici apud Augustam Vin-
delicorum continet expositionem in epistolas Pauli sub
hoc titulo & initio. Incipit expositio Benedicti in
epistolas Pauli. Dicta apostolica lecturi, montem
caelestis desiderare satagamus, &c. Ni-
hil continet notatu dignum. Codex est annorum circi-
ter septingentorum. An is Benedictus Anianensis?

V II.

Apud Augienses nostros occurrit Valafredi Ab-
batis expositio in psalmos lxxxi, incipiens à pri-
mo in hunc modum: Omnis scriptura divinitus in-
spirata veteris ac novi Testamenti ad imitationem
mediatoris Dei & hominum hominis Jesu-Christi,
&c. Tomus alter amissus videtur.

Prognosticon futuri sacerdoti, auctore Juliano Toletano,
bos versus pramisit in veteri codice sancti Galli.

O B S E R V.
S X M S S.Utere feliciter, SPASSANDE Papa,
Jugiter per sæcula longa.

Initio cujusdam codicis ejusdem monasterii de Computo, hac leguntur. Hoc etenim volumen condidi, antequam indignus VVINITARIUS Abba forem, meis ex propriis sumptibus egi pro tui Christe redemptor amore, &c.

VIII.

In alio codice S. Galli, qui ad annos nongentos accedit, post Regulam sancti Benedicti, nempe post hac verba. Deo protegente pervenies, amen, hac leguntur. Evidet sanctus Pater Benedictus qualitate... Ordinis paenitentiae modos instituit: sed unde de quibusdam causis intimavit dicens: Si quis hoc aut illud perpetraverit, disciplinæ regulari subjebeat. Ipsius quippe disciplinæ mensuram in arbitrio Abbatis judicandam permisit: quia dum qualitatis morum vel personarum innumerabilis est diversitas, potuerat eis fieri in arbitrium onerosa prolixitas. Etenim ipse per humilitatem spiritus precedentium Patrum disciplinæ auctoritatem recepit: quia, ut fertur, omnium sanctorum Spiritu plenus fuit. Igitur de ejusdem emendatione disciplinæ quorumdam verbis hic instituta subter inserta necuntur.

Post pramissa avulsus est quaternio: & in sequente qua leguntur: Haec est via, qua tendebat dilectus Domini sanctus Benedictus Pater multorum monachorum, cum in celum ascendisset. Istam viam nobis ostendit, & exemplum praebuit. Felices sunt qui sequuntur eam. Explicit Regula sancti Benedicti Abbatis. Initio Regula pramittuntur versus vulgari, Qui leni jugo, &c. magistri latens opus, &c. Adscripta est ubique versio Theotisca.

In codice sancti Vdalrici apud Augustam Vindelicorum, scripto anno 1510., post Regulam sancti Colum-

ant, & duos sermones ejusdem editos, item post Regulam sanctorum Pauli & Stephani, & Monita Porcarii Abbatis, Proverbia Evagriti atque Regulam Abbatis Pinusii, sequitur REGULA COENO BIALIS PATRUM DE HIBERNIA cum sequenti admonitione, que ad superiora illustranda conducere poterit.

INCIPIT PRAEFATIO REGULÆ COENO BIALIS PATRUM DE HIBERNIA. Evidem sanctus Pater BENEDICTUS in hac Regulæ qualitate ordinis pénitentiaæ modos instituit: sed unde de quibusdam causis, &c. ut supra. Subsequuntur capita Regulæ cœnobialis, id est Panitentialis Columbani, numero xv. INCIPIT REGULA cœnobialis Fratrum Hiberniensium. CAPUT i de Confessione ante mensam sive lectorem, &c. Statutum est „Fratres carissimi à sanctis Patribus &c. In fine, Explicit Regula cœnobialis Fratrum de Hibernia anno 1510 in Augia majori, proxima Bernhardi Abbatis. Ex his appareat, prefatiunculam illam, qua in codice sancti Galli per antiquo legitur, Panitentiali Columbani fuisse præmissam: ac proinde Panitentiale ipsum per modum supplementi Regule sancti Benedicti aliquando subjunctum ad definiendos variarum panitentiarum modos in iis maxime cœnobiosis, qua à sancto Columbanø ejusve discipulis instituta fuerant. Quod si hanc Prefatiunculam Columbanus ipse (quod quidem probari posse vellere) sua Panitentiali apposuerit, non dubium, quin Regulam sancti Benedicti aliquando sectatus fuisse, ejusque saltem Panitentiale ab initio fuerit appendix Regula Benedictina. At si ejus discipuli eam Prefatiunculam Regula sancti Benedicti tunc primùm apposuerint, quando hanc Regulam cum sua coadunarunt; manet semper eadem Regula & Panitentialis Columbani à Regula nostra distinctio primaria: que tamen non diu duravit, Columbani discipulis in unam cum nostris societatem.

O B S E R V . adjunctis. Hac Regularum unio ex sequentibus item
EX MSS. probatur.

I X.

In codice Augiensi , ab annis fere octingentis scri-
pto , continentur complures Patrum Regula , quarum
prima est Regula sancti Benedicti . Deinde sequitur
Regula Columbani x i v capitulis , quorum ultimum
est de mortificatione . Tertia est Regula sancti Au-
gustini : Hæc sunt quæ præcipimus observari , &c.
Quarta sanctorum Pauli & Johannis . Postea subse-
quuntur decreta Synodi Aquisgranensis anno D C C C
x v i i pro monachis celebrati . Tum Capitula Noti-
tiatum , de his in quibus præceptum Regulæ & con-
stitutiones novellorum Conciliorum acutius nos con-
siderare , & promptius exercere jussio imperialis
ammonet . Quæ Capitula edita sunt in Appendice
Baluziana ad Capitularia , & in Appendice nostra
ad primam partem Saculi quarti , ubi Capitula No-
vitarum legitur . Postmodum in codice Augiensi ha-
bentur item Capitula , qualiter observationes sacrae
in nonnullis habentur , quas bonaë memorie B E N E-
D I C T U S secundus in cœnobiosis suis alumnis ha-
bere instituit . Ut Patres cœnobiorum , &c. ut su-
perius edita sunt . Post hac , Excerptus diversarum
modus pænitentiarum , à Benedicte nuper Abbe
distinctus de Regula sancti Benedicti Abbatis . Plu-
rimi nequaquam pleniter intelligentes , &c. quæ in
quibusdam codicibus perperam Gregorio M. in aliis
sancto Bernardo Abbatis Clavevalensi tribuuntur . Idem
libellus sub nomine Benedicti Abbatis habetur in ve-
terissimo codice sancti Galli . Postea in Augiensi seque-
tur Epistola cum x i i capitulis quorumdam Fratrum
ad Auvam , id est Augiam , directis , quæ in utraque
prædicta Appendice edita sunt . Postremo post prosai-
cam Vettini visionem sequitur breve Martyrologium

& Necrologium. quod argumento est, *hec omnia quoniam apud Augiam in Capitulo legi solita fuisse.*

O B S E R V.
EX MSS.

Idem probatur ex alio codice sancti Galli, in quo post Confraternitates (ut vocant) monasteriorum & indicem Abbatum sancti Galli ab Ottmaro Abate primo, habetur Regula sancti Benedicti. Deinde predicta Regula sancti Augustini. Tum Regula Pauli & Stephani. Quarto Regula monachorum sancti Columbani Abbatis, ut supra. Quinto epistola sancti Columbani Abbatis: O tu vita quantos decepisti, &c. Sexto Regula cœnobialis Patrum quindecim articulis, Statutum est Fratres carissimi, à sanctis Patribus, &c. quod est Panitentiale Columbani. Sexto Regula Serapionis, Macarii, Pafnutii, & alterius Macarii. Septimo Annales breves sine auctoris titulo, qui Hepidanno in editis tribuuntur. Postremo sequitur Martyrologium breve cum Necro'gio.

X.

Pauli Diaconi epistola sub nomine Theodemari Casinensis Abbatis scripta ad Carolum M. impugnata est à Carolo Coincio in Annalibus, quasi suppositicia; sed à nobis vindicata in Praefatione prima ad Sacrum 4. Hac autem non solum refertur à Leone Marsicano in lib. 1 Historia Casinensis, sed & reperitur in membranis Gallensibus ante annos octingentos exaratis sub hoc titulo & exordio. EPISTOLA AD REGEM KAROLUM de monasterio sancti Benedicti directa, & à PAULO dictata. Propagatori ac defensori Christianæ religionis domino CAROLO... Theodemar exiguus, &c.

XI.

Expositio in Regulam S. Benedicti, qua in veterissimo codice nostro S. Benigni Divisionensi HILDEMARO monacho tribuitur, etiam habetur in duobus volumini-

O B S E R V .
EX MSS.

bus bibliotheca Augiensis. Primus est absque nomine auctoris, & desinit in capite x i. Secundus incipit ab expositione capituli x i v , & desinit in capite l x i. In verso primo folio vacuo hac verba leguntur: Incipit expositio Basilii Abbatis super Regulam S. Benedicti Abbatis primitus. Scriptura forma accedit ad annos octingentos. At in pluribus mss. Gallicanis expositio hac Hildemaro tribuitur, f. i. et que epistola ipsius Hildemari ad Ursum Episcopum Beneventanum, qua in expositione capituli 38 Regule integra refertur.

XII.

In optima nota exemplari bibliotheca sancti Galli, scripto ab annis fere octingentis, in quo Vita beati Germani Parisiensis Episcopi auctore Fortunato continetur, primaria manu descripta legitur Germani tum Abbatis retrusio in carcerem, facta per Episcopum Eduensem: quam a veterioribus codicibus nostris abesse notavi ad eamdem Vitam in Sacculo i. Benedictino. Id retractare visum est hoc loco, ne quid temere hunc vita detractum videatur.

In veteri codice Einsidensi, numero 59, exstat inter alias Vita S. Medardi Episcopi Noviomagensis sub hoc titulo & initio: VITA S. MEDARDI, COMPOSITA A SANCTO FORTUNATO. Incipit, Beatissimi Medardi Antistitis vitam, quæ per universum orbem &c. Desinit, qui speciale sollemnitatis hodie mundo praestitit ornamentum in Christo Jesu Domino nostro, cui est honor &c. ut in Spicilegii torn. 7. ubi suo auctori primum asserta est.

XIII.

Apud Cistercienses Salemenses habetur inter alias Vita S. Thruiberti, sub hoc exordio. Cum metita sanctorum recoluntur, &c. in cuius fine auctoris nomen designatur his versibus.

Has ERCHANBALDUS, Thrutberti martyris almi
Præsul, post cineres renovando struxerat ædes;
Tactus amore Dei, venerandos scribere sancti.
Actus non piguit: sed & id pro posse peregit.
Exaltare Patrem, consolarique colentes,
Hunc præferre loco, per quem locus iste sacratus.
Invitans populos, monachorum cultus amator,
Quos zelo, vi, virtuti simul arte peregit.

O B S E R V.
EX MSS.

Sub pede Thrutberti eia memento mei.
Spernere, mi monachi, talem nolite patronum.
O quicumque legis, liber est correctior iste.
Idem correxit, carmina qui posuit.

*Quatuor priores versus ex recentiori scriptura edidit
Henschenius in tomo 3, Aprilis, ubi S. Trudperis acta
vulgavit, illustravisse, testatus optare se, ut Er-
chanbaldi, quem Erganbaldum sribit, lucubrationem
recuperare sibi liceret. Exstat vero non solum in Sale-
mensi monasterio, sed in aliis quoque Suevia bibliothecis, at sine nomine auctoris. Non constat quo tem-
pore vixerit Erchanbaldus, qui Abbas fuit S. Trud-
peris monasterii, in Brisoia siti ad fluviolum Mun-
gam, unde aliquando inditum cœnobio nomen, diœc-
sis Constantiensis, hactenus Ordinis sancti Benedicti,
vulgo S. Hubrecht.*

X I V.

*Vita S. Leodegarii Episcopi Eduensis exstat in co-
dice sancti Galli ante annos octingentos metrice scripta
duobus libris, quorum alter vitam, alter miracula
complectitur. Prolegus ita incipit;*

Carmena plura nitent studio florente peracta.
*In alio codice Salemensi habetur Vita sancta Burgun-
dofara per Jonam, Columbani & Eustasi. actis sub-
juncta, desinitque in capite xiii. tum continenter
subjicitur Vita Bertolfi Abbatis Bobiensis, uti & in
codice S. Galli. At in codice Tegernsensi Burgundofara*

OBSERV. *elogium definit in capite xii, ut in Compendientiſi.*
 EX MSS. *Vnde apparet, caput xiv, in quo iii. Non. Aprilis obiisse dicitur, adjecticium eſſe. quod in ejus epitaphio & in sincero Uſuardi Martyrologio vii Id. Decemb. eveniſſe legitur. Attamen in predicto codice Tegernſenſi ita ejus Vita inscribitur: Vita sanctæ Burgundofare Virginis, quod eſt iii Nonas Aprilis.*

X V.

Ibidem in alio codice Vita S. Galli metrificè, anc-
tore (ut creditur) Vvalafrido Strabo ita incipit.

Promissi memor ecce mei, GOTZBERTE, quod olim
 Devovi, ad præſens solvete, care, volo.

Nihil continent singulare. Jodocus Mezlerus, ineunte
 hoc ſaculo ad S. Gallum Decanus, Vvalafrido hoc
 carmen abjudicat ob ſtili (ut putat) diſſimilitudinem.
 Attamen Ermenricus ſuperius pag 335 eam Vva-
 lafrido tribuere videtur his verbis. Voluit vero ille
 poëtico cothurno gesta beatissimi Galli comere: ſed
 morte præventus, vitam in vita finivit.

Eadem vita proſa oratione compoſita eſt duobus libris
 à Vvetino monacho, ſub hoc Prologo metrico.

Cum mundus per inania vertatur volitando.
 INCIPIT LIBER I. Fuit vir nobilitate pollens, &c.

X VI.

In uno ex Kalendariis monaſterii Einsidlenſis nota-
 tur xiv Kal. Octob. sancta RIHKART Monialis.
 Hac mihi videtur eſſe Richarda, Caroli Crassi Imper-
 ratoris quondam uxor, qua in Andlavense Alſatia
 monaſterium ſe recepit. Quis vero GAINNACHUS
 Abbas, cuius mentio in duobus ejusdem loci Kalenda-
 riis fit v Idus Octob. fateor me ignorare.

In alio

*In alio ejusdem loci Kalendario memorantur
Sancti sequentes.*

- ii Id. Martii Romæ Innocentii Episcopi.
- xv Kal. Maii Mappalici martyris.
- xiii Kal. Maii Leonis ix Papæ.
- v Kal. Junii Bedæ Presbyteri.
- ii Kal. Septemb. Optati Episcopi.
- ix Kal. Novemb. Columbani Abbatis,
- x Kal. Decemb. Columbani Confessoris.
- viii Kal. Decemb. Columbani Abbatis.

Habemus hic Columbanos tres : quorum primus forsitan fuerit Columbinus Abbas Lutrensis , de quo in actis sancti Deicoli : secundus & tertius nescio an diversi. nam Columbanus Luxoviensis in sincenis Martyrologiis Usuardi & Adonis laudatur ix Kal. nisi & in alio Kalendario Einsidlenst. at in Vuandalberti & Benedictino , quibus alta ejus suffragantur , x Kal. Decemb. Forsitan hic aliqua notatur S. Columbani translatio.

*In Kalendario Salemensi scripto ante annos 700.
vii Kal. Junii depositio Augustini Confessoris, Bedæ Presbyteri. Ex quo apparet , ambos eodem die obiisse ; sed festum sancti Beda in sequentem diem , ut suus cunque dies singularis tribueretur , remissum fuisse.*



NOMINA MONASTERIORUM,
 CUM QUIBUS SOCIETATEM HABUIT
 s^eculo ix Augiense.

INsula, monasterium S. Galli, Favarias, Desertina,
 Tuberis, Leonis, Nonantula, Altaha inferius,
 Mansee, Salzburg, Matachseo, Metama, Chaminc-
 seo, Hafareod, Fiuthvanga, Fulta, Magnus-locus,
 Chambituna, Morbach, Vrizzanburg, Etinbein,
 Offinvillare, Kenginbach, Suenzaha, Chlingo,
 S. Nazarii, S. Gregorii, Hasala, Saraburg, Eburesheim,
 Noyumvvilare, Gamundias, Prumia, Colticas,
 Flaviniaco, Senonicas, Mediano, Gorzia, Bux-
 brunno, Rabacis, Crux-sancta, Gemedico, S. Ger-
 mani, item S. Germani, S. Michaëlis, S. Dionysii,
 S. Drudonis, S. Medardi, Mons-viridis, Mauri,
 S. Vedasti, Hornbach, S. Antimi, Duelli, &c.

S. Antimi Boso Abba, &c.

Prumiensis Ingramnus Abbas. Heberhartus Abba.
 Hiltericus Abba. Stephanus Abba.

Johannes Græcus Placentinæ civitatis Episcopus.
 Duelli dominus Abba Vvaldfredus. (*sepultus in arce
 in opinione sanctitatis.*)

Ex cœnobio Farenſi (*in Helvetia, ubi nunc Con-
 fessarius ex Einsidla*) Rodhildis Abbatissa & Mo-
 nacha.

Nomina sororum de Turego, Hiltigart Abbatissa.
 Joseph Episcopus & Abba.

Ex cœnobio Favariensi, Audomar Abbas, Vverdo
 Abbas, Crespio Abba.

Ex monasterio quod dicitur Desertinas, Ursicini
 Episcopi.

Ex monasterio quod vocatur Tuberis, Domni Ab-
 bas, Vigilius Abba.

- Ex monasterio Leonis , dominus Abbas Magus.
 De monasterio Nonantula Petrus Abbas , Atto ,
 Corvulus , Felix , Benedictus , Aripertus.
 De monasterio Altaha Urolfus Abba , Otkarius
 Abba.
 Ex monasterio Manhinsio Hunnih Abba.
 Ex monasterio Matachseo Johannes Abbas , No-
 tingus Episcopus.
 Ex monasterio Metama Urto Abbas.
 Ex monasterio Chamincseo Liutfridus Abbas.
 Ex monasterio Fiutvvanga Gozbertus Abbas.
 Ex monasterio Fulta Baugolf Abbas.
 Ex monasterio quod vocatur Magnuslocus * , Berte-
 gillus monachus , Garimundus , &c.
 Ex monasterio Chambituna * Theohun , Anulo.
 Ex monasterio Morbacensi Sigimiar Abba.
 Ex monasterio *Vreissenburg* Justulfus Episcopus ,
 Gerhoh Abbas , Bernarius Episcopus & Abbas.
 Ex monasterio *Etinheim* Uto Episcopus vel Abba.
 Ex monasterio Offimvvillare dominus Abbas Bere-
 trix , Vvenibertus Abba , Madalbertus Abba , Petrus
 Abba.
 Ex monasterio *Keginbach* Germund-Abba.
 Ex monasterio Svvarzaha Job Abbas , Agoaldus
 Abbas , Lupus Abbas , Dato Episcopus , Bruningus
 Abbas , Albrichus Abbas , Ebroinus Abbas , Vvalto
 Abbas.
 Ex monasterio quod Clingo vocatur , sive *Plidin-*
feld , Fleido Episcopus & Abba.
 Ex monasterio Luxovio Dedanus Abba.
 Ex monasterio S. Nazarii , quod *Laureshaim* voca-
 tur , Adalunch Abbas.
 Ex monasterio S. Gregorii * Raspuino Abba , Pere-
 tol Abba.
 Ex monasterio Hasala Victor Abbas.
 Ex monasterio *Sarabure* Hildimundus Abba.

* apud
Arvernos.
* al. Cam-
pidona.

S f - ij

Ex monasterio *Eburesheim* Theotbaldus Abbas.

Ex monasterio Novovillari Ratramnus Abba.

Ex monasterio Flaviniacensi Sarulfus, Stagnarius,
&c.

Ex monasterio *Mosabac* Grimoldus Abba, Henricus Rex, Mathildis Regina, Otto Rex.

* *Senones.*

Ex monasterio Senonicas * Boniceolo Abba.

* *Moyen-moutier.*

Ex monasterio Mediano * Sundarberto Abba.

Ex Gorzia Optarius Abba.

Ex monasterio *Bucsbrunno* Rabigaudus Abbas.

* *Resbay.*

Ex monasterio *Rasbacis* * Godobertus Abba.

* *nunc S. Faronis Meldis.*

Ex monasterio quod *Crux-sancta* * nominatur,
Vvlframno Episcopus.

* *Lumieges.*

Ex monasterio *Gemedico* * *Druntegangus* Abbas.

Ex monasterio *S. Germani Lantfridus* Abbas.

Ex monasterio item *S. Germani Burgoaldus* Abba,
Irmino Abbas.

Ex monasterio *S. Michaëlis seu Montis - Viridis Gundricho* Abbas, Diludlacd Episcopus.

Ex monasterio *S. Bibiani Bonetus Diaconus.*

Ex monasterio quod *Mauri-monasterium* vocatur,
Hartgicus Episcopus.

Ex monasterio *Schina Kerhelmus* Abbas, Adalram Abbas, Hetti Abbas.

Ex monasterio *Hornbac Amalhart* Abba, Vvirundus Abba.

In monasterio *Karoffensi Guntbaldus* Abbas.

Ex Cella *S. Dionysii*, ubi confessor Christi Hilarus quiescit humatus, *Hilduinus* Abba, *Adroldus* Abba, *Chludovvicus* Abba.

Canonici *S. Stephani Protomartyris*, *Agobardus Archiepiscopus*, *Florus*, *Rodradus* Abba. Canoniconum *S. Justi*, *Agenius* Episcopus. Canoniconum *S. Georgii*, *Motuinus* Abba. Canoniconum *S. Pauli*, *Audinus* Chorepiscopus.

Ex monasterio *S. Martini Insulæ-barbaræ Bartholomæus* Abba.

Ex monasterio S. Ragneberti, Stephanus Abba.

Ex monasterio S. Petri * Puellaris Deidona Abba-
tissa. * Lugduni.

Ex monasterio quod vocatur Nova, Austreberga,
&c.

Ex monasterio Uttimburra Milo Abba.

Ex monasterio sancti Faustini Brixiae Georgius,
Aistulfus, &c.

Ex monasterio Crux - sancti Audoëni Purchartus
Abba.

Ex monasterio Eleenvrang Adalram.

Ex monasterio quod vocatur Leones, Badulfus
Abba.

Ex monasterio Corbeia dominus Abba Vvala, Ri-
gramnus. *Leguntur duo Ratberti, nullus Ratramnus.*

* Molome.

Ex monasterio Melundis * Epelenus Abba.

* Besc.

Ex monasterio Fontisbesiu * Seraphin Abba.

Nomina fratrum de Frisingun Ercambertus Epis-
copus. Herolf Chorepiscopus, Atto Episcopus. Sigi-
harth Chorepiscopus.

Nomina Canonicorum ex Divione castro, Agenus
præpositus, &c.

Ex sanctis Geminis * nomina Canonicorum, Oltol-
gerio præpositus. * apud Lingones.

Nomina ancillarum Dei de cœnobio S. Stephani.

Ex Necrologio Augiensi.

vi Kal. Januarii Vvaltho Abbas.

xiiii Kal. Februarii Ludovicus Rex.

xii Kal. Liuthard Abba.

vii Kal. Adalhelmus Episcopus, *is scilicet, de quo in*
acrosticho Vettini, Saculi 4 parte i pag 281

v Kal. Karolus Imperator.

iiii Kal. Hemina Regina.

iii Non. Februarii Adilbertus Abbas nostræ Con-

Sf iiij

I N D E X.

A

A bbas Lunzelacensis,	<u>351</u>
Abida S. Petri seu thronus,	<u>485</u>
Actardus Nivardi optimatis filius,	<u>203</u>
Aetfledis filia Nivardi optimatis,	<u>204</u>
Adalberonis Episcopi Mettenis epistola,	<u>346</u>
Adalbertus Abbas Renaugiae,	<u>479</u>
Adalbertus I Abbas Seonensis,	<u>344</u>
Adalham Abbas S. Afræ seu S. Udalrici,	<u>447</u>
Adalpertus Comes,	<u>347</u>
Adalhelmus Episcopus,	<u>645</u>
Adalrammus Episcopus Saltzburghensis, <u>525</u> . Ejus epitaphia duo ,	<u>528</u> <u>529</u>
Adalram Abbas Schinenis,	<u>644</u>
Adalram Abbas Elevvangensis,	<u>645</u>
Adalvvinus Episcopus Ratisponensis,	<u>526</u>
Adalunch Abbas S. Nazarii,	<u>643</u>
Adelelmus Episcopus Laudunensis,	<u>117</u>
Adilbertus Abbas ,	<u>645</u>
Admallare ,	<u>234</u> & seqq.
Adrianopolis Tracie ,	<u>134</u> & seqq.
Adroldus Abbas ,	<u>644</u>
Adventus Dominicæ inverso ordine notatæ ,	<u>632</u> , & seqq.
Aelim locus episcopatu insignis ,	<u>530</u> <u>532</u>
Agapetus Papa Bibliothecæ conditor ,	<u>497</u>
Agenus Præpositus Nivionensis ,	<u>645</u>
Agericus Episcopus ,	<u>644</u>
Aginus Episcopus Bergomensis ,	<u>312</u>
Agoaldus Abbas Syvarzacensis ,	<u>643</u>
Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis ,	<u>644</u>
Aistulfus Abbas S. Faustini ,	<u>645</u>
Albericus monachus ,	<u>472</u>
Albigoi pagus ,	<u>470</u>
Albinus V. Alcuinus ,	
Albrichus Abbas Syvarzacensis ,	<u>645</u>

I N D E X.

Alcedronensis Episcopus Heribaldus,	626
Alcuini Epistolæ novæ,	272 & seqq.
Alcuini Versus de Aquila Episcopo Salzburgensi,	522 De gallo,
	524
Aldrici-Cella,	470
Alexander Comes,	93 & seqq.
Alexander de Villa-Dei Minorita, Poëta,	564
Alhmon Fossatum,	476
Alimus Episcopus Sabionensis;	527
Alfridus Episcopus,	478
Altonis vita,	446
Amalhart Abbas Hornbacensis,	648. an idem cum Amalario, ibid.
Amalgerus monachus ad S. Gallum,	333
Amulæterus,	336
Andegavenses formulæ,	232 & seqq.
Angariæ dicti censuſ & quatuor tempora apud Germanos,	79.
Anicius Paulinus Junior Consul ord. præfector urbi,	492
Anno Arch. Coloniensis,	475
Anno Episcopus Frisingensis,	526
Anomala,	331
Anselmi Episc. Cantuariensis oratio ante communionem,	401
Antestius Dux an Burgundia,	204
Anthelmus Episcopus Patavienis,	527
S. Antimi monasterium,	642
Antipophora,	612
Antoninianæ, non Antoninæ Thermae,	512 520
Antonius Pápa Presbyter,	104
Anulinus Proconsul,	93 & seqq.
Apennis,	251 252-253
Aper Episcopus,	476
Aprilis interlocutor Hispanus,	536, & seqq.
Aqua Claudiæ, 487 Anienæ,	ibid.
Aquila Episcopus Salzburgensis,	284
Aquila verio primi capitilis Genesios, citata ante S. Hieronymum,	172
Aquilianæ lex,	256
Arcus recordationis,	503 512
Aredii Abbatis Atanensis vita,	194
Argentomagus vicus non longe à Lemovicensi patria, idolorum cultu famosus,	235 216
Aribo Comes in Bajoaria,	344
Aries Episcopus,	530
Aripertus Abbas Nonantulanus,	643

I N D E X.

Aristemaeus Stationarius civitatis ,	<u>136</u>
Armenii & Honorii monachorum diligentia de libris canonici , &c. cum confessione catholica fidei ,	<u>177</u>
Arno Archiepiscopus Salzburgensis , 307 not. 525. ejus epiphium ,	<u>528</u>
Arno Episcopus ,	<u>476</u>
Arnoldus Bajoariæ Dux ,	<u>56</u>
Arnoldus nobilis Bajoarius ,	<u>348</u>
Arnulfus ex Comite monachus ,	<u>403</u>
Arnulfi Imperatoris sepulcrum ,	<u>56</u>
Arpeo Episcopus Frisingensis ,	<u>526</u>
Articula , pro artificiis ,	<u>27 28 29</u>
Affessor Proconsulis ,	<u>100 148</u>
Astidius vir inluster ,	<u>222</u>
Atto Episcopus Frisingensis ,	<u>526</u>
Atto Episcopus ,	<u>476</u>
Audinus Chorepiscopus Lugdunensis ,	<u>644</u>
Audomarus Abbas haveriensis ,	
Augiensis Necrologium ,	<u>517</u>
Augustæ nomen Imperatorum filiabus datum ,	<u>470</u>
Augustgoi pagus ,	<u>518</u>
Aviti Presbyteri epistola ad Papam Paleonium ,	<u>181</u>
Aurelia Fadilla Antonini Pii filia ,	<u>600 517</u>
Aurelia Romanæ Epitaphium ,	<u>56</u>
Aurelia Virginis epitaphium ,	<u>55 56</u>
Austreberga Abbatissa monasterii de Nova .	
Autericium ,	<u>262</u>
Auxiliij libellus super causa & negotio Formosi Papæ ,	<u>610</u>
& seqq.	

B

B Adulfus Abbas monasterii Leonis ,	<u>645</u>
Baga , urbs Africæ , alia à Yaga ,	<u>104</u>
Baldericus Episcopus ,	<u>59</u>
Bambergensis episcopatus erection ,	<u>479</u>
Baldo scriptor an Episcopus ,	<u>531 532</u>
Ballationes ,	<u>587 597</u>
Bardo Episcopus Moguntinus ,	<u>532</u>
Bartholomæus Abbas insulæ Barbaræ ,	<u>644</u>
Basilii Abbatis expositio in Régulam S. B.	<u>638</u>
Bassus præses ,	<u>136 & seqq.</u>
Baturicus Episcopus Ratisponensis ,	<u>526</u>
Baturicus Episcopus ,	<u>52</u>
Baturicus Episcopus ,	<u>477</u>

INDEX.

Baudenus monachus S. Aridii,	226 & seqq.
Baugolf Abbas Fuldenfis,	643
Beatus Episcopus Pataviensis,	527
Bedani seu Bedæ senioris Presbyteri epitaphium,	521 522
Beda junior, 641 ejus Commentarius in Paulum ex Augustini dictis,	630
Benedicti Abbatis & Scholasticæ translatio in Galliam,	451
& seqq. Festivitates,	453
Benedictina vita,	343 344 351
Benedictina Regula aliis conjuncta,	635 & seqq.
Benedictus secundus seu Anianensis,	636
Benedictus Abbas Nonantulæ,	643
Benedicti domus Frisingæ,	454 457
Bertholdus Herimanni Ducus filius,	479
Berengariorum ejusque discipulorum perversa doctrina, 383 & seqq.	
326 & seqq.	
Bertrix Abbas Offiomvillarenfis,	643
Bernardus Rex carmalum levavit,	477
Bernardus Abbas Massiliensis, sedis Apostolicæ Legatus in Germania,	465
Bernarius Episcopus & Abbas Vveissemburgi,	643
Bernarius Episcopus & Abbas Morbacensis,	643
Bernharius monachus,	479
Berno Abbas Augiensis,	81
Quodvaldeus dictus,	625
Berta filia Caroli Regis,	478
Bertegilus monachus Magniloci,	643
Bertharius & Attila martyres,	10
Bertrami liber de Eucharistia,	618
Bibliotheca Romæ librorum Græcorum & Latinorum,	503
518. Item Vvlpia,	ibid.
Bôdoma Palatum regium,	471
Bonetus Diaconus monasterii S. Bibiani,	644
Bonifacii martyris vita,	445 476
Boniceolo Abbas Senoniensis,	644
Boniloquius,	694
Boseth Anferaria in Africa,	25 100 102 104
Brigantinum mare,	318
Brinnacum palatum,	213
Bruningus Abbas Svvarzacenfis,	643
Bruno Episcopus Andegavensis Berengariorum affecta,	396
Bruno Episcopus Prusiorum Apostolus,	345
Brunonis Cartusianorum Patriarchæ Confessio fidei, 400 & seqq.	

INDEX

Bulgari à Formoso instructi ,	625
Bullæ Pontificiæ ,	562 563
Burchardus Abbas Tegernensis ,	343
Burchardus Dux Alamannorum ,	78
Burgoaldus Abbas S. Germani ,	644
Burgundofaræ Virginis vita ,	639 640

C

C Abalaunum civitas, palatium regium ,	<u>469</u>
Cadoldus ex monacho Augiensi Episcopus Novariensis ,	
340. & seqq.	
Cælestinus Papa ,	<u>490</u>
Cagonus baptizatus super Fiskaha ,	<u>477</u>
Caius Dillius ,	<u>488</u>
C. Julius C. L. Phronimus, custos Bibliothecaæ Græcaæ ,	<u>518</u>
Cancellarius prior Thodeberti Regis Aredius ,	<u>396</u>
Candidi Arriani fragmentum ad Marium Victorinum ,	<u>155</u>
Candidus Abbas Augiensis ,	<u>319</u>
Capitulum monachorum ,	<u>348</u>
Capitula reliquiarum collo appensa ,	<u>217</u>
Caput Africæ Romæ ,	<u>512 520</u>
Cardinalium vestes communes excepto pileo rubro ,	<u>552</u>
Cardinalibus rubri pilei usus in Conc. Lugdunensi concessus ,	
564	
Carmalum ,	<u>477</u>
Carolus M. ,	<u>476 477</u>
Caroli M. epistola ad Episcopos de multiformi gratia Spiritus- sancti , 312 & seqq. Item de Baptismo ad Odilbertum Episc.- Mediolanensem ,	<u>317</u>
Carolus Crassus Augiæ sepultus ,	340 & seqq. Ejus monumentum & epitaphium ,
	83
Casinensis epistola ad monachos Alamanno de consuetudi- nibus suis & Cluniacensium ritibus ,	462 & seqq.
Caspar Abbas Tegernensis ,	<u>70</u>
Cassianus Episc. Sabionensis ,	<u>532</u>
Castranus Comes ,	<u>550</u>
Cataphronius Sacerdos idolorum ,	<u>140</u>
Cathegetæ ,	<u>335</u>
Catuliacus vicus ,	<u>211</u>
Cauæ , & calumnæ , non dicendæ in die Dominico , & fes- tis , <u>588 597</u> . non negotia peragenda ,	<u>ibid.</u>
Cavipaldus seu Garibaldus Episc. Ratisponensis ,	<u>526 532</u>
Cemonius Rufius Albinus ,	<u>494</u>

I N D E X.

Ceræ vel tabulæ scripta commendata ,	<u>317</u>
Ceruleus & Curtius fontes ,	<u>482</u> <u>488</u>
Chartarum instrumenta ,	<u>226</u>
Charta relationis ,	<u>285</u>
Chestantus Missus Childeberti Regis ,	<u>234</u>
Chrismarium reliquiis plenum collo appensum ,	<u>201</u> <u>227</u> <u>228</u> <u>282</u>
Christum per adoptionem Filium Dei esse tempore Marii Victorini nullus ausus est dicere ,	<u>159</u>
Christiani milites sub Diocletiano ,	<u>567</u>
Christiano militare non licet ,	<u>565</u> & seqq.
Christianus Episcopus Paraviensis ,	<u>351</u>
Christina Pisana de Politia ,	<u>8</u>
Cicindelus ,	<u>230</u>
Cimiterio sepultum sancti Benedicti corpus ,	<u>451</u>
Cisterci Abbatis juramentum ,	<u>540</u>
Claudianus bis Consul ,	<u>153</u>
Claudius Julius Eclesius Dynamius Urbis præfектus. An Claudius Julius & Lelius Dynamius , &c.	<u>495</u>
Claspuinus Abbas S. Gregorii ,	<u>643</u>
Clivus Martis Romæ ,	<u>491</u>
Cn. Domitius Afranius ,	<u>495</u>
Cœnz Domini die Missa ad vesperum ,	<u>455</u>
Collecta , <u>127</u> <u>128</u> . Colligere ,	<u>136</u>
Columba suspenſa baptisterio ,	<u>10</u>
Columbanus Abbas , <u>641</u> . Ejus Regula ,	<u>634</u> & seqq.
Columbani reliquiae ,	<u>317</u>
Columbinus Abbas Lutrensis ,	<u>641</u>
Columbus Abbas Ebersheimensis ,	<u>88</u>
Comarcus ,	<u>358</u>
Comitus, exercitus ,	<u>567</u>
Commemoratio Caroli Crassi apud Augienses instituta ,	<u>340</u>
Communio post pænitentiam actam & reconciliationem secundum consilium Sacerdotis , <u>598</u> . Ter in anno ,	<u>609</u>
Communicaturi etiam à propriis uxoribus ante plures dies abstineant ,	<u>598</u>
Compendium , lucrum ,	<u>161</u>
Concapolata ostia ,	<u>254</u>
Concilium adversus manifestos hæreticos non cogendum , sed potius de illorum suppicio exquirendum ,	<u>327</u>
Condita ,	<u>250</u>
Confessio delatorum ,	<u>196</u>
Confessio pura ,	<u>397</u> <u>601</u> <u>607</u>
Confessio, secundum baptismum ,	<u>285</u>

I N D E X.

Confessio scriptis mandata metu mortis ,	447
Confugium , fuga ,	265
Conmodolare ,	270
Conradus Rex ,	448
Conradus de Mure præcentor ecclesiæ Tigurinæ ,	564
Conradus monachus Scheyreensis ,	49
Constans Imperator ,	106
Constantinus Imperator ,	484 892 893
Consuetudines antiquæ monasteriorum ,	418 & seqq.
Corbinianus Episcopus Frisingensis ,	526
Corpororum levamen ,	406
Corvulus Abbas Nonantulanus ,	643
Colconianus curator operum publicorum ,	494
Cozpertus Abbas ,	477
Crespicio Abbas Favariensis ,	642
Crolpertus Abbas Fiutvangelensis ,	643
Cumetenis mons ,	317
Cummeani Abbatis Pænitentiale ,	629
Curatores operum & tabularium publicorum & aquarum ,	494
	421
Curator litis ,	234
Curia publica ,	234 & seqq.
Cyprianus Martyr Carthagine sepultus sub monticulo secus platum ,	568
Cyprianus Papa seu Papas ,	104

D

Damasus Papa ,	489 501	504
Datius Novapetrensis Episcopus Donatista ,	116	
Dato Episcopus ex monasterio Syvarzacensi ,	643	
Decimæ & primitæ ,	587 597	608
Decimæ à recens conversis ne exigantur ,	279	
Decimæ monasterio debitæ ,	347 352	
Decretum ex tabella recitatum ,	568	
Dedanus Abbas Luxoviensis ,	643	
Defensor litis vir laudabilis ,	234	
Deidona Abbatissa S. Petri Puellaris Lugduni ,	645	
Demoth Abbatissa Vinalthusinensis ,	77	
Deodatus Abbas Ebersheimensis ,	88	
Deoduini seu Theoduini Episcopi Leodicensis epistola adversus Bætringarium ,	395 396 & seqq.	
Dialogi scripti à S. Gregorio ,	497 516	
Dictaminis studium & utilitas ,	440 449	
Didymi liber de Spiritu sancto ,	191	

INDEX.

Diemo Comes,	<u>345</u>
Diepoldus Comes ,	<u>78</u>
Dies intrantes & exentes ,	<u>480</u>
Diludlaed Episcopus ex monasterio S. Michaëlis seu Montis- Viridis ,	<u>644</u>
Diocletiani Thermæ ,	<u>487</u>
Dion Proconsul Africæ ,	<u>566</u>
Domaricus optimas ,	<u>218</u>
Dominica in Vestina , & in Susurio ,	<u>11</u>
Dominicus aureus , <u>134</u> . Thesaurus , <u>134</u> . Dominicam, ecclesia , <u>136</u> <u>137</u>	<u>Dominicam, ecclesia ,</u>
Domitia Faustina M. Aurelii Cæsaris filia ,	<u>501</u> <u>518</u>
Domnus Abbas Tuberensis ,	<u>642</u>
Donatus Bagaiensis Episcopus Donatista ,	<u>115</u> <u>116</u>
Donatus Rhetor ,	<u>183</u>
Dormitorium matronæ an vehiculum ,	<u>568</u>
Draconum signa an invidiose dicta pro Aquilarum ,	<u>106</u>
Drogo Archiepisc. Mettensis frater Ludovici Pii ,	<u>460</u>
Drogo Parisiensis Magister ,	<u>385</u>
Druntegagus Abbas Gemedicensis ,	<u>644</u>
Durandus Episcopus Leodicensis ,	<u>321</u>

E

Eberhardus Episcopus Bambergensis ,	<u>479</u>
Eberhardus Episcopus ,	<u>40</u>
Eberhardus Abbas Einfidlae ,	<u>478</u>
Eberhardus Abbas Tegernensis , <u>343</u> . Ejus Epistolæ , <u>354</u> <u>355</u>	<u>354</u> <u>355</u>
Eberht princeps ,	<u>478</u>
Ebroinus Abbas Svvarzacensis ,	<u>643</u>
Ecclesiæ status tempore Caroli M. <u>294</u> <u>295</u> . Servitia ,	<u>302</u>
Egino Episcopus Constantiensis ,	<u>477</u>
Egil Abbas Prumiensis ,	<u>627</u>
Elilan Abbas Benedicto-Buranus ,	<u>534</u>
Ellingerus Abbas Tegernensis , <u>70</u> <u>343</u> . Ejus epistolæ , <u>358</u> Epitaphium ,	<u>358</u>
Elogium , injuria ,	<u>368</u>
Engilpertus monachus ad S. Gallum ,	<u>333</u>
Eologiæ ,	<u>257</u>
Epelenus Abbas Melundensis ,	<u>645</u>
Episcopus excommunicatus , postea absolutus , potestne facare <u>611</u> & seqq.	
Episcopus inconsulta apostolica auctoritate non damnandus , <u>396</u>	

I N D E X.

Erchanbaldus Episcopus,	472
Ercambertus Episcopus Frisingensis,	526 645
Erchambaldus Abbas S. Thutberti, auctor ejusdem martyris vitæ ,	639
Erchanfredus Episcopus Ratisponensis ,	326
Erentrudis Abbatissa Nunbergensis ,	67
Erich Episcopus Augustanus ,	479
Erkenbaldus ex Abbate Fuldense Archiepisc. Moguntinus ,	480
Erlebaldus Abbas Augiensis ,	545 546
Erlobaldus Episcopus ,	477
Ermenricus Episcopus ,	478
Ermenrici monachi Augiensis tum Episcopi, fragmenta ex libro de Grammatica ,	329 & seqq. 539
Ermenricus monachus Elevgangensis ,	332
Erminoldus Abbas Privenigenensis ,	57
Ernustus Dux ,	480
Eucharistiam accepturi ante plures dice etiam à propriis uxo- ribus abstineant ,	528
Eusebius pater Hieronymi ,	183
Exsufflantissimus ,	268

F

Fabius Victor in Africa, pater Maximiliani martyris ,	566
& seqq.	
Fabricaturæ, monilia ,	257
Factio Veneta ,	498 516
Fasina rhetoricum ,	611
Faustina Tigisensis Martyr ,	94
Faustina Aug. ,	500 516
Faustinus & Fausta martyres Afri ,	95
Felix & socii Martyres Lambesani ,	24
Felicitis Martyris Epitaphium ,	504
Felix Abbas Nonantulanus ,	643
Fermentum sumtum pro corpore Domini ,	60 61
Ferreolus Episcopus Lemovicensis ,	207 225
Ficotum , jecur ,	132 133
Flavius Eupraxis ,	490
Flavius Magnus Januarius ,	494
Flavius Philippus Praefectus Urbi ,	485
Fleido Episcopus Abbas Clingensis seu Clidinfeldensis ,	643
Flobargilus Episcopus Salzburgensis ,	525
Flori Presbyteri Lugdunensis Commentarius in epistolæ Pauli ex Augustino ,	630

I N D E X.

<i>Florus Canonicus S. Stephani,</i>	644
<i>Folcvinus Abbas,</i>	478
<i>Folevvinus Custos Augiensis,</i>	319
<i>Forma Jopia,</i>	102
<i>Forma seu fons Virginis,</i>	512
<i>Formosi Papæ causa per modum requirentis & respondentis per Auxilium, Francum agitata,</i>	510 & seqq.
<i>Formulæ Andegavenses,</i>	132 & seqq.
<i>Fossadare,</i>	250
<i>Francorum dedecus in exauctoratione Ludovici Pii,</i>	477
<i>Fratres, Cardinales,</i>	555
<i>Fredericus Cancellarius,</i>	476
<i>Frisingenses Episcopi,</i>	526
<i>Fromundi monachi Tegernensis epistola,</i>	352
<i>Frovvinus Abbas de Monte Angelorum,</i>	28
<i>Furiaria, tortura,</i>	625
	120

G

G aietanus futurus Cardinalis,	556
<i>Gainnachus Abbas,</i>	640
<i>Galindo Enneconis,</i>	328
<i>Galli Abbatis vita metrika auctore Valafredo, <u>640. Prosaica</u></i>	2
<i>Vvetino,</i>	640
<i>Gamenolfus Episcopus Constantiensis,</i>	472
<i>Garimundus monachus Magnilocensis,</i>	643
<i>Gaudomeres monachus Ambiacinensis,</i>	229
<i>Gaufridus interlocutor Curiae Romanæ gnarus,</i>	536 & seqq.
<i>Gebehardus Episcopus Constantiensis,</i>	479
<i>Gennadius (ut videtur) vita S. Hieronymi scriptor,</i>	183
<i>Georgius in monasterio S. Faustini Brixiae,</i>	645
<i>Gerardus Abbas Luxoviensis,</i>	11
<i>Gerbirga Abbatis Geinsenfeldæ,</i>	51
<i>Gerhohus Episcopus Eistetenensis,</i>	312
<i>Gerhohus Abbas Morbacensis,</i>	643
<i>Gerhohus Canonicus Regularis,</i>	625
<i>Germani Episcopi Parisiensis vita integra auctore Fortunato,</i>	
<i>638</i>	
<i>Germund Abbas Reginbacensis,</i>	543
<i>Geroldus Comes,</i>	407 not.
<i>Gesta municipalia,</i>	234
<i>Gevehardus Episcopus Radeponensis,</i>	479
<i>Giselo Abbas Faucensis,</i>	78
<i>Gisilharius</i>	

I N D E X.

Gisalharius Archiepiscopus Magdeburgensis,	<u>473</u>
Gisla filia Caroli M.	<u>280</u>
Godehardus Abbas Tegernensis, <u>343</u> Ejus epistolæ, <u>149</u> <u>310</u>	
<u>351</u> <u>353</u> . Fir Episcopus Hildenesheimensis,	<u>355</u>
Godobertus Abbas Reichenbachensis,	<u>644</u>
Godolia Faverniaci Abbatissa,	<u>16</u>
Gottfridus Abbas S. Gregorii,	<u>87</u>
Gotzbertus,	<u>640</u>
Gozbaldus Episcopus,	<u>317</u>
Gozbertus Abbas, an S. Galli,	<u>335</u>
Gozbertus monachus ad S. Gallum,	<u>335</u>
Gozechini Scholastici epistola ad Valcherum Scholasticum,	
<u>360</u> & seqq.	
Gozpertus Abbas Tegernensis, <u>343</u> Epistolæ ejus, <u>347</u> <u>348</u>	
Grimaldus Abbas,	<u>478</u>
Grimaldus Magister ad S. Gallum, Homerus dictus,	<u>340</u>
Grimoldus Abbas Archicapellanus, <u>326</u> <u>328</u> <u>329</u> & seqq.	
Grimoldus Abbas Mosabacensis,	<u>644</u>
Gregorii Bibliotheca in monasterio Clivi-Tatrici,	<u>497</u>
Gregorio Turonensi tributa Aredii vita,	<u>193</u> <u>194</u>
Gregorius Abbas Einsidlensis,	<u>478</u> <u>479</u>
Grifo Pippini frater,	<u>476</u>
Großax,	<u>541</u>
Grossare chartas seu bullas,	<u>541</u> <u>542</u>
Gundelbertus Episcopus,	<u>89</u>
Gundraminus ex aula Pippini monachus & Abbas Benedicto-	
buranus,	<u>533</u> <u>534</u>
Gundricho Abbas S. Michaëlis seu Montis-Vitidis,	<u>644</u>
Guntbaldus Abbas Karofensis,	<u>644</u>
Gunctionis castellum,	<u>477</u>
 H	
Hadevig Dux,	<u>479</u>
Hadrianus Imperator,	<u>484</u> <u>486</u>
Hæreticis manifestis non Concilio, sed supplicio opus,	<u>397</u>
Haito Episcopus,	<u>477</u>
Hartmodus monachus ad S. Gallum, vir doctus,	<u>333</u> <u>336</u>
Harmotus Abbas S. Galli,	<u>630</u>
Hartrat,	<u>476</u>
Hartrichus Episcopus Tolosanus,	<u>312</u>
Hartvicus Abbas Tegernensis,	<u>343</u>
Haterius Agrippa Consul,	<u>494</u>
Heber fluvius Adrianopoli,	<u>152</u>
Vet. Analect. Tom. IV,	T

I N D E X.

Heminæ pondus,	<u>417</u>
Hemma Regina,	<u>478</u>
Hemma Regina,	<u>645</u>
Henricus Imperator,	<u>448</u>
Henricus Imperator,	<u>480</u>
Henricus II Imperator,	<u>387</u>
Henrici IV Diploma,	<u>474</u>
Henricus Rex Francorum,	<u>396</u>
Henricus Rex,	<u>644</u>
Henricus Dux Bajoariorum,	<u>344</u>
Henricus Dux Bavariorum,	<u>479</u>
Henrici Ducis Bajoarie sepulcrum,	<u>56</u>
Heinricus Episcopus Sabionensis,	<u>527</u>
Heinricus Episcopus Vvrziburgensis,	<u>480</u>
Henricus monachus Augiensis nobilissimus,	<u>444</u>
Heribaldus Episcopus Alcedronensis, hoc est Autisiodorensis,	<u>626</u>
Herici homiliae Pauliniæ adjectæ,	<u>633</u>
Herilescella,	<u>470</u>
Herimannus Dux,	<u>479</u>
Herimannus Remensis magister,	<u>385</u>
Hermetis Diaconi Martyris Passio,	<u>134 & seqq.</u>
Herolf Chorepiscopus Frisingensis,	<u>645</u>
Heserhaetus Abbas, an Prumiensis,	<u>642</u>
Hetti Abbas Schinensis,	<u>644</u>
Hieronymi Presbyteri vita auctore (ut videtur) Gennadio,	<u>183</u>
Hieronymi de Victorino locus,	<u>176</u>
Hierusaleni basilica Roma olim dicta in Susurio,	<u>110 519</u>
Hilarius Papa,	<u>489</u>
Hilarus Confessor apud S. Dionysium,	<u>644</u>
Hildebaldus seu Hiltibaldus Episcopus Vvormatiensis,	<u>474</u>
Hildegarda Augusta,	<u>469</u>
Hildegarda Ludovici Regis filia, Turegi sepulta,	<u>34</u>
Hildemari expositio in Regulam S. Benedicti,	<u>637</u>
Hildimundus Abbas Suraburgensis,	<u>643</u>
Hilduinus Abbas S. Dionysii,	<u>644</u>
Hilteradus monachus,	<u>479</u>
Hiltericus Abbas, an Prumiensis,	<u>642</u>
Hiltibaldus Episcopus Coloniensis,	<u>312</u>
Hiltibaldus Episcopus & Cancellarius,	<u>473</u>
Hiltigard filia Ludovici Regis Germaniae,	<u>478</u>
Hiltigart Abbatissa de Turego,	<u>642</u>

I N D E X.

Hiltinus Episcopus Augustanus,	78
Hirminmaris Notarius,	469
Hitto Episcopus Frisingensis,	526
Honorius Papa ,	490
Hostis , bellum ,	477
Hugo Episcopus Vurzburgensis,	479
Hugo Abbas Cluniacensis ,	467
Hugo potentissimus Marchio ,	479
Hugo Dux belli in Italia ,	318
Hugo Cancellarius ,	469
Hunrik Abbas Manhisiensis ,	643
Huoremannus Spirensis Magister ,	385
Huso , pisces ,	348

I

Jacobus Cajetanus Anagninus ,	564
Idoneus , nulli nocens ,	694
Jerusalem destructa ,	491
Iesu Christo martyres qui sacrificant ,	96
Igni damnatorum pedes humo ad genua contecti ,	150
Imperatorare , detegere ,	611
Impurias mittere ,	586
Indevotus animus , pervicax ,	168
Indolentes , dolentes ,	599
Ingenium malum ,	608
Ingenuinus Episcopus Sabionensis ,	527
Ingenuitas ex capite feminæ ,	269 270
Ingramnus Abbas Corbeiae ,	645
Ingrannus Abbas Prumiensis ,	642
Inscriptionum Romanarum antiqua collectio ,	483
Intimare , militia inscribere ,	166 epseqq.
Job Abbas Svarzahaensis ,	643
Jocundus Aredii pater ,	193 198
S. Johannis Caput Romæ ,	514 520
Johannes Card. Cajetanus Ursinus , postea Nicolaus Papa III ,	564
Johannes Episcopus Salzburgensis ,	525
Johannes Græcus Episcopus Placentinus ,	642
Johannes Episcopus Sabionensis ,	527
Johannes Episcopus ,	645
Johannes Abbas Matachœnonensis ,	643
Johannes de Burgundia domicellus ,	10
Joseph Episcopus Frisingensis ,	526

T t ij

INDEX.

Joseph Episcopus & Abbas ,	642
Ippophora ,	612
Irmingart fror Caroli Regis ,	478
Irmino Abbas S. Germani Paris ,	644
Isaac Donatistæ passio ,	119 & seqq.
Isenticus monachus ad S. Gallum artifex peritus ,	333
Isidi & Serapidi votum ex inscriptione ,	91
S. Itta conditrix monasterii Fischingæ ,	29
Juctus, juger ,	238 & seqq.
Judita Dux ,	39
Judith Augusta ,	477
Julia Augusta ,	486
Julianus Apostata ,	127 & seqq. 131 132 Mors ejus
Julianus Comes Orientis ,	133 127 & seqq.
Juramentum Cisterci Abbatis ,	540
Juramentum violare an licet ,	614 615 616
Juratus ,	241 & seqq.
Jusum, deorsum ,	456
Justinianus Imp. ,	483
Justinus Præses ,	143 & seqq.
Justulfus ex monasterio Vveisemburgensi ,	643

K

K Almannus filius Caroli Regis ,	478
Karacharis herba ,	586
Karagius ,	597
Karolus Imperator ,	645
Kelstenstein pagus ,	470
Kerhelmus Abbas Schinensis ,	644

L

L Episcopi epistola ad A. Augustam ,	318
L. L. Ælius Dionysius curator aquarum ,	495
Labera amnis ,	62
Lambese civitas ,	24104
Lampertus Pontifex & martyr ,	343 344
Landolfus Comes ,	479
Lantbertus ex monacho Episcopus Constantiensis ,	479 480
Lanfridus Abbas S. Germani Paris .	644
Lanfridus , Vvaldramus , & Gundramnus fratres , monast- terii Benedictoburani conditores ,	73 533 534
Lantfridi Abbas Benedictoburani epitaphia duo ,	533

I N D E X.

Laurentius & socii martyres Tamugadenses ,	<u>24</u>
Lauros operire ,	<u>586</u>
Lectus vestitus ,	<u>257</u>
Leges contrariae ,	<u>614</u> <u>615</u>
Legiæ teu Leodii descriptio ,	<u>363</u> & seqq.
Leo Papa Carisiaci ,	<u>477</u>
Leo Papa III , <u>277</u> <u>296</u> Ejus Privilegium pro erectione Salisburgensis metropolis ,	<u>525</u>
Leo IX Papa ,	<u>641</u>
Leodegarii Epicopi & martyris vita metrica ,	<u>632</u>
Leodiensis Academia ,	<u>360</u> & seqq.
Leopardus Presbyter Romæ ,	<u>501</u>
Liber vita in monasteriis ,	<u>348</u>
Liddeus Judæus doctus ,	<u>190</u>
Lineum nihil in lectis monachorum ,	<u>459</u>
Littonia ,	<u>336</u>
Liutboldus Archiep Moguntinus ,	<u>387</u>
Liudgerus Episcopus Mimigardefordensis ,	<u>287</u>
Liudvitus carmalum levavit ,	<u>477</u>
Livitæ macellum Romæ ,	<u>488</u>
Liupaldus Marchio ,	<u>480</u>
Liuphrammus Episcopus salisburgensis , <u>525</u> <u>526</u> . Ejus epita- phium ,	<u>529</u>
Liutfrid Optimas ,	<u>478</u>
Liutfridus Abbas Chamni Seoensis ,	<u>643</u>
Liuthardus Abbas ,	<u>645</u>
Ljuthvardus Episcopus Vercellensis Archicapellanus ,	<u>340</u>
& seqq.	
Liutpertus Episcopus ,	<u>545</u>
Liutolf princeps ,	<u>478</u>
Lotharius Imperator ,	<u>477</u>
Lucianus Presbyter ,	<u>103</u>
Lucius Ælius Aurelius Commodus ,	<u>484</u>
Lucius Aurelius Verus ,	<u>484</u>
Lucius Julius Vestinius Sacerdos & custos Romanæ Biblio- thecæ librorum Græcorum & Latinorum ,	<u>503</u> <u>513</u>
Lucius Septimius ,	<u>492</u>
Ludovicus Pius , <u>470</u> <u>477</u> . Ejus Diplomata ,	<u>468</u> & seqq.
Ludovicus Rex Germaniæ ,	<u>330</u>
Ludovicus Rex ,	<u>478</u>
Ludovicus Rex ,	<u>645</u>
Ludovici Regis sepulcrum ,	<u>16</u>

INDEX.

Ludovicus Abbas S. Donyssi,	644
Lupus Abbas Svarzahaensis,	643
Lula ,	186 187
Lutingus discipulus Bedæ senioris,	521 522
Lutolfus Episcopus Augustensis ,	224

M

M Aurelius Antoninus ,	<u>493</u> <u>495</u> <u>500</u> <u>517</u>
M. Aurelius Fulvus Antoninus, T. Aelii Hadriani Antonini Pii filius ,	<u>517</u> <u>600</u>
M. Camurius ,	<u>491</u>
M. Galerius Antoninus, Antonini Pii filius.	<u>517</u> <u>600</u>
Macarius à Constante Missus in Africam ,	106
Macrobius Donatistæ fragmentum de passione Maximiniani & Isaac ,	119
Madalbertus Abbas Offenbacherensis ,	943
Mammarii martyris acta ,	<u>93</u> & seqq.
Magenoldus Comes ,	<u>479</u>
Maginhartus Episcopus Rotomagensis ,	312
Magni monachi vita ,	446
Magus Abbas monasterii Leonis ,	643
Malo ordine , nocive ,	596
Mancipia originaria ,	237
Manegoldus Presbyter ,	479
Mappalicus martyr ,	641
Marculi Donatistæ martyris Acta ,	105 & seqq.
Maria Comitissa Uttenburæ sepulta ,	43
Marii Victorini Rhetoris urbis Romæ responsio ad Candidum Arianum ,	158
B. Martini oleum pro sanatione infirmorum ,	208
Martyrarius Presbyter , custos ecclesiæ martyrum ,	261
Maspulo Episcopus Sabionensis ,	527 532
Mathildis Regina ,	644
Matres etiam nobiles filios lacte nutriant ,	609
Matriularis ,	280 298
Maximinianus & Isaac Donatistarum passio ,	<u>119</u> & seqq.
Maximiliani passio ,	<u>566</u> & seqq.
Maximilla senatrix ,	103
Maximus præses Africæ ,	100
Medardi Episcopi Noviomensis vita auctore Fortunato ,	638
Meinhardus Bavenbergensis magister ,	385
Membra ex ligno cur facta ,	586 587
Memphiticum ,	619

I N D E X.

Menatum ,	2 <u>48</u>
Meta sudante Romæ ,	<u>512</u>
Metrovia porta Romæ ,	512 <u>515</u>
Mica Aurea ,	509
Militare Christiano non licet ,	<u>566</u> & seqq.
Militia adscribendos tirones metiri solebant Romani ,	<u>566</u>
Militia sacramentum ,	<u>568</u>
Militum signaculum aliæque tesserae ,	<u>567</u>
Mimiaritæ ,	587
Ministeria ecclesiæ , vasa sacra ,	136
Minutire ,	<u>252</u>
Missa ad Vesperum in Cœna Domini ,	<u>455</u>
Mœnus vicus ,	216
Moguntinensis academia ,	363
Molendariorum fraudes repressæ stateris ,	<u>491</u> <u>496</u>
Molinæ ,	<u>509</u>
Monachi laborando conlocuti ,	<u>459</u> <u>460</u> <u>461</u>

M O N A S T E R I A.

M onasteriorum Ordinis S. Benedicti antiquæ Consuetu-	
dines ,	458 & seqq.
Monast. S. Agathæ Romæ ,	<u>510</u>
Monast. Altaha inferius ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monast. Ambiacinum ,	222
Monast. Amerbacense ,	445
Monast. Andecense ,	76
Monast. Andelagense ,	<u>38</u> <u>640</u>
Monast. Anhulanum ,	47
Monast. S. Antimi ,	642
Monast. Atanense ,	194 & seqq.
Monast. Atlense ,	<u>69</u>
Monast. Augia major ,	38
Monast. Augiense seu Augiæ divitis ,	318 <u>329</u> 332
<u>630</u> & seqq. Ejus societates ,	<u>642</u> & seqq. <u>645</u> <u>646</u>
Monast. Beinvillense ,	14
Monast. Benedictoburanum ,	71 & seqq. 534
Monast. Besuense seu Fontis- Besiu ,	645
Monast. S. Bibiani ,	644
Monast. Bobiense ,	317
Monast. Buxbrunnense ,	<u>642</u> <u>644</u>
Monast. Campidonense ,	41. & seqq. <u>468</u> & seqq. <u>642</u> <u>643</u>
Monast. Capellense ,	27
Monast. Chamincœ ,	<u>64</u> <u>643</u>

I N D E X.

Monast. Chlingense,	642	<u>643</u>
Monast. Cluniacense,		<u>646</u>
Monast. Colticensc,		<u>642</u>
Monast. Corbeiense,		<u>645</u>
Monast. Cruzis S. Audoëni,		<u>645</u>
Monast. Crucis Sanctæ seu S. Faronis Meldis,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. Desertinum,		<u>642</u>
Monast. S. Dionysii,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. Duellii,		<u>642</u>
Monast. Fbersheimense,		88
Monast. Eberspergense,		<u>450</u>
Monast. Eburesheimense,	<u>642</u>	<u>643</u>
Monast. Einsidlene, 27 & seqq. 481 & seqq.	<u>478</u>	<u>479</u> <u>638</u>
	<u>640</u> <u>641</u>	
Monast. Eleevvangense,	51	& seqq. <u>465</u> <u>481</u>
Monast. S. Emmerammi,		<u>645</u>
Monast. Etinheiene,	<u>642</u>	<u>643</u>
Monast. Farense in Helvetia,		<u>642</u>
Monast. Favariense seu Fabatiense,	24	<u>642</u>
Monast. Faucense,		77
Monast. S. Faustini Brixia,		<u>645</u>
Monast. Fischingenſe, alias Augia S. Mariæ,		29
Monast. Fiuthvanga,	<u>642</u>	<u>643</u>
Monast. Flaviniacense,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. Fulta seu Fuldense,	<u>442</u>	<u>642</u> <u>643</u>
Monast. S. Galli, 30 & seqq. 329 & seqq.	<u>626</u>	& seqq. <u>642</u>
Monast. Gamundias,		<u>462</u>
Monast. Geisenfeldense,		51
Monast. Gemedicense,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. SS. Geminorum,		<u>645</u>
Monast. S. Georgii Villingæ,		85 <u>86</u>
Monast. S. Germani Autiiodori,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. S. Germani Parisis,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. Gorziense,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. S. Gregorii Clivi-Tauri seu Scauri Romæ,		<u>497</u>
Monast. S. Gregorii,		87
Monast. S. Gregorii,	<u>642</u>	<u>643</u>
Monast. Hænlenſe,	<u>642</u>	<u>643</u>
Monast. Hasareod,		<u>642</u>
Monast. Herveldense,		450
Monast. Honorii Romæ,		511
Monast. Hornbach,	<u>642</u>	<u>644</u>
Monast. S. Jacobi ad Scottos Ratibonæ,		57
Monast. Insulæ Barbaræ S. Martini,		<u>644</u>

I N D E X.

Monaſt. Karoſenſe ,	<u>644</u>
Monaſt. Kebacenſe ,	<u>48</u>
Monaſt. Keginbacenſe ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Lauresheimenſe ,	<u>450</u>
Monaſt. Lebraha S. Hippolyti ,	<u>87</u>
Monaſt. Leonis ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Lunælacenſe ,	<u>351</u>
Monaſt. Luxovieneſe ,	<u>643</u>
Monaſt. Magnilocenſe ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Malleſtorfenſe ,	<u>62</u>
Monaſt. Manſee ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. B. Mariae de Petra ,	<u>14</u>
Monaſt. Matachſeo ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Mauri ,	<u>642</u> <u>644</u>
Monaſt. S. Medardi ,	<u>642</u>
Monaſt. Medianum ,	<u>642</u> <u>644</u>
Monaſt. Melundense ,	<u>645</u>
Monaſt. Metama ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. S. Michaëlis ,	<u>642</u> <u>644</u>
Monaſt. in Monte Angelorum ,	<u>28</u> <u>625</u>
Monaſt. Montis-Viridis ,	<u>642</u> <u>644</u>
Monaſt. Morbacenſe ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Morbacenſe ,	<u>323</u> <u>324</u> <u>327</u>
Monaſt. Murenſe ,	<u>22</u>
Monaſt. S. Nazarii Laureshamenſe ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Nonantula ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Nova ,	<u>645</u>
Monaſt. Novumvillare ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. Nunbergenſe ,	<u>67</u>
Monaſt. Offunvillarenſe ,	<u>642</u> <u>643</u>
Monaſt. S. Petri in finibus Herciniæ ſilva ,	<u>87</u>
Monaſt. S. Petri Puellaris Lugduni ,	<u>645</u>
Monaſt. Petroburgenſe ,	<u>81</u> <u>82</u>
Monaſt. Pruleneſe ,	<u>58</u>
Monaſt. Prumieneſe ,	<u>642</u>
Monaſt. Pruveningeneſe ,	<u>57</u>
Monaſt. Pryekeneſe ,	<u>450</u>
Monaſt. S. Ragineberti ,	<u>644</u>
Monaſt. Raſbacenſe ,	<u>642</u> <u>644</u>
Monaſt. Raſiſponæ Inſerius ,	<u>450</u>
Monaſt. Raſiſponæ Superius ,	<u>450</u>
Monaſt. S. Rodberti ſeu Raperti Salzburgi ,	<u>30</u> <u>630</u> <u>7</u>
Monaſt. Rotteneſe ,	<u>69</u>
Monaſt. Salemenſe ,	<u>80</u> <u>628</u>

INDEX.

Monaſt. S. Petri Salisburgi. Item Academia, 61 & seqq. 477

642	
Monaſt. Scheyrenſe,	48
Monaſt. Schinense,	644
Monaſt. Seleginstadienſe,	328
Monaſt. Senonicas seu Senoniense,	642 644
Monaſt. Seuvenſe seu Scenense in Bajoaria,	62 343 344
Monaſt. Stængadense,	77
Monaſt. Suarzahense,	642 643
Monaſt. Suraburcense,	642 643
Monaſt. Tegernſe,	69 70 343 & seqq. 448 450
Monaſt. S. Trudonis seu Drudonis,	642
Monaſt. S. Thruſberti,	632
Monaſt. Tuberis,	642 643
Monaſt. Turegense,	642
Monaſt. S. Udalrici Auguſtæ Vindelicorum,	45 & seqq. 633
Monaſt. S. Vedasti,	642
Monaſt. Ursinum,	45
Monaſt. Uttemburanum,	43 & seqq.
Monaſt. Vestbrunenſe,	76 77
Monaſt. Vettingenſe,	20
Monaſt. Vvissemburgense,	642 643
Morigeraltas,	614
Motuinus Abbas Canoniconum S. Georgii,	644
Æduensis,	An Episcopus
Munaga fluviolus Brisgoiz,	646 632

N

N	
Aſes,	483
Nectarius prædives Lemovix,	219
Nectarius vir magnificus,	227 228
Nepotes Papæ,	361
Nerci & Achillei epitaphium,	502
Nicetius Episcopus Trevitorum,	196
Nicolai Episcopi vita,	446
Nicolaus Ellembogius monachus Uttemburæ, vir doctus,	44
Niger curator operum publicorum,	494
Nivardus optimas,	203
Noctes,	242 & seqq.
Noctes, adjudicationis tempus,	351
Nonæ ecclæſis debitæ,	604 608
Nota Julianæ,	481
Notgerus Episcopus Leodicensis,	386

INDEX.

Notingus Episcopus ex monasterio Matahsoonenſis,	643
Novæ Petræ castellum in Africa,	<u>108</u>
Nutridus,	167
Nymphium Romæ,	<u>485</u> <u>509</u> <u>510</u>

O

O Ba,	470
Oblationes quæ in altari consecrantur à laicis oblatæ vel allatae,	598
Obmallare an morti dare,	615
Odilberti Episcopi Mediolanensis epistola ad Carolum M. de Baptismo,	317
Odo Burgundiæ Comes,	10
Odulfus Comes,	477
Officium,	119 & seqq. 136 146 166 & seqq.
Oleum B. Martini in chrismario,	208
Oleo benedicto sanati regii,	213
Oportunus Abbas,	476
Optarius Abbas Gorziensis,	644
Opatus Episcopus,	641
Ordo Officii divini,	454 & seqq.
Orosius Presbyter,	181
Orthea,	506
Offa S. Stephani pigmentis vel odoribus condita in sepulcro,	
182	182
Otenus Abbas Campidonensis,	475
Otkarius Abbas Altahenensis,	643
Othlonus monachus Fuldae,	402
Otmarius Abbas S. Galli,	637
Otolricus Præpositus Canonicorum de sanctis Geminis,	645
Ottonis II Epistolæ, 345. Diploma,	471
Ottonis III Epistola, 343. Diploma,	473
Otto Rex,	644
Otto Dux,	474

P

P Ælius Mari Rogati filius, Gutta Calpurnianus,	498 499
Pagani dīcti etiam ab Ethniciis,	24
Palatium Pilati,	510
Palconius Episcopus Bracarenſis,	181
Pamphili basilica Romæ,	514 520
Pancratii ecclesia Romæ,	1490

INDEX.

Papa an Episcopus ,	24 104
Papa nepos ,	161
Parasceve ad tertiam & sextam Passiones ,	455 456
Parciariciae ,	251
Pariturium ,	507
Patavienses Episcopi ,	527
Patrocinia , reliquiae sanctorum ,	456
Paulinus Patriarcha Aquileiensis ,	276 297
Paulus à Constante missus in Africam ,	106
Paulus Diaconus , homiliatum Caroli M. jussu digestor	631.
Versus huic operi præmissi ibid. Epistola ad Carolum M. nomine Theodemari Abbatis ,	637
Paupera ,	598
Paulana in Bajoaria ,	476
Pelagia mater Aredii Abbatis ,	195
fanctimonalis ,	198
Pelagius jun. Episcopus ,	486
Penno miles Bavarus ,	354
Peretolt Abbas S. Gregorii ,	643
Peringerus Abbas Tegernensis , 343. Ejus Epistola ,	356
Pernoldus seu Bernoldus Comes ,	478
Petronius Maximus præfetus Urbi ,	486
Petrus Oldradus Episcopus Mediolanensis ,	276
Petrus Abbas Nonantulanus ,	643
Petrus Abbas Offunvillarenis ,	643
Petrus Abbas ,	545
Petrus ab Assisio ,	540
Phæbigena ,	321
Pharus ante portam monasterii ,	10
Philippi Episcopi passio ,	334 & seqq.
Philippus filius Hermetis martyris ,	151
Phylacteria diabolica ,	587 597
Piligrimus Bavarus ,	356
Piligrinus Episcopus Pataviensis ,	345
Piorum locus in Sicilia ,	139
Pippinus Rex ,	476
Pirminii Abbatis libellus ,	569 & seqq.
Plumbum signatum collo militum appensum ,	567
Podamicus lacus ,	318
Pœnitentes publici ,	609
Pœnitentes vagari non debent ,	604
Pœnitentia & reconciliatio ante communionem secundum consilium Sacerdotis ,	598
Pœnitentialia Rabani , Vinniani & Cummeani ,	626 629.

INDEX

Columbani,	<u>635</u>	<u>637.</u>	Benedicti <u>Anianensis</u> ,	<u>636</u>
Poëtae anonymi Carmen apologeticum aduersus obrectatores				
Curiæ Romanæ,		<u>535</u>	<u>& seqq.</u>	<u>632</u>
Polifemum,				
Pompeiana matrona,				<u>568</u>
Pompeianus Advocatus,				<u>566</u>
Pompeii theatrum,				<u>497</u> <u>502</u> <u>506</u> <u>511</u>
Pons balineus Juliorum Akriotum Romæ,				<u>489</u>
Poppe Bavarus,				<u>356</u>
Porcarii Abbatis monita,				<u>635</u>
Primasii liber de hæresi prædestinatiana,				<u>83</u> <u>84</u>
Prior seu præfector civitatis,	<u>24</u>	Prior Officiorum,		<u>98</u>
Prosecutor litis vir magnificus,				<u>234</u> <u>& seqq.</u>
Prudentii Episcopi Trecensis epistola,				<u>324</u> <u>328</u>
Prun seu Brun Episcopus,				<u>480</u>
Puato Diaconus Judæus fit,				<u>477</u>
Publius Affessor Præsidis,				<u>137</u>
Pulsare, item intentare,				<u>262</u>
Purchartus Abbas Crucis S. Audoëni,				<u>645</u>
Purghard seu Burchardus Dux,				<u>478</u>
Putto,				<u>336</u>

Q

Quadragesimæ tempore vehiculis non uterum,	<u>586</u>
Quodvultdeus dictus Berno Abbas Augiensis,	<u>625</u>

R

Rabani prologus in Martyrologium ad Ratleicum Abbatem,	<u>Abba-</u>
tem,	<u>326.</u>
Versus ad Grimoldum Abbatem, <i>ibid.</i>	<u>478</u>
locus ex pœnitentiali restitutus,	<u>626</u>
Rabigaudus Abbas Bursbrunnensis,	<u>644</u>
Racimburdus seu Rachimburius, Judex,	<u>2632</u>
Radgerus monachus ad S. Gallum,	<u>333</u>
Radpertus monachus poëta ad S. Gallum,	<u>336</u>
Ramvoldus Abbas S. Emmerammi,	<u>52</u> <u>57</u>
Rastitius Dux,	<u>478</u>
Ratisponenses Episcopi,	<u>526</u> <u>531</u>
Ratisponenses Annales,	<u>476</u>
Ratleicus Abbas Seleginstadiensis,	<u>326</u> <u>328</u>
Ratoldus Episcopus,	<u>478</u>
Ratolfus Abbas,	<u>84</u>
Ratramnus Abbas Novivillaris,	<u>644</u>

I N D E X.

Ratramni liber de corpore & sanguine Domini ,	<u>80</u> <u>628</u>
Ratulfus Ludovici Pii Capellanus ,	<u>470</u>
Rauba hic depositum significat, aliquando furtum ,	<u>250</u>
Regilo Comes ,	<u>472</u>
Regilo filius Regilonis Comitis ,	<u>472</u>
Reginonis Chronicon cum annis Christi ,	<u>23</u>
Regulæ S. Benedicti adjectus societatum indiculus ,	<u>342</u>
Regula cœnobialis Patrum de Hibernia ,	<u>635</u>
Regularum unio in eodem monasterio ,	<u>635</u> <u>636</u> <u>637</u>
Reliquæ in Chrismario collo appensæ ,	<u>201</u> In publicis
supplicationibus dum deferuntur pallio testæ ,	<u>202</u>
Repropositante post Ludovici Pii restitutionem ,	<u>470</u>
Richbodo Episcopus Trevirensis ,	<u>298</u>
Ricomagus vicus in Lemovicibus ,	<u>227</u>
Rihkart Monialis an Augusta uxor Caroli Crassi ,	<u>840</u>
Rinocindus Aredi frater ,	<u>324</u>
HRodbertus seu Rupertus Episcopus Salzburgensis ,	<u>525</u>
Rodpertus translatio ,	<u>476</u>
Rodradus Abbas ecclesiæ canonicalis S. Stephani ,	<u>644</u>
Romanæ urbis regionum descriptio ,	<u>506</u> & seqq.
Rodhildis Abbatissa Farenensis ,	<u>642</u>
Ruadolf Optimus ,	<u>478</u>
Rudolfus Rex Burgundiæ ,	<u>480</u>
Ruodman Abbas ,	<u>478</u>
Ruodolfus Abbas Campidonensis ,	<u>472</u> <u>473</u>

S

Sabina Augusta ,	<u>487</u>
Sabionenses aut Sebanæ urbis in Norico Episcopi, Brixinum translati ,	<u>527</u> <u>532</u>
Sacerdotium auferri non potest , uti nec Baptismus ,	<u>618</u> <u>619</u>
Sacramenti in ecclesia ritus ,	<u>241</u> & seqq.
Sacramentum corporis & sanguinis Domini an ciborum casui obnoxium ,	<u>626</u> <u>627</u>
Sacramentis non firmandæ amicitia ,	<u>606</u>
Sacrificium accipere ,	<u>598</u>
Salomon Episcopus Constantiensis ,	<u>318</u>
Salomon Episcopus ,	<u>478</u>
Salpinx ,	<u>529</u>
Salzburgum olim Juvavo dictum ,	<u>525</u> à Leone Papa & Ca-
rolo M. in metropolim erectum ,	ibid.
Salzburgenses Episcopi ,	<u>525</u> <u>526</u> <u>531</u>
Sambuca ,	<u>236</u>

I N D E X.

Sambutinum jugum,	336
Sandarbertus Abbas Medianensis,	644
Sanguinolentus, recens natus expositus;	263
Sarulfus ex monast. Flaviniacensi,	644
Saturninus Proconsul,	753
S. Savinæ ecclesia Romæ,	490
Scillitanorum Martyrum Actorum fragmentum,	153
Schola Græcorum,	502 512
Scribendi ars,	448
Secretarium ecclesiæ,	128 153
Senior, dominus,	606
Septennium sollempne in studiis,	381
Septizonium Romæ,	491 513
Sepulera mortuorum, id est sanctorum, in honore tempore Constantini,	128
Seraphin Abbas Fontis Besuz,	645
Severus & Cassia,	489
Severi Presbyteri martyris passio,	334 & seqq.
Sicilia incendium,	132
Siceo Comes,	35 358
Sidonius Episcopus Pataviensis,	527
Sigefridus Arch. Moguntinus,	475 476
Sigihardus advocatus Tegernensis,	354
Sigihartus Chorepiscopus Frisingensis,	645
Sigiricus Episcopus Ratisponensis,	526
Signaculum militum,	567
Silentium post Nonam solutum, 460. Silentium ubique præ- ter quam duobus in locis, 461. Silentium maximè in ecclæ- sia,	461
Silachus & Ermisvinda monasterii Utremburani conditores,	44
Sindbertus Episcopus Ratisponensis,	526
Sindbertus seu Simpertus Episcopus & Abbas Murbacenisi;	
+ 323 324 327	
Solsodium & solfadire,	243 & seqq.
Soltanus Dux,	478
Sonia & soniare præstare,	243 & seqq. 269
Sortilegiorum varia genera,	588
Spassianus Papa,	634
Species, vices,	255
Speratus & alij Scillitanæ martyres,	153
Stagnarius ex monast. Flaviniacensi,	644
Stephani protomartyris revelatio & reliquæ,	182
Stephanus Abbas an Prumiensis,	642

INDEX.

Stephanus Abbas S. Ragneberti ,	645
Sternere delere ,	168
Subura ,	506 507 510
Sulpicius Galba Consul ,	494
Syagrius Episcopus Aeduensis Regni Cancellarius ,	227
Symboli quilibet articuli , Apostolis singulis tributi ,	575

T

T. Ælius Aurelius M. Aurelii Cæsaris & Faustinæ filius ;	
Antonini Pii nepos ,	601
T. Aurelius Antoninus M. Aurelii Cæsaris filius Antonini Pii	
nepos ,	600
T. Claudio ,	485 487
T. F. Procula uxor Caii Dillii ,	488
Taberna , forte latitudo ,	497
Talæ ,	333
Tamugadenses Martyres ,	94 104
Tassilo Dux ,	476
Tatto Abbas Campidonensis ,	469 470
Taurinus Comes in Africa ,	116
Temonarius , præfectorus præstationi Tironum ,	566
Tempestaria sagæ ,	586 597
Terraturium ,	238. & seqq.
Testamentum , locus Romæ ,	512
Teveste seu Tebeste in Africa ,	560
Theodemari Abbatis Casinensis epistola ad Carolum M. ,	637
Theodo filius Tassilonis Ducus ,	476
Theodoriti Presbyteri Antiochiae Passio ,	127 & seqq.
Theodobertus Rex Francorum ,	196 218
Theodus Episcopus , Frisingensis ,	350 352
Theohun ex monast. Campidonensi ,	643
Theophylus vir iniuster ,	177
Theotbaldus Abbas Eburesheimensis ,	644
Theudulfus Episcopus Aurelianensis ,	298
Thrusterti Martyris vita auctore Erchanaldo ,	638 639
Tirones militia adscribendos metiri solebant Romani ,	166
Titus Augustus ,	491 493
Togemburgensis Comitatus ,	249
Tonenea ,	235
Totila ,	483
Totto Abbas Utremburanus ,	43
Traditores dicti Catholici à Donatistis ,	105 & seqq.
Trajani columna ,	486
	Trivarii ,

I N D E X.

Trivatii,	124
Truago seu Drogo Episcopus,	478
Tubus opticus annorum cccc.	4950
Turonensis Academia,	383
Tuscius & Anulinus Consules,	566
Tuto Episcopus Augustanus,	479.
Tuto Episcopus Ratisponensis,	54

V

V Acuatoria,	245 & seqq.
Vagensis civitas,	93 95 104.
Valentinianus Aug.	489
Valerianus Quintianus praepositus Cæsariensis,	566
Udalricus monachus scriptor consuetudinum Cluniacensium,	
	466
Vectigal foricularii & ansarii promercalium,	495
Velogius Hadrianopoli Christianus,	151
Verbosare,	588
Vespasianus,	488 892
Vestis Christi dictus baptismus,	183
Veteranorum filii ad militiam coacti,	568
Vicecancellarius Urbis,	544
Victor Abbas Hasalaensis,	643
Victorinus Rhetor Romæ,	183
Vigilia populi Sabbato Paschæ,	123
Vigilius Abbas Tuberensis,	642
Vinniani penitentiale,	629
Virgilius Episcopus Saltzburgensis, 525. Ejus epitaphium,	
	527
Virgilius Episcopus,	476
Vitalis Episcopus Saltzburgensis,	525
Vivulus Episcopus Paraviensis,	527
Vocatorum pro. Invitatorio,	455
Volusianus Consul,	494
Urolfus Episcopus Paraviensis,	527
Urolfus Abbas Alrahenensis,	643
Ursicinus Episcopus in monasterio Desertinensi,	642
Uto Episcopus vel Abbas Etinheimensis,	643
Uto nobilis Bajoarius,	347
Utole magister,	645
Utgo Abbas Metamaensis,	643
Ursus Episcopus Beneventanus,	638
Vala Abbas Corciensis,	645

Vet. Analect. Tom. IV.

V u

I N D E X.

Valahfrēdus Abbas Augiensis defunctus in Legatione ad Carolum Calvum , 332 335 339. 477. Ejus Sermo in festivitate omnium sanctorum , 630. Expositio in psalmos , 633. Vita metrika S. Galli ,	640
Vvaldfredus Abbas Duellii ,	85 642.
Vvaldramnus ex aula Pippini monachus & Abbas Benedictoburanus ,	533 534
Vvaldiucus Episcopus Pataviensis ,	527
Vvalterius Burgundio ,	394
Vvalto Abbas S̄varzahaensis ,	643.
Vvalto Abbas ,	645
Vvaltrammus Abbas Fischingæ ,	29
Vvenibertus Abbas Offunvillarensis ,	643
Vverdo Abbas Favariensis ,	642
Vvermundus Comes Ratisponæ sepultus ,	56
Vvernherus Episcopus Argentinensis ,	22
Vveso filius Tassilonis Ducis Bajoaricæ ,	77
Vverinus monachus , 477. Ejus visio prosaica , 636. Vita prosaica S. Galli ,	640
Vvicterus Episcopus Ratisponensis ,	526
Vwilligilus Arch. Moguntinus ,	473 480
Villehadus Bremensis Episcopus ,	275 283
Vvillelmi Abbatis Hirsaugiensis Prologus in Consuetudines Hirsaugienenses ,	465
Vwilhelmus monachus Ratisponensis ,	446 450
Vvinitarius Abbas S. Udalrici ,	634
Vvinihartus monachus ad S. Gallum, artifex p̄eritus ,	333
Vvirundungus Abbas Honrbacensis ,	644
Vvisuricus Episcopus Pataviensis ,	527
Vvitegovvo Abbas Augiæ ,	478
Vvitrimundus cognomento Atto sèculo vi ,	207
Vvlfadi Archiepilcopi Bituricensis epistola Pastoralis , 602 & seqq.	602
Vvlfrannus Episcopus ex monast. Crucis sanctæ seu S. Faronis ,	644
Vvolfgangi Episcopi vita ,	446
Vvolfkangus Episcopus ,	479
Vvoldodus miles Bavarus ,	354

Z

Z Oilus magistratus civitatis ,

143

E R R A T A.

Pag. 88. lin. 18. codiano l. cotidiano pag. 192. ad marg. l.
plerisque. Ibid. lin. 29. sit. l. sic. pag. 226. lin. 21. acer-
minetur. l. terminetur. pag. 230. lm. penult. mentis. l. meritis.
pag. 232. lin. 13. l. mammonæ. pag. 303. lin. 19. sic. l. sicut.
post fecerunt & pone tantum virgulam lin. seq. post abdicamus
pone duopuncta. pag. 324. lin. 20. dele duo puncta. pag. 329.
lin. 24 malis l. alis. pag. 347. l n. 18. luenter l. licenter. pag.
325. lin. 29 suo l. otio. pag. 386. lin. 25. & lin. l. de. pag.
333. l. Valdram. pag. 558. in Nota a; post in Martyrologiis,
adde, nisi si is est Maximilianus martyris, de quo in Marty-
rologio Adonis xv Idus Martii, absque designatione loci.
pag. 568. loco cifra 468 pone 568. & lin. 28. l. potes. pag. 556.
lin. 18. post tandem dele punctum. Ibid. lin. 31. l. lumina pag. in
Nota marginis l. legitur. pag. 330. lin. 21. post fidelis adde Iola.

SUMMA PRIVILEGII.

CHRISTIANISSIMI FRANCORUM REGIS LUDOVICI
XIV. PRIVILEGIO ANNO M DC LXXXIV DIE 17.
JULII CONCEPTE, & IN BIBLIOPOLARUM CODICEM RELATO
CAUTUM EST, UT DOMINUS JOHANNES MABILLON,
E CONGREGATIONE S. MAURI, LIBRUM CUI TITULUS EST,
VETERUM ANALECTORUM TOMUS I V, IN QUACUMQUE VOLUERIT FORMA, & PER QUEM MALUERIT TYPOGRAPHUM,
NEVE ALIUS CITRA EJUS CONSENSUM EDAT INFRA VICEN-
NIUM, UTI DIPLOMA IPSUM UBERIUS EXPLICAT.

Idem Dominus JOHANNES MABILLON FA-
CULTATEM DEDIT VIDUA EDMUNDI MARTIN &
JOHANNI BOUDOT BIBLIOPOLIS TYPIS MANDANDI,
HUNC TOMUM QUARTUM *VETERUM ANALECTORUM*.



